Chronica Regia Colonien

Chronica

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

CHRONICA REGIA COLONIENSIS.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1880.

CHRONICA
REGIA COLONIENSIS

(ANNALES MAXIMI COLONIENSES)

CUM

CONTINUATIONIBUS
IN MONASTERIO S. PANTALEONIS SCRIPTIS
ALIISQUE HISTORIAE COLONIENSIS MONUMENTIS

PARTIM EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSA.

RECENSUIT GEORGIUS WAITZ.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1880.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

Colonia, florentissima illa metropolis ad Rhenum inferiorem sita, quae saeculo XII. et XIII. in rebus publicis regni Germanici primas fere partes agebat, cuius archiepiscopi ad latus modo imperatorum, modo vero contra eos summam auctoritatem sibi vindicabant, cuius cives divitiis excellebant et longe ultra imperii fines gloria pollebant, etiam de historia eius temporis optime merita est. Friderici I. temporibus, dum Rainaldus archiepiscopus summam rei publicae curam gerebat, opus coeptum est, quo res domi militiaeque a regibus praesertim gestae traderentur. Chronicae regiae nomine, quo iam saeculo XI. Lantbertus Tuitiensis eiusmodi historiam significabat[1], *ipse auctor usus est*[2], *neque habemus, cur eo reiecto alium substituamus titulum*[3] *(Annalium Coloniensium maximorum), qui partis praecipuae editori (SS. XVII) placuit.*

Opus vero, quod nunc plenius quam antea exhibemus, cuius partes in diversis magnae nostrae collectionis tomis lucem viderunt, neque uno tempore neque eodem consilio et pari successu est susceptum et ad finem deductum, et quamquam complures eius codices temporis iniuriam effugerunt, nullus tamen librum integrum et genuinum exhibet. Hic vero etiam varias induit formas, quarum rationem et nexum ut perspiciamus, primum codices superstites recenseamus oportet.

A 1. *Codex bibliothecae comitis de* Ashburnham, *Libri nr.* 1586, *membr. s. XII. ex. vel XIII. in.*[4] *Folio primo manus saec. XV. ex. annotavit haec*: Iste liber pertinet

1) *V. Heriberti c.* 4, *SS. IV, p.* 742: Quotiens cum imperatore Romam ierit et redierit utque augustus arcem imperii, res Italiae moderando disposuerit, potius regiae videtur inscribendum chronicae quam in laudem sancti violenter inflectere. *Non hunc quidem solum librum, sed historiam eius argumenti Colonienses regiam chronicam vocaverunt. Aliter de loco sentiendum est in Cat. archiep. Colon. I, SS. XXIV, p.* 343: multa et cronice regie dignissime inserenda per omnem Ytaliam operatus est *(Rainaldus).* 2) *a.* 1147, *p.* 83; *a.* 1158, *p.* 99. 3) *Cf. quae Wattenbach, GQ. II, p.* 338, *contra Iansenii et K. Pertzii sententiam monuit. Ita etiam Platner in versione Germanica p. XXVII.* 4) *Non s. XI—XII, ut 'N. Archiv' IV, p.* 611. *ex catalogo impresso repetitum est.*

domno Hermanno, scilicet pastori in Enstorp[1], *quibus alia manus saec. XVIII. subiunxit:* Bibliotheca Steinfeld[2]; *tertia inscriptio, duabus illis antiquior, iam erasa est. Continet folia* 146. *Incipit fol.* 1'. *sic:* Anni Tiberii Cesaris. Anno dominicae incarnationis quingentesimo 76, Urbis vero condite 1327, Tiberius Constantinus genere Trax, 55mo loco ab Augusto imperium accipiens, coronatus est *etc. Desinit a.* 1175. *verbis:* Qua necessitate caesar impulsus, per omne Teutonicum regnum directis nunciis, novum exercitum adunari precepit. *Librum mense Octobri a.* 1857. *G. H. Pertz invenit et annos* 1138—1175. *descripsit; priorem partem, annos* 1001—1137. *anno sequenti filius eius K. Pertz, qui editionem tomo* 17. *Scriptorum paravit. Postea V. Cl. Liebermann nonnullos primae partis locos enotavit et quod iam editor ille intellexit, non tamen satis lucide proposuit, usque ad a.* 1106. *Ekkehardi chronicon hoc codice contineri, non novum opus ex illo aliisque fontibus confectum, confirmavit. Codex quamvis satis accurate exaratus, mendis tamen non caret*[3], *quae aliorum ope tollere licet.*

A 2. *Codex* Vindobonensis *nr.* 3382 *(Sal.* 31. *B), chart. s. XV, cuius brevis notitia in Annalibus nostris data ('Archiv' X, p.* 547*) non parvam mihi expectationem fecit, quam, cum librum a.* 1876. *in bibliotheca aulica ditissima evolverem, neutiquam falsam esse, mox intellexi. Postea*

1) *In palatinatu superiori ad fluvium Vils. P.* 2) *In Alsatia inferiori. P.* 3) *Exempla haec K. Pertz attulit:*

A 1.	*B.*
.... etiam Babylonici regis legati conventui principum se praesentes exhibent, inter alia pollicentes, si, victis Antiochenis,	.... etiam Babylonici regis legati conventui principum se praesentes exhibent, inter alia pollicentes, si, victis Antiochenis, etiam Turcos de Hierosolyma pepulerint, dominum suum fratrem et
amicum cum universis Sarracenis habeant.	amicum cum universis Sarracenis habeant.
.... nunciatum est eis, quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos, qui Iherosolimis erant,	.... nunciatum est eis, quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos, qui Iherosolimis erant, in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse praedixerat; aliter autem Dominus statuerat. Itaque cum in veritate comperissent hi, qui Hierosolymis erant,
exercitum Babyloniorum Ascalonae esse, contenderunt obviam illis *etc.*	exercitum Babyloniorum Ascalonae esse, contenderunt obviam illis *etc.*

codicem huc benevole transmissum diligenter examinavi et ope V. Cl. Holder-Egger usus describendum curavi. Foliis constat 199, *manu perspicua, sed parum eleganti exaratus in charta humiditate nonnullis locis lacera, a librario, qui vetustius exemplar satis fideliter, sed non sine erroribus reddidisse videtur. Incipit in medio Ekkehardi chronico a Francorum historia* (De origine Francorum *p.* 115), *desinit in historia a.* 1220, *quam ita abruptam videmus, ut compluria deesse pateat. Usque ad a.* 1175. *in universum cum A* 1 *convenit, sed non uno loco veram lectionem servavit. Saeculo XII.*[1] *quaedam inseruit ad comites Cappenbergenses spectantia, quae tum vita Godefridi Cappenbergensis tum diplomatibus confirmantur, neque tamen ex illa sumta esse possunt. Certe sive ipsum hunc codicem sive exemplar in eo exceptum in monasterio Cappenbergensi scriptum esse, verisimile est. Praeterea uno tantum loco narrationem primaevam librarius ampliasse videtur*[2].

A 3. *Codex Guelferbytanus Extrav.* 302. 1, *membr. s. XIII, novem folia formae minimae, excerptis ex Caesarii Heisterbacensis libro de miraculis s. Mariae quaedam*[3] *inseruit ex codice A* 2 *simillimo. Apographi, quod in bibliotheca Hannoverana inter Gruberi schedas exstabat*[4], *exemplar iam ante multos annos feci. Nunc vero ipsum codicem a V. Cl. de Heinemann, bibliothecae praefecto, benevole transmissum excussi, eoque lectionem Vindobonensem in levibus quibusdam emendari, plerumque vero confirmari, intellexi.*

B 1. *Codex Guelferbytanus Augustanus* 74. 3, *membr. fol. min. saec. XIII, olim* Liber Sancti Pantaleonis in Colonia. Qui abstulerit anathema sit *inscriptus*[5], *postea* pars suppellectilis Ioannis Campii, canonici et scholastici ecclesiae S. Mariae et Catherinae oppidi Meifelden (?), *tunc bibliothecae Matthiae Beechs (vel Beeck) illatus est, cuius filius Petrus eum Henrico ab Eickholtz assessori camerae imperialis Spirensis dono dedit. Liber non una manu exaratus* 191 *foliis constat, quorum nonnulla post sunt inserta, nonnulla fortasse aliis remotis substituta. Praeterea volumini compingendo duplex folium adhibitum erat, quod alius chronicae nostrae recensionis continet fragmenta, ex vetustiore ut videtur exemplari seposita*[6]. *Codicem iam ante*

1) *a.* 1121. 1125. 1152. 2) *a.* 1133. 3) *ex a.* 1193. 1196—1199. 1204. 1205. 4) *V. Arch. XI, p.* 346. *Hoc K. Pertz, SS. XVII, p.* 728, *numero* 3 *insignivit; idem sane est quod p.* 848. *attulit. Miro vero errore lectiones, quas olim ex Freheri editione enotaveram, codici illi tribuit.* 5) *De versibus initio scriptis v. infra p.* XIV. 6) *Foliorum forma, maxime latitudo ab hoc codice differt, ita ut ad eum olim pertinuisse haud possint.*

40 *et amplius annos accurate contuli et ('Archiv' VIII, p.* 643*) descripsi, nunc iterum humanissime nobiscum communicatum relegi. Hoc loco monuisse sufficiat, initio imagines quasdam inveniri, f.* 178. *genealogiam Karolorum, f.* 226. *Ottonum et sequentium imperatorum usque ad Fridericum II. esse delineatam. Chronica ab Ekkehardo plane diversa incipit ab orbe condito, finitur a.* 1237.

B 2. *Codex bibliothecae civitatis* Lipsiensis *II.* 70. *a., membr. s. XIV. ex. fol. min., continet f.* 36—80. *Chronicae regiae partem posteriorem inde ab a.* 1162, *praeterea f.* 81 *sqq. fragmenta quaedam prioris partis (v. 'Archiv' l. l. p.* 649*), f.* 1 *sqq. versionem huius Germanicam. Liber procul dubio ex B* 1 *descriptus nonnulla haud magni momenti omisit, nihil novi addidit.*

C 1. *Codex Romanus* Vaticanus *Christinae reginae nr.* 521, *membr., saec. XIII. ex. duabus columnis exaratus, foliis constat* 52, *quibus Historia annorum* 700 *(incipit:* De Tyberio qui Abscimarus LXII. Anno gratie 700. Tyberius *etc.)* —1237. *continetur. Liber quamvis non paucis maculis aspersus et singulari verborum scribendorum ratione conspicuus — sunt, quae eum in Italia vel Gallia scriptum esse ut statuamus suadere possint —, non raro genuinam lectionem servavit et ad varias chronicae regiae recensiones cognoscendas et recte iudicandas non parum facit; id quod in prima nostrae collectionis editione non satis intellectum esse, dolemus. Iam iis usus sum quae a.* 1859. *V. Cl. W. N. du Rieu, nunc bibliothecarius Lugdunensis, diligenter enotavit, postea VV. Cll. Simonsfeld et Mau exscripserunt.*

C 1ª. *Codex* Berolinensis *Lat. in* 4to *nr.* 65, *chart. s. XVIII, annos tantum* 964—1162. *ex C* 1 *descriptos continet.*

*C*2. *Codex* Bruxellensis *nr.* 467, *ita inscriptus:* Liber Sancte Marie in Aquisgrani et canonicorum ibidem manentium. Qui abstulerit anathema sit, *membr. s. XIII. medio duabus columnis non una manu scriptus, nunc* 159 *foliis constat, sed magnam initio habet lacunam, cum post fol.* 1ª. *et* 1, *qui inverso ordine compaginata sunt, fol.* 2. *tempore Samsonis iudicis (verbis:* Ascanius autem cum regnasset annis*) desinat, f.* 3. *a.* 583. *in historia Mauricii imperatoris pergat* (quod annis 21. Hic 2. imperii sui anno consul appellatus *etc.*). *Liber Ottonis scabini Nussie nomine conspicuus (v. infra) duabus constat partibus, quarum prior negligentius scripta cum B* 1 *ubique ita convenit, ut ex*

eo manasse videatur[1], *post a. vero* 1138. *f.* 64. *longiorem locum* Prophetia sancte Hildegardis *inscriptum intercalavit, altera vero, quae alia manu novo incipiente quaternione exarata est*[2], *quam proxime ad C* 1 *accedit, neque tamen ex hoc ipso descripta. Liber primum a K. Pertz, postea a memet ipso dum Bruxellis bis versabar excussus est; lectiones vero eas tantum repetendas duxi quas non aperto calami errore natas esse facile est intellectu.*

D 1. *Codex Wirceburgensis, chart. fol. nr.* 81, *olim* collegii societatis Iesu Molshemii ex liberalitate serenissimi cardinalis et episcopi Argentinensis Caroli ducis Lotharingiae (1592—1607), *s. XVI. vel XVII. in., varia historiae Coloniensis monumenta complectitur, et chronicae quae dicitur praesulum Coloniensium fol.* 45′—60. *Annales inserit annorum* 1238—1249, *quos recte Chronicae regiae continuationem dicas.*

D 2. *Codex archivi civitatis Coloniensis, chart. s. XVII. fol., idem opus his annalibus auctum praebet. — Utroque V. Cl. Cardauns usus est, qui D* 2 *non ex D* 1 *descriptum, neque ex eodem fonte eos haustos esse, recte statuisse videtur.*

Codicibus his examinatis et inter se collatis, plures chronicae nostrae recensiones distinguendas esse, recte K. Pertz intellexit; quod postea Lehmann[3] *alii comprobarunt et accuratius exponere conati sunt, neque tamen ubique earum indolem et originem, subsidiis necessariis destituti, satis assequi potuerunt.*

Nunc ex codicibus A 1 *et* 2 *satis constat, hanc chronicam ita esse conditam, ut Ekkehardi chronicon universale inde ab a.* 1106. *continuaret. Magnam vero continuationis partem ex Annalibus Paderbornensibus sumtam esse, Scheffer-Boichorst luculenter docuit*[4]*; eosque ad a. usque* 1143. *Coloniensis exscripsit, ita tamen, ut de Conrado rege sive ex alio fonte*[5] *sive ex propria rerum cognitione*[6] *non pauca addiderit. Haec neque certis temporum notis neque*

1) *Quae vero in B* 1 *aliis erasis posteriori manu scripta sunt a.* 965. *in C* 2 *haud transierunt.* 2) *Librarium Francogallicum quaedam verborum formae probant:* Ostiencis, cecis (= cesis); Colonientium, assentione; Fransia, Brabansia, mansipare, innotessi, reconsiliare; *scribitur etiam* cisma; adque; ap, ipidem; cumparatio, *et quae sunt eiusmodi. Rarius similia in C* 1 *leguntur, sed* contemptus (= contentus). 3) *De annalibus qui vocantur Colonienses maximi quaestiones criticae. Berol.* 1867; *Platner in versionis Germanicae praef.* 4) *Annales Patherbrunnenses p.* 7 *sqq.* 5) *Bernheim, 'Forschungen' XV, p.* 251 *sqq. Cf. Wattenbach GQ. II, p.* 338. 6) *Nota, quod a.* 1147. *'regiae chronicae' mentio infertur.*

copiosa narratione se commendant[1]; *nonnulla ex populi ore*[2], *alia ex relationibus scriptis*[3], *quales tunc temporis late propagabantur, hausta sunt. Neque primis Friderici I. annis auctor ab erroribus cavit, sed vivida oratione res gestas exposuit*[4] *et maxime in eis versatus est, quae Rainaldus cancellarius, postea archiepiscopus Coloniensis, egit, litteris ab eo scriptis adiutus*[5]. *Ubi tales vero deficiunt, etiam de expeditionibus Italicis narratiunculas incertas exhibet*[6]. *Annis vero* 1161. *et* 1162. *Burchardi notarii epistolam nactus, de Mediolano expugnato fuse et accurate refert; a.* 1161. *etiam Victoris IV. epistolam inserit. Hunc verum papam habet, Alexandrum Rolandi nomine*[7] *prosecutus, sed aequis satis verbis*[8] *de eo iudicans, et animum imperatori pronum exprimens. Haec omnia non singulis annis esse annotata, sed uno tempore conscripta, tum disertis verbis*[9], *tum universo narrandi modo docemur. Neque quae sequuntur usque ad a.* 1175, *in quo desinit codex A* 1, *alii auctori tribuerim, quamvis multa brevius sint narrata et ea tantum accuratius exposita, ubi epistolae vel chartae praesto fuerunt, e. gr. pactum Romanorum cum Friderico imperatore (a.* 1167*), epistola eorum Coloniensi archiepiscopo missa (a.* 1172*); alia brevius ex auditu relata*[10]. *Maior operis pars fortasse iam c. a.* 1170. *absoluta erat, quo eius vestigia in Annalibus Aquensibus deprehendere mihi videor*[11]. *Sequentia vero non ante a.* 1176. *scripta esse, verba ante* 1171. *inserta docent:* qui per quinque fere degens annos[12]. *Quocum optime convenit lectio in codice A* 2 *servata, ubi de schismate ecclesiae agitur (a.* 1156*):* et usque in hanc diem huius scismatis

1) *Cf. quae Lehmann p.* 30 *sqq. exposuit eoque praesertim duce in notis attuli.* 2) *Huc procul dubio pertinent quae a.* 1140. *de feminis Weinsbergensibus referuntur. Cf. verba a.* 1142: prudenti et satis necessario omni regno usus consilio, quo animadvertit posse una femina pacificare omnia. *Idem ingenium et similem narrandi modum deprehendes in descriptione expeditionis in Terram Sanctam a Conrado rege a.* 1148. *susceptae.* 3) *a.* 1147. *de Ulixibona capta.* 4) *Saepius vocabulo* ecce *usus est, ut ad ea quae sequuntur attentius legenda invitet; a.* 1155. 1158*; a.* 1156. *imperatorem loquentem inducit.* 5) *a.* 1158. 6) *Cf. a.* 1159. 1160. 7) *Aliter cod. A* 2 *a.* 1164. 1170*; sed haec quin postea mutata sint, non est quod dubitemus.* 8) *a.* 1161*:* Alexandrum pro apostolico, nescio an odio imperatoris an respectu iusticiae excolebant. 9) *a.* 1158: per triennium in obsidione . . . insudavit; *a.* 1163. *memorat quae a.* 1165. *gesta sunt.* 10) *a.* 1177: sicut a fidelibus peregrinis relatum est. 11) *SS. XXIV, p.* 33. 38. *Si aliter statuas, haec vel ex communi fonte vel ex ipsis Annalibus Aquensibus a Chronicae regiae auctore sumta sint, oportet.* 12) *De Christiano archiepiscopo Moguntino sermo est. In continuatione a.* 1183. *recte dicitur:* per 11 fere annos, *quare A* 2 *numerum mutavit. Cf.* 1172: Innumeris usque hodie talibus per Angliam fulget miraculis.

perseverat periculum [1]. *Auctorem Coloniae vixisse, ubique patet; ibi chartas et epistolas illas invenit; quae in urbe et vicinis terris, Anturnaci, Regiomagi, Xanti, apud Frisones, in dioecesi Atrebatensi acciderunt, etiam leviora, inundationes aquarum, miracula patrata* [2], *pari diligentia ac bella in Italia et Oriente gesta in annales retulit. Monasteriorum vero nusquam mentio fit. Quare canonicum ecclesiae cathedralis auctorem habeo. Neque vero de Burchardo illo cogitaverim, cuius epistolam de excidio Mediolanensi exscriptam videmus* [3], *qui se quidem 'B. Coloniensis porfirogenitum et primitivum filium' inusitato titulo dicit, sed notarius imperatoris fuit, ipsum diutius prosecutus, postea, ut videtur, ab eo ad Saladinum missus est, vicedominus Strasburgensis factus* [4], *ita ut eum Coloniae degisse et res inferioris Germaniae memoriae tradidisse vix statui possit. Neque archiepiscopos Rainaldum, cuius laudes auctor valde celebrat, nec Philippum operi ansam dedisse* [5] *vel materiam suppeditasse, verisimile est, cum alias rerum graviorum notitia auctor* [6] *vix ita destitutus esset, ut ipse fatetur vel brevi et ieiuna narratione indicat. — Qui catalogum archiepiscoporum Coloniensium Philippo sedente composuit chronica hac usus est* [7]; *multa vero habet ab ea prorsus aliena, ut de eodem auctore nullo modo cogitari possit.*

Saeculo XII. vergente liber prima auctus est continuatione. Quae de schismate a. 1176. 1177. *sopito referuntur, quamvis cum prima parte non pugnent* [8], *praeterea singula*

1) *Haec etiam a.* 1170. *scribi potuisse, non est quod moneamus.* 2) *Cf. a.* 1170. 1172. 1174. — *De sanctorum reliquiis Coloniam et Bunnae translatis v. a.* 1164. 1166. 3) *Verba:* adeo ut nos, qui iuxta solium domni imperatoris eramus, ruinam machinae veriti excuteremus *ex epistola descripta id probare nequeunt; nam eodem modo continuator a.* 1218. *sqq., ubi Oliveri epistolae materiam praebuerunt, saepius* nos *retinuit, quamvis aliis locis:* fideles, christiani *etc. scripserit. Neque Burchardo, imperatoris notario, verba tribuerim a.* 1158: Nec vero omnia quae in illa obsidione gesta sunt describenda suscepimus, quia nec nostrae cuncta patent cognitioni, quoniam qui singula describere vellet modum Regiae Cronicae excederet, licet a nonnullis haec studiose perscripta noverimus. 4) *V. Wattenbach, G Q. II, p.* 339. *Cum eo faciunt Platner p.* XXVI. *et Cardauns, p.* LXII. *Sed aliter sentit Lehmann p.* 49. 5) *V. quae contra hanc K. Pertzii sententiam Lehmann p.* 46 *sqq. monuit.* 6) *Cf. a.* 1168: sed qualis legatio fuerit *(Philippi et aliorum)* preter eos et regem latuit. *Cf. Lehmann p.* 48. 7) *Ita recte Cardauns, SS. XXIV, p.* 333, *statuit. Pauca vero verba de Friderico archiepiscopo scripta quae cum secunda recensione conveniunt aliunde sumta esse putarim.* 8) *Cf. verba a.* 1176: ammonitus per Dei misericordiam domnus imperator iusticiae cedere *cum iis quae supra p.* X. *n.* 8. *attuli.*

verba alium scriptorem indicare videntur[1]. *Historia brevis parum temporum curam habet; a.* 1181. 1182. *memorantur quae a.* 1185. *acta sunt; res notissimae, ut Heinrici Leonis exilium, Heinrici VI. nuptiae, minus accurate traduntur; errores abundant et scriptorem fontibus destitutum arguunt. Anno* 1188. *litterae Urbani papae inseruntur, sed quae mox de papa legatum mittente addita sunt ad Gregorium VIII. spectant, cuius successionem fastis post intulit. Nihilominus inde ab hoc fere tempore narratio copiosior procedit, expeditio praesertim Friderici I. in Terram Sanctam suscepta fusius exponitur, ut relationem scriptam auctor adhibuisse censendus sit, cui quaedam ex vaga fama nata sunt inserta*[2]. *Non semel*[3] *ad populi rumorem provocavit, sed etiam epistolas quas nactus est recepit, et res non solum in Germania et Italia, sed etiam in Francia, Hispania, Ungaria gestas, quantum potuit, memoriae tradidit, quam maxime vero expeditiones in Terram Sanctam prosecutus, de historia saeculi XII. exeuntis, XIII. ineuntis optime meritus est. Imperatoribus addictus, quae archiepiscopi Philippus et Adolfus contra eos egerunt tacuit*[4] *quidem, alia vero satis candide exposuit, Adolfi causam defendens, tam cum Ottonem IV. regem eligendum duceret, quam postea cum 'gravissimum et impossibile ipsi fuisset cunctis pene principibus contraire et contra eorum voluntatem et consensum pro suo velle Romanum imperium disponere', ideoque Ottonis partes relinquere et cum Philippo pacem facere satius iudicaret. Hunc antea ne ducem dicat plerumque 'Suevum' nominat, nonnumquam vero iam regis nomine salutat. Eidem scriptori usque ad annum* 1199. *continuationem deberi, verisimile est; quamvis ultimam eius partem temporis decursu additam esse pateat*[5]; *neque diu post calamum deposuit*[6]. *Id quod etiam codice A* 2 *comprobatur, ex quo primaevam huius operis formam iam cognovimus necnon novam continuationem accepimus.*

Etiam hanc Coloniae sive prope Coloniam scriptam

1) *Verba:* scismate sanctae ecclesiae; unitas sanctae matris ecclesiae. *Saepe verbis sacrae scripturae loquitur* (*a.* 1198. 1199.); *vel vulgi dicta infert* (*a.* 1198: ut necessitatis proprium est; *a.* 1199: sicut ea etas sepius prodiga est et inprovida; sicut res est inquieta felicitas). 2) *V. p.* 146. *n.* 1. 3) *a.* 1197. 1198. *Ex vago rumore nata esse videntur, quae a.* 1195. 1199. *de Isaaco mortuo et restituto narrantur. Vocabulo* nostri, *quo saepius auctor utitur, litteras alienas indicari, Lehmann p.* 57. *opinatus est. Sed* 'nostri' *etiam alio loco occurrit.* 4) *Cf. Lehmann p.* 55 *sqq. Qui minus recte de monacho S. Pantaleonis cogitat.* 5) *Nam quae a.* 1195. *et* 1199. *de Isaaco imperatore Graeco narrantur inter se pugnant.* 6) *Anno certe* 1204. *quae falso de imperatore Isaaco retulerat emendasset; ut in recensione secunda sunt omissa.*

esse, primo patet aspectu. Ex uno loco fortasse coniici posset, in Xantensi oppido eum degisse[1]*; non multum tamen huic coniecturae indulgere velim. Certe potissimum in iis versatur narratio quae ad Coloniam spectant. Non singulis quibusque annis res calamo datae sunt; a.* 1200. *Moguntinensem ecclesiam pluribus annis legitimo pastore caruisse, narratur; a.* 1201. *etiam de anno sequenti refertur; a.* 1204. *ad id provocatur, 'quod postea rerum exitus approbavit'; a.* 1209. *traduntur quae sequenti acta sunt; a.* 1210. *quae a.* 1213. *demum evenerunt. Ubique animum deprehendes ecclesiae propensum; initio cum Colonia auctor partes agit Ottonis regis; valde luget 'discordie incentivum ac fomitem, ecclesiae detrimentum' eo factum, quod Adolfus archiepiscopus ad Philippum transiisset eumque regem consecrasset. Nihilominus postea hunc regem agnoscit, immo non mediocri laude effert. Chronicam regiam recte etiam hanc magni operis partem vocaveris, cum ubique eum qui regalem coronam Aquisgrani obtinuerit tamquam legitimum regem celebret. Quae Coloniae et circa Rhenum gesta sunt auctor bene habuit comperta et multa notatu digna retulit*[2]*. Res vero longinque gestas plerumque ex incerto rumore accepisse videtur, ideoque in iis enarrandis errores etiam graviores commisit*[3]*. Nonnumquam eadem vel iis similia ac alter Chronicae regiae continuator tradit, minime vero eius opus novisse videtur*[4]*; sed quae Coloniae narrabantur uterque calamo excepisse censendus est. Usque ad a.* 1217. *narratio uberior progreditur, nec tamen haec uni auctori certo certius tribuerim; de annis* 1218. *et* 1219. *multo brevius refertur; in a.* 1220. *desinit codex, et quousque filum extenderit, non liquet.*

Eodem vero tempore Chronica regia novam, ut ita dicam, formam induit; id quod in monasterio Sancti Pantaleonis prope muros Coloniae sito factum esse, satis constat. Immo novum prorsus opus hic conditum est, quale in codicibus B et C, sed ne in his quidem eiusdem tenoris, continetur, ut saltem duas recensiones distinguamus oporteat.

1) *a.* 1202: in festo s. Crucis Xantum preteriens; *id quod Coloniae constitutus cur annotaverit, vix intelligas. Nam quod dicit a.* 1205: Nusiam pretergressus, *et post:* Coloniam preteriens, *nulla diei indicatione adiecta, cum illis vix comparare licet.* 2) *Cf. quae Winkelmann de brevi fragmento hucusque noto monet, 'Philipp' I, p.* 370 *n.* 3) *a.* 1208. *filiam regis Arragonum paganam dicit; a.* 1210. *Saladinum obiisse narrat; eodem anno res Ungaricas turbat; a.* 1217. *lantgravium Thuringiae Ludowicum dicit, cum Hermannus intelligi debeat. Haec in alteram continuationis partem cadere, animadvertere velis.* 4) *Uno tantum loco eadem verba leguntur, sed brevia ea et quae cuique se praebere poterant:* Renus superius et inferius clauditur.

Codici B1 hi praemissi sunt versus:

Cronica dicor ego, mendacia cuncta relego,
  Mundi principio temporis acta scio.
Munus munifici custodis Theoderici
  Letor ego dici; pagina plana michi.
Pantaleon, multos codices eque michi cultos,
  Quos fecit scribi, contulit iste tibi!
Auri splendore nitet ara, chorusque colore,
  Theca libris: studii sunt tria signa pii.

His non auctorem libri, sed eum indicari, qui codicem monasterio dono dedit, fortasse eum scribi iussit, primo patet aspectu.

Eorum loco alter Codex (C2) hos habet:

Cronica dicor ego, mendacia cuncta relego,
  Mundi principio temporis acta scio.
Hoc perfecit opus iustus pius Otto, scabinus
  Nussie, precibus nostris; dilexit et hic ius.

Quibus testibus 'Otto scabinus Nussiae' opus perfecit[1], *precibus adductus nescio utrum canonicorum S. Mariae Aquensis, ad quos codex pertinuit, an monachorum Sancti Pantaleonis, qui virum scientia iuris conspicuum ad hunc librum conficiendum permovissent. Attamen ne eum quidem auctorem praedicare ausim. Trithemius Godefridum monachum Sancti Pantaleonis rerum scriptorem laudat*[2]. *Sed de hoc nihil prorsus constat*[3], *neque Trithemii auctoritas tanta est, ut eius fide Godefrido annalium usque ad a.* 1237. *continuatorum gloriam, qua diu potitus est*[4], *vindicemus. Et certe, complures in hoc opere conficiendo desudasse, verisimile est.*

*Primum, Ekkehardi chronico reiecto, nova historia universalis composita est inde a Nini temporibus. Et huius quoque duplex exstat recensio, altera uberior in codice B, altera nonnullis locis brevior et aliter disposita in C*1. *Qui cum anno demum* 700. *incipiat, de prima quidem parte iudicare haud possumus; saec. VIII. et IX. C*1 *longius a fontibus recedit quam B, nonnulla addit, rerum ordinem mutat, nonnullis locis operis imperfecti speciem praebet.*

1) *Hoc de exemplari facto intelligendum esse, ut Böhmer, Fontes II, p. XXXV, et Wattenbach II, p.* 340. *statuerunt, non puto. Neque vocabulum 'perfecit' ita interpretor, ut 'allerhöchstens auf einige Schlusssätze sich beziehe' (Böhmer l. l.). 'Scabinus Nussie' nullo modo agnomen monachi cuiusdam haberi potest; sed, si non monachus, certe clericus, nisi valde fallor, etiam scabinus eligi potuit.* 2) *Ann. Hirsaug. praef.* 3) *Cf. Lehmann p.* 50 *n.* 4) *Primus Freherus, ultimus Böhmer opus hoc nomine inscripserunt.*

Inde ab Heinrici I. vero tempore, quo nova quasi chronicae pars incipit, alia est harum recensionum ratio; nam eo praesertim differunt, quod in C 1 *desunt quaecumque B ex Historia monasterii Brunvillarensis recepit; praeterea annis* 1096. *sqq. nonnulla omittuntur, alia alio ordine traduntur, pauca etiam adduntur, ex iisdem fontibus hausta quibus etiam recensio codicis B usa est. Quam hac parte recentiorem esse, non possumus quin statuamus. Quae cum ita sint, C*1 *et B*1 *ex vetustiori exemplari sumti sint oportet, ita quidem ut C*1 *usque ad a.* 919. *novam praebeat recensionem, postea verius quam B*1 *opus in monasterio S. Pantaleonis confectum exhibeat, quod inde ab a.* 1162. *etiam C*2 *praetulit.*

Fontes vero quos iam in prima recensione adhibitos videmus[1], *praeter Ekkehardum, ex quo quam plurima ad verbum auctor retinuit*[2], *hi sunt: Orosius, Iustinus, Methodius, Beda de temporibus*[3], *tam Pauli quam Landolfi historia Romana, Regino, liber de miraculis mundi, Gesta regum Francorum*[4], *Gesta Treverorum, Catalogus pontificum Romanorum, Vitae Hilarii, Servatii, Lamberti, Annales S. Albani*[5], *fortasse etiam Brunvillarenses*[6]. *De Colonia eiusque pontificibus pauca tantum comperta habuit auctor eaque partim fabulosa*[7]. *Postea demum, ut videtur, sive ipse sive alius quidam Historiam Brunvillarensem nactus, ex ea saeculi X. et XI. historiam ampliavit. Ubi vero Coloniensis ille Ekkehardum ex Annalibus Paderbornensibus continuandum suscepit, Sancti Pantaleonis monachus presso pede eius vestigia secutus est, plerumque ipsa verba retinens, sed longiorem narrationem abbrevians, aliquoties*

1) *K. Pertz complures recenset, quorum vestigia frustra quaesiveris; alios praetermisit. V. Cl. Krusch sollerti opera haec examinavit et singulos locos, quantum fieri potuit, ad veros fontes reduxit. Lehmann p.* 17 *n. hanc rem intactam reliquit, quamvis apud Eccardum plenum operis tenorem legere potuisset.* 2) *Inde errorem natum esse, quod auctor primae partis ab Eccardo editae saeculo XI. ex. vel XII. in. scripserit, satis notum est; cf. 'Arch.' VII, p.* 644. 3) *Chronici de* 6 *aetatibus mundi certa vestigia nulla reperi; neque Isidori. Sed chronico quodam usus est ex Hieronymo derivato, sed diverso; cf. e. gr.* Erictonius, filius Vulcani, currum et Troilus primus quadrigam iunxisse feruntur, *et alia eiusmodi.* 4) *Exstant in codice olim Sancti Pantaleonis, nunc Guelferbytano inter Gudianos nr.* 131, *fol.* 87—112, *manu s. X. nitide scripta.* 5) *V. Lehmann p.* 20 *sqq., qui Annales Hildesheimenses comparavit, Scheffer-Boichorst p.* 21; *Schum, 'Iahrb. d. St. Albans-Klosters' p.* 98 *sqq.* 6) *a.* 1054. *De aliis etiam minus constat. Sed nescio cur Lehmann p.* 19. *rem in dubium vocare voluerit.* 7) *a.* 716, *p.* 14. *de Agilolpho episcopo, quae cum Vita s. XI. scripta non plane conveniunt.*

res praesertim Colonienses[1] *accuratius exponens, notis domesticis, ut videtur, adiutus*[2]*; etiam catalogum abbatum monasterii sui, ut in prima libri parte coeperat, continuat, praeterea pauca aliunde sumta addit, quae ex Annalibus deperditis Rosenfeldensibus repetenda esse videntur*[3]. *Paderbornenses et ipsum evolvisse, nullo loco probatum censeo, neque in priori parte*[4] *eos adhibuisse videtur*[5]. *Annis* 1152—1157. *narratio longius a primaeva Chronicae regiae forma*[6] *recedit; postea vero (*1158. 1164—1175*) ita inter se conveniunt, ut, si abbates S. Pantaleonis excipias, — et in codice C* 1 *ne hi quidem leguntur — vix verbum mutatum vel additum invenias. Quod quomodo factum sit, nondum satis perspici potest. Nam horum annorum historiam alteri deberi scriptori*[7]*, si Chronicae regiae originem recte exposuimus, statui nequit. Prima vero continuatione monachus S. Pantaleonis more antea consueto usus est: nonnulla addidit vel mutavit*[8]*, quaedam aliter disposuit, interdum eo permotus, quod annum a paschali tempore incipit, dum antea inde a*

1) *Nota praeterea quae a.* 1150. *de incendio ecclesiae Traiectensis et cruce illaesa in ecclesia s. Bonifacii monet.* 2) *a.* 1112. 1113. 1114. 1122. 1146. 1150. 1152. *Lehmann p.* 10 *sqq., cui Platner p. XVII. assentitur, haec ex catalogo abbatum S. Pantaleonis repetenda duxit; postea de annalibus S. Pantaleonis loquitur. Quod in medio relinquo.* 3) *a.* 1111. 1113. *Haec ad Annales S. Albani retulit Scheffer-Boichorst, eorum exemplari addita fuisse, statuit Schum; sed etiam a.* 1083. *auctor iis usus esse videtur. Qui nuper Annales illos restituere conatus est, Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' p.* 66 *sqq., haec praetermisit, sed unum primae recensionis locum* (1115) *iis vindicavit. Huius vero auctor minime eos novisse videtur.* 4) *Scheffer-Boichorst p.* 22. *recte non ante a.* 1106. *Annales Paderbornenses adhibitos esse contendit, p.* 63. *vero etiam secundae recensionis (id est primae partis) auctorem ex iis hausisse statuit; sed minime hoc probavit.* 5) *Unus est locus, a.* 1179. *mors Meinfridi comitis, qui ad Ann. Paderb. accedere videtur, cuius fontem indicare nequeo; cf. Schum p.* 99. 6) *Non tamen est, cur cum Lehmanno p.* 10. *et Platnero p. XX. non solum alium codicem sed aliam iam deperditam recensionem adhibitam esse statuamus. A.* 1157. *et* 1161. *auctor qui postea scripsit res melius disposuit; verba de Alexandro addita et a.* 1158. *verba* post archiepiscopus *recentiorem scriptorem arguunt. Vocabula* feudo *a.* 1157, *quod afferri posset, etiam primus auctor uti potuit. De loco a.* 1164. *v. quae ad a.* 1162. *p.* 113. *n.* 1. *monui. Quae Lehmann p.* 13. *ab auctore recensionis I. potius addita quam in II. omissa putat, levi sane coniectura nituntur.* 7) *Ita Platner p. XXV. Si hunc etiam primaevam chronicae formam a.* 1158. *sqq. mutasse statuit, dicere neglexit, quomodo factum sit, ut monachus S. Pantaleonis continuationem, non vero recensionem illorum annorum exscriberet.* 8) *E. gr. a.* 1191. *de obsidione Acconis, a.* 1198. *de duplici electione regum Philippi et Ottonis, de regis Richardi morte.*

natali Domini computatus esset[1]. *Sed his non contentus sive idem sive alius eiusdem monasterii librarius iterum quaedam adiecit, alia omisit*[2] *et ita tertiam quasi chronicae recensionem instituit, quam in codice B servatam recentiorem esse, his annis etiam codicum C cum A consensus docet*[3].

Inde ab a. 1200. *vero Sancti Pantaleonis monachi, altera Chronicae regiae continuatione destituti, proprio marte opus susceptum prosecuti sunt et hac sane parte non vulgarem laudem sibi paraverunt. Nam res tam Germanicas quam alibi gestas satis copiosa narratione exposuerunt; animo aequo, imperatoribus semper propenso, turbulentorum illorum temporum res memoriae tradiderunt, nonnullos quidem errores commiserunt vel minorem rei cognitionem probaverunt, in universum vero opus susceptum diligenter et laudabiliter executi sunt*[4]. *Non tamen unum eundemque auctorem ubique agnoscere licet, neque haec chronicae pars manum secundam evasit, quae eam non tam augere quam abbreviare studebat. Et triplicem quidem recensionem distinguamus oportet. Primae fragmenta brevia in*

1) *Ita a.* 1194. 1198. *Satis arbitrarie antea anni mutati sunt, a.* 1148. 1151. 1154. *etc.* 2) *a.* 1181. *de rebus in Graecia gestis.* 3) *Certe quae de annis regni Heinrici VI. in B leguntur codices C haud omisissent, si scripta invenissent. Minime igitur ex B fluxerunt, quod K. Pertz sibi persuasit. Exempla quae affert (p.* 725. *n.* 12*) hoc minime probant, quamvis lectionem codicis B quam pluribus locis meliorem esse ostendant. A.* 1190. *quidem C* 2 ꝑ ĩn *corrupit in* per vim, *sed minime C* 1 *(quem ex C* 2 *descriptum putavit Pertz); neque hic* Dunodicam *pro* Dimodicam *praebet. Eiusmodi corruptiones ex quovis codice nasci potuisse, vix est quod moneam. Maiorem dubitationem facere videtur locus a.* 1189, *ubi in B quod recte scriptum erat* Iconio *correctum videmus* Leonio, *et hoc in utroque codice C legimus. Sed etiam A hoc praebet. Quare statuamus oportet, in primaevam chronicae recensionem hunc irrepsisse errorem; librarium codicis B, qui de* Iconio, *neque vero de inaudito sane* Leonio *compertum habuit, recte illud scripsisse, sed qui codicem ad exemplar vetustius castigavit falsam lectionem restituisse. Nonnumquam B et C in falsis lectionibus concordant, e. gr. a.* 1185. conversam *pro* eversam; 1187. ius appellatione *pro* ius appellationis, *quod in B post correctum:* ius in appellatione. *Alibi C verum habent; a.* 1189. *B* plurima *omisit; postea ubi C* hac *pro* ac *ponunt perperam* et hac *scripsit; pro* omnibus *in B* 1 *librarius scripsit* comitibus, *post vocabulum illud addidit, ut perperam* comitibus omnibus *legatur. Notandum vero, quod a.* 1198. *agnomen* Pium, *quo B* 1 *Ottonem IV. honoravit, post erasum, in C* 2 *servatum esse, in C* 1 *vero pariter ac in A* 2 *desiderari. Attamen nemo A ex B derivare vellet. Locum a.* 1181. *in C additum post codici cuidam insertum esse, verba docere videntur in C* 1 *servata:* quod in hac sceduli vel (seeduli?) *sc. scriptum vel narratum est.* 4) *Cf. Böhmer p.* XXXVI; *Lehmann p.* 60 *sqq.*

codice B 1 *servata sunt, a bibliopega volumini compaginando adhibita, ideo procul dubio tamquam nullius pretii abiecta. Haec id praesertim habent peculiare, quod epistolae de expeditione Constantinopolitana a.* 1204. *scriptae epitomen tantum exhibent, praeterea quaedam alio ordine disponunt. Ceterum cum codicibus C* 1 *et* 2 *conveniunt, quare haec quoque folia littera C inscripsi. Illorum vero lectionem etiam hic codici B esse praeferendam, tum his fragmentis, tum litteris etiam alibi servatis* [1], *tum denique ipsa narrationis indole probatur* [2]. *Ideo ex B eos descriptos esse, perperam multi statuerunt. Quod vero quaedam in C exstant, quae post margini codicis B* 1 *illata sunt, id eo factum esse puto, quod haec quoque libri pars iteratis curis exarata* [3], *post vero ex uberiori exemplari sit emendata. Ceterum ne haec quidem continuatio per singulos annos confecta est* [4]. *Nihil vero obstat, quin priorem partem (a.* 1200 *sqq.) eidem auctori tribuamus, qui primus in S. Pantaleonis monasterio novum chronicon condendum suscepit; nam quod hic acerbius de Adolfo archiepiscopo iudicatum legimus* [5] *quam in continuatione prima, cum haec tantum descripserit, illa ipse ex animo suo locutus sit, offendere nequit. Circa a. vero* 1217. *vel* 1218. *S. Pantaleonis monachum librum confecisse, probabile est. Illo enim anno C*1 *de expeditione cruciferorum brevioris narrationis fragmentum servavit et mox quaedam iam ante relata repetivit; id quod ex duarum recensionum coniunctione perperam facta ortum videtur. Quae annis* 1217—1219. *narrantur*

1) *Cum litterarum de Constantinopoli expugnata compluria exstent exemplaria, lectio codicum C aliis ubique fere confirmatur. In altera Baldewini imperatoris B etiam longiorem omisit locum.* 2) *a.* 1201. *C habent:* ad expugnandam Constantinopolim cum eo proficiscuntur; *B:* ad subdendam orientalem ecclesiam Romanae cum eo diriguntur; *a.* 1211. *in B. de Sifrido archiepiscopo additur:* et legatus a papa constitutus, *quod tunc nondum erat; a.* 1212. *idem de Theoderico archiepiscopo Coloniensi deposito dicit:* Romam progreditur, ubi per longum tempus demoratur. 3) *Ita de quaternione eo statuerim qui iam p.* 337--352. *continet, fortasse etiam praecedente (p.* 321—336*). In illo, qui in medio a.* 1203. *incipit et usque ad a.* 1216. *historiam deducit, etiam aliam manum deprehendere mihi videor. Alia manu vero non semper alium auctorem indicari, manifestum est p.* 360, *ubi in excerptis ex Oliveri epistola manu mutata vel certe atramento diverso pergitur.* 4) *a.* 1207 (per biennium), *a.* 1208. *temporis post Philippum regem occisum, a.* 1208 (transacto anno) *anni* 1209. *mentio fit; res Albigenses a.* 1210. *ita narrantur, ut quae hoc anno et anno* 1211. *gesta sunt confundantur; a.* 1216. *res Anglicae etiam anni* 1217. *traduntur. Alia quae Lehmann p.* 62 *n. affert in recensione codicis B postea adiecta sunt; v. n.* 3. 5) *a.* 1204. 1205; *cf. Lehmann p.* 60.

magnam partem ex relationibus sumta sunt, quae etiamnum in codicibus olim S. Pantaleonis exstant, anonymi et Oliveri scholastici. Haec postea addita esse, verisimile est. Inde ab a. 1220.[1] *alius ut videtur huius coenobii monachus*[2] *historiam in ipso codice B* 1 *continuavit, quem scribendi ratio non semel mutata et plures emendationes eodem vel coaevo calamo factae iam autographum indicant; et quin codices C hac parte ab ipso pendeant*[3], *non est quod dubitemus*[4]. *Quae cum ita sint, exemplar quod hi exprimunt hoc loco desiisse, in B* 1 *vero, recensione illa reiecta, alteram esse confectam et inde ab a.* 1220. *continuationem temporis decursu additam, quam illi (vel, ut rectius dicamus, archetypus codicum C) receperint, statuamus oportet. Qui primus annales produxit de rebus publicis parum habuit compertum et ab erroribus minime cavit*[5]. *Annis vero* 1224. *sqq. res accuratius sunt expositae et multa memoria valde digna tradita, praesertim tempora et acta Engilberti archiepiscopi luculenter descripta. Quare inter pretiosissima historiae patriae monumenta hanc annalium partem recte referebant quicumque iis usi sunt. Aequo et cauto animo*[6] *auctores, si tamen plures fuerunt*[7], *de Friderico imperatore, Heinrico rege, Honorio et Gregorio IX. papis, Conrado Marburgensi aliisque eius temporis viris iudicarunt, iusta ira nonnisi Engilberti archiepiscopi homicidas persecuti. Qui annos* 1235—1237. *copiosa narratione illu-*

1) *Ante hunc annum codicem B* 1 *esse confectum, inde intelligitur, quod tabula genealogica p.* 226. *ante Heinricum I. inserta iam prima manu continet Fridericum II. imperatorem, altera vero Heinricum (VII.) addit regem.* 2) *Quominus eundem habeamus qui a.* 1200. *sqq. scripsit, etiam eo impedimur, quod Albigenses iam non Beggini, sed haeretici Avionenses et Tolosani dicuntur a.* 1225. *Verba a.* 1225: sicut historia docet *priorem chronicae partem indicant.* 3) *In excerptis ex Oliveri epistola C nonnumquam meliorem lectionem servarunt, ideo ab a. demum* 1220. *ex codice B* 1 *fluxerunt.* 4) *Verba a.* 1229. *post* ut postea patuit *in B* 1 *in inferiore margine addita:* quia culpis suis exigentibus postmodum a domno papa missus est in caveam *in C transierunt, neque illic ex his postea suppleta esse probabile est. Quam plurima aliis erasis in B* 1 *scripta etiam C praebent; raro tantum servant quae in illo post deleta sunt; e. gr. a.* 1233; *vel omittunt post addita, a.* 1237. 5) *Satis acerbe iudicat Lehmann p.* 64: *'Quae ad res patrias pertinent aut falsa aut vilissima sunt'.* 6) *Cf. a.* 1233. *de Conrado Marburgensi:* si fas est dici nimis precipiti sententia. 7) *Sermo fere idem. Anno* 1236. *Lucani versus affertur, a.* 1217. *eius epitaphium exhibetur. Variae manus complures scribas, non etiam auctores probant. Auctorem annorum* 1229 *sqq. cum Friderico II. in Italia fuisse, id quod Böhmer, Fontes II, p.* XXXV, *statuit, recte in dubium vocavit Lehmann p.* 66; *a.* 1231. *referuntur quae ad praecedentem pertinent annum.*

stravit, initio anni sequentis, Heinrici archiepiscopi morte fastis inlata, calamum deposuit.

Neque tamen monachi Sancti Pantaleonis tunc Chronicam regiam desinere passi sunt. Sed novam continuationem susceperunt, in codicibus D servatam, eamque non contemnendae auctoritatis monumentum, de quo qui in nostros usus editionem paravit V. Cl. Cardauns recte ita monuit[1]*: 'Auctori haud parvum ingenium, iudicium cautum, summam fidem inesse, nemo negabit. Raros errores, mendacia nulla lector inveniet, saepe ex varii generis monumentis, epistolis praesertim, illum hausisse, suo loco ostendemus. Historiam cum Germaniae, tum provinciae Rhenanae optime illustrat vel rebus Italicis nonnihil lucis affert. Quo magis dolendum, quod praemature egregio operi finem imposuerit'. Substitit vero in a.* 1249, *neque est cur dubitemus, quin unus idemque de his duodecim annis retulerit. Rebus quas narrat se fuisse aequalem, apertissime ostendit*[2]*. A continuatione antecedente eo differt, quod 'sive in nativitate Domini sive in primordio mensis Ianuarii novi anni initium statuere videtur'; errore vero manifesto a.* 1238. *tribuit quae ad annum sequentem referenda erant, annalium exordio vero nullum annum praeposuit, eo fortasse adductus, quod continuatio illa iam Heinrici mortem (*26. *Mart.* 1238*) retulerat. 'Conradi vero electionem desiderabis, quod illi tribuas qui post multos annos hos annales Chronicae praesulum inseruit'. Certe opus grande longius deducere auctori propositum fuit, qui monachum Sancti Pantaleonis apertis verbis se profitetur*[3]*. Hoc igitur monasterium de historia patria optime meritum esse, praedicemus oportet.*

Chronica regia, saepius, ut vidimus, descripta, vix tamen archiepiscopatus Coloniensis fines egressa esse videtur[4]*. Exemplar unum in usus ecclesiae S. Mariae Aquisgranensis saeculo XII. paratum novimus, et iam in Annalibus Aquensibus Chronicae regiae excerpta agnosci possunt*[5]*. Primae partis* 920—1162. *in linguam vernaculam translatio a Witkint quodam fratre ut videtur ordinis S. Iohannis*[6] *confecta et praefatione rhythmica ornata exstat in cod.*

1) *Cf. etiam dissertationem eius in 'Archiv f. d. Geschichte des Niederrheins N. F.' II, p.* 197 *sqq.* 2) *a.* 1243: Castrum amplissimum videre nostris temporibus deiectum terre equari. *Quae annalibus addita sunt de Conrado archiepiscopo, quamvis illis, ut videtur, aliena, annis* 1250. *vel* 1251. *scripta esse, recte V. Cl. Cardauns statuisse videtur. Idem Scheffer-Boichorst, Hist. Z. XXIX, p.* 451, *ex loco a.* 1249. *probare conatus est.* 3) *a.* 1242: abbas monasterii nostri S. Panthaleonis. 4) *Chronicam regiam non in chronico universali Saxonico exscriptam esse, Weiland docuit, 'Forschungen' XIII, p.* 161 *sqq.; cf. 'D. Chron.' II, p.* 32 *n.* 2. 5) *V. supra p.* x. 6) *v.* 85. *et* 98. *hoc indicant.*

Lipsiensi supra memorato, de cuius origine nihil constat (edit. Eccard, Corp. I, p. 946 *sqq.). Qui catalogos archiepiscoporum Coloniensium confecerunt, Caesarius Heisterbacensis alii, ea usque ad a.* 1237. *usi sunt. Etiam maiorem ex illa fructum sibi paravit Chronica praesulum Coloniensium saec. XIV. exeunte composita*[1]; *auctor vero chronici germanici saec. XV. ex. compositi ut prelo subiiceretur (Cronica van der hilliger stat van Coellen) vix ad hunc uberem et sincerum rerum Coloniensium fontem ascendit*[2].

Diu sane latuit, et sensim sensimque singulae partes e tenebris erutae sunt. Primus Freherus pretiosissimam partem (a. 1162—1237*) ex codice Lipsiensi*[3], *tunc Stephani Broelmanni I. C. Coloniensis, publici iuris fecit (SS. rer. Germ. I, p.* 239; *ed.* 3. *cur. Struvio p.* 335*); annos* 964—1162. *ex apographo codicis Romani*[4], *quod inter Schannati schedas reperit, Würdtwein (Nova subs. dipl. XIII, p.* 1 *sqq.) imprimi fecit; integram chronicae in monasterio S. Pantaleonis compositae partem priorem ad a.* 1162. *Eccardus vulgavit (Corp. hist. I, p.* 683 *sqq.), separatam et rebus narratis partim supparem narrationem se reperisse opinatus. Ex Frehero Böhmer annos* 1198. *sqq. Fontium Volumini II. inseruit (p.* 329 *sqq.), priorem vero partem inde ab a.* 1106. *et fragmenta quaedam ex codice Guelferbytano Vol. III (p.* 408 *sqq.) dedit. Codice A* 1 *a G. H. Pertz feliciter invento, prodiit editio filii Karoli Pertz (SS. XVII), cui etiam codices Guelferbytani (B* 1, *olim a me collatus, et A* 3*), Vaticanus (C* 1*) et Bruxellensis (C* 2*) adhibiti sunt, neque tamen iustis votis satisfecit. Continuationem ultimam primus ex codice Wirceburgensi (D* 1*) edidit V. Cl. Huber (Böhmer, Fontes IV, p.* 470 *sqq.), post eum V. Cl. Cardauns (SS. XXII); secundam ex cod. Vindobonensi nuper proposui (SS. XXIV). — Versionem Germanicam annorum* 1106—1237. *debemus C. Platner ('Geschichtschreiber der D. Vorzeit. XIII. Jahrh.' Vol. III).*

Novam editionem ita institui, ut duas tantum ubique distinguerem recensiones, quales usque ad a. 1106.

1) *Eckertz I, p.* 24: prout hec et alia hanc historiam contingentia in superioribus, scilicet in cronicis imperatorum sub temporibus Philippi secundi et Ottonis quarti Romanorum regum plenius continentur. *Quo de loco cf. Lehmann p.* 28.

2) *Cardauns, 'Städtechr. Cöln' I, p.* LXXXII; *II, p.* 232.

3) *Minus recte K. Pertz contendit: ex cod. Guelferbytano, quem Eccardus falso Broelmannianum dixit.*

4) *Non eodem, ut Pertz voluit, qui nunc in bibliotheca Berolinensi adservatur (C* 1*; v. Lehmann p.* 3*), sed certe eiusdem originis, cum etiam graviores errores (a.* 1001: ante altare sed modo in choro *pro*: ante altare Sancte Marie in choro*) communes habeant.*

codices C 1 et B 1 (C 2), a. 1106—1199. *codices A et B, postea C et B praebent; alibi recensionem C, quae inter A et B mediam partem tenet, cum ea coniungerem, ad quam propius accedit. Codicum A* 1 *et B* 1 *integram, A* 2 *et C* 1 *et* 2 *negligenter exaratorum praecipuam tantum lectionis varietatem proposui, annotationes vero eas addidi, quae fontes, quotquot innotuerunt, indicant, tempora accuratius definiunt et errores ab auctoribus commissos breviter exponunt; in quibus conficiendis quae VV. Cll. Lehmann, Platner, Scheffer-Boichorst, Cardauns, Arndt, O. Abel, Winkelmann alii exhibuerunt magno usui mihi fuisse, grato animo profiteor.*

Appendicis loco adieci monumenta breviora tam historiam Coloniensem s. XII. et XIII. quam Chronicae regiae ut ita dicam natales et fata illustrantia.

I. Versionis Germanicae praefationem ex cod. Lipsiensi (B 2) descripsi.

II. Annales S. Gereonis Colonienses ex codice nunc tabularii regii Dusseldorfiensis primum editi 'Iahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XII, p. 154*; XIV, p.* 12, *post a Böhmer inter Fontes III, p.* 399. *recepti, a b. m. G. H. Pertz vero ex ipso codice descripti Scriptorum t. XVI, p.* 733. *prodierunt.*

III. Fragmenta Chronici rhythmici post a. 1260. *Coloniae procul dubio confecti, quamvis nimis lacera, ex nova editione SS. XXV, p.* 369 *sqq. sumsi, quae folia A et B in archivo Dusseldorfiensi, C in bibliotheca Berolinensi asservata quam accuratissime expressit neque ea neglexit quae priores editores G. H. Pertz ('Ueber eine Rheinische Chronik des* 13. *Iahrhunderts',* 1855*) et Deycks (ap. Lacomblet, 'Archiv für die Geschichte des Niederrheins' II,* 1857*) legere vel restituere conati sunt. Multa iniuria temporum esse amissa vel in foliis illis deleta, sane dolendum est, cum auctor praesertim de rebus urbanis complura alias incognita tradiderit.*

IV. Dialogus inter laicum et clericum, a. 1206. *scriptus, ut causam Brunonis archiepiscopi contra Adolfum electi defenderet, nonnulla continet rebus eius temporis cognoscendis et diiudicandis utilia. Edidit eum Böhmer, Fontes III, p.* 400 *sqq., ex codice olim monasterii Campi S. Mariae, nunc bibliothecae regiae Berolinensis Lat.* 50b *in* 8, *ubi inter epistolas Innocentii III. ad litem Coloniensem spectantes fol.* 137'—141. *legitur. Eundem ipse excussi, sed scribae errores mox alia manu correctos adnotare nolui.*

V. Ex epistolis Guiberti Gemblacensis ad Philippum archiepiscopum Coloniensem quaedam exscripsi ex codice Bruxellensi nr. 5387, *auctoris ut videtur autographo, de quo v. Bethmann, 'Arch.' VIII, p.* 495. *Alias duas collectiones*

ibidem servatas nr. 1381—1392. *et nr.* 5535. *descripsit de Reiffenberg, 'Annuaire' VII, p.* 59. 69. *Paucas tantum (26) easque plerumque decurtatas edidit Martene, Coll. I, p.* 916 *sqq.*

VI. *Oliveri relatio de expugnatione Damiatae ex duabus epistolis ad Colonienses datis, ut videtur, confecta, a libro post edito, prima praesertim parte, diversa, exstat in codice olim S. Pantaleonis, nunc Guelferbytano inter Gudianos nr.* 131, *fol.* 5—17, *manu s. XIII. inc. scripta. De qua cf. quae disseruit Zarncke, 'SB. d. Sächs. Ges. d. Wiss.'* 1875, *p.* 139 *sqq., qui tamen Annalium auctorem hoc usum esse exemplari minus recte monuit. Nam non paucis locis propius ad ipsam epistolam accedunt a Gelenio (Vindex libertatis eccl. et martyr S. Engelbertus p.* 329. *et Bongarsio, Gesta Dei p.* 1185*) editam. Exscripsit V. Cl. Krusch. Gelenii (G) et Eccardi (Corp. hist. II) lectiones eas tantum attuli quae ad hanc emendandam recensionem facere videbantur; ultimae parti quaedam ex sequenti libro subieci.*

VII. *Codex Lugdunensis inter Vossianos nr.* 95, *fol. chart. et membr. s. XV, historiam brevem expeditionum in Terram Sanctam a.* 1217—1219. *susceptarum continet. Primam eius partem, quae de rebus in Portugalia gestis agit, cum Annalibus Coloniensibus arta necessitudine coniunctam esse, Röhricht docuit ('Forschungen z. D. G.' XVI, p.* 153*). Sed neutra narratio ex altera descripta esse potest, sed ambae ad communem fontem redeunt, relationem procul dubio tunc scriptam. Quae tam in rebus narrandis quam in singulis quibusdam verbis cum carmine a Gosvino de expugnatione castri Alcacer confecto convenit, multa vero habet ab hoc aliena et accuratius expressa. Quare minime carmen in relatione ista adhibitum*[1]*, sed utrumque opus eidem esse tribuendum*[2]*, recte statuere mihi videor. Altera parte historia expugnationis urbis Damiatae narratur, et ipsa ex Oliveri epistolis hausta, sed ita, ut quae cum earum prima conveniunt multa praebeant peculiaria et nonnulla prorsus nova. Ideo aliud eius exemplar auctori ad manus fuisse, statuamus oportet. Quis ille fuerit, ne coniicere quidem ausim. Nonnumquam testem ocularem se indicare videtur; alibi vero narrationem arbitrarie mutavit,*

1) *Röhricht, 'Forsch.' l. l. p.* 148 *n., hoc in Annalibus Coloniensibus exscriptum putavit.* 2) *Quae iam K. Pertz versibus heroicis scripta esse monuit, in carmine haud occurrunt, sed eundem auctorem poeticae locutioni assuetum probant. Alia, ut* auriferus Tagus *in utroque libro leguntur. Neque brevior dicendi ratio in carmine notanda obstare videtur.*

immo aperte depravavit. Nonnumquam propius ad Chronicam regiam accedit, ita ut de eodem auctore cogitare possis. Quare ea saltem cum lectoribus communicare placuit quae ex fontibus deperditis hausta sunt.

VIII. Etiam Gosvini *carmen, in Scriptoribus rerum Portugalensium (Portugaliae monumenta I, p.* 102*) nuper iterum editum, inter nostrates vero numquam publico iuri datum, addere placuit. Auctorem inter crucesignatos, quorum gesta celebrantur, quaerendum esse, editor recte procul dubio monuit; id quod non solum nomine Hispanis haud usitato, sed praesertim iis comprobatur quae cum relatione supra indicata communia habet. Episcopo vero Ulixibonensi Suerio dedicatum est. Ipsius et auctoris nomina litteris initialibus* 15 *partium, in quas carmen divisum est, indicantur.*

IX. Ultimum tenet locum Martini Continuatio Coloniensis, *quam nondum editam neque proximis annis in Scriptorum collectione edendam hic proponendam duxi. De qua V. Cl. Cardauns, qui editionem paravit, ita monuit:*

'Huius historiae unicus exstat codex, olim monasterii Sanctae Crucis in Lysagora, in palatinatu Sandomiriensi, tum bibliothecae illustrissimi comitis Augusti Potocki Wilanowianae; *ubi eum Wilhelmus Arndt in itinere suo Polonico feliciter detexit, ipsumque Berolinum transmissum a.* 1865. *exscripsit. Est chartaceus in folio, signatus nr.* 2, *saeculi XIV. Continet a) f.* 1. *Martini Oppaviensis chronicam, quam in verba:* rex eciam Navarie, qui infirmus de Affrica processerat, in Siciliam veniens defunctus est *exeuntem, statim excipit historia nostra fol.* 173—179; *b) f.* 179. *Catalogum archiepiscoporum Coloniensium (de quo v. SS. XXIV, p.* 334*); c) f.* 188. *Hodoeporicon ad Terram Sanctam per nobilem militem Gwilhelmum Boldensele; d) f.* 201. *Presbyteri Iohannis epistolam ad Emmanuelem gubernatorem Hierosolymae; e) f.* 203. *Iacobi de Vitriaco Acconensis episcopi historiam Hierosolymitanam; f) f.* 259. *Patriarchae Constantinopolitani descriptionem Terrae Sanctae; g) f.* 274. *Boguphali episcopi Poznaniensis (rectius: Glodislai cognomento Blasco custodis Poznaniensis) chronicon Polonorum; h) f.* 330. *Anonymi archidiaconi Gneznensis Chronicam Cracoviae et diversorum Poloniae annalium fragmenta.*

De auctore historiae nostrae vix constat, nisi quod Coloniae videtur vixisse. Librum anno 1326. *subsistentem non post annum* 1330. *esse compositum, arguunt verba, quibus utitur auctor de Friderico rege per Ludovicum adversarium ex vinculis dimisso:* quam pollicitacionem Fridericus extunc usque nunc efficaciter exequitur. *Praeter*

Martini chronicon, quod continuavit, adhibuit quoque ad opus suum instruendum Continuationem pontificum Romanam. Alia ex continuatione quadam annalium in monasterio S. Pantaleonis scriptorum sumta putarim. Sane haud exigui pretii est aestimanda haec historia, quippe quae non solum ad res Colonienses melius cognoscendas, sed etiam ad universalem, ut ita dicam, saeculi decimi tertii exeuntis decimique quarti ineuntis historiam elucidandam valeat.

Multa ex nostro deprompserunt Chronica praesulum Coloniensium et Chronica quorundam regum ac imperatorum Romanorum, quibus in restituendis verbis nonnumquam uti licuit. Versio Germanica in chronico vernacula lingua scripto codicis Monacensis Germ. nr. 691. *legitur*[1]. *Soldani epistolam Clementi V. papae directam continet etiam codex bibliothecae gymnasii ad Sanctum Marcellum Coloniae, signatus: Codd. in* 4° *nr.* 169, *saec. XIV. Hoc et ad corrigendum et ad supplendum textum codicis Wilanowiani usus sum signando eum* 2.'

Haec iam uno volumine coniuncta omnibus qui in historia sive Coloniensi sive universali medii aevi tractanda versantur grata fore confido.

1) *Cf. 'Städtechroniken'. Cöln III, p.* 962 *(I, p.* LXXIV*).*

Dabam Berolini d. 29. *Decembris* 1879.

G. Waitz.

Hoc tomo continentur:

CHRONICA REGIA COLONIENSIS.

APPENDIX.

PARS PRIMA
A MONACHO S. PANTALEONIS POST ADDITA.

Recensio codicum B 1. C 2.

Cronica[a] dicor ego, mendacia cuncta relego,
Mundi principio temporis acta scio.

Prefatio[b] sequentis operis.

Neminem iam esse hominum arbitror — — habebantur illustrium. *Orosius I,* 2.

Babylon itaque eo anno — — si aliquando desistant[c]. *ibid. c.* 1. 2. 3.

Adam et Eva, ut revelatum fuit — — genuisset Seth. *Petr. Comestor I,* 25.

Nam plurimos filios et filias Adam genuit, quos legislator pretermisit.

Seth anno 105 — — genuit Matusalam. *Beda de temp.*

Sicut ergo in generatione Cain — — translatus est. *Petr. Com. I,* 30.

Matusalam — — Noe, sub quo factum est diluvium. *Beda.*

Igitur Adam protoplasto de paradysi felicitatę propter inobedienciam expulso et Abęl a Cain fratre exstincto — — in quo nati sunt ei filii. *Petr. Com. I,* 27.

Qui etiam rapinis et violencia — — in urbibus collegit. *ibid. c.* 28.

Civitatem etiam ab Enoch — — filiam nominę Naainam. *Iosephus Antiq. I,* 4.

Lamech autem ręs divinas — — diluvio perierunt. *Petr. Com. I,* 28.

Fuerunt Adam et alii filii — — ad mala progressi sunt; *Ios. I,* 4. videntes quod filii Seth — — inducere in arcam.?

Sexcentesimo itaque vitae sue anno — — sed semen eius. *Petr. Com. I,* 33—36.

Vixit itaque Noe — — habentes super se tres duces Nemroth, Iectan et Suffenę.?

Et impleti sunt dies Noe — — usque ad caelos. *Petr. Com. I,* 36. 38.

Sumebat ergo altitudo — — suam tunc habuerunt. *Ios. I,* 9.

Divisi sunt — — mediterranea simul atque maritima. *ibid. c.* 10.

Quod autem subditur de terra Sennaar — — usque ad quartam ciliadem. *Petr. Com. c.* 38.

Interim vero obtinuerunt — — libros eius combussit. *ibid. c.* 39.

Ab eodem inventa sunt ydola — — imagines dedicarunt. *Petr. Com. c.* 40.

Exortum est autem regnum Assyriorum — — per reges 37. *ibid. c.* 46.

a) *ita B 1. C 2; quae uterque addit codex v. in praefatione.* b) *duae imagines quibus repraesentantur, prima* Nemroth, Ninus, Semiramis, *altera* Darius, Cyrus, Alexander Magnus *praemissae sunt B 1. C 2.* c) *iterum duas tabulas exhibet B 1,* (*necnon C 2*); *in prima* Romulus, Octavianus Cesar Augustus, Iulius Cesar, *in altera* Adam *et* Seth *delineati sunt.*

Igitur Ninus, Beli filius, universam Asiam, que tocius orbis ad numerum parcium tercia dicitur — — Semiramis, uxor eius, aggressa est bellando ac superavit. *August. De Civ. Dei XVIII,* 2.

Finit prima aetas habens annos 5242.

Noę vir iustus in generationibus suis ante diluvium genuit tres filios, Sem, Cham et Iaphet.

Sem, filius Noę — — condidit Babyloniam. *Beda.*

et Zoroastres magicam artem reperit. *Cf. Hier.*

Quem occidens Ninus — — cocto latere circumdedit. *Iustin. I,* 1. 2.

Hec campi planicie — — quadrigas capit. *Oros. II,* 6.

Semiramis autem — — turba consenuit. *Iustin. I,* 2.

Finit secunda etas habens annos 942.

Abraham anno 100. genuit Ysaac — — conditur. *Beda.*

Ioseph 16 annorum — — princeps tocius terre constituitur.

Eo tempore Prometheus — — ampliasse agriculturam. *Petr. Com. I,* 86.

Igitur mortuo Ioseph — — tanto magis multiplicabantur. *ibid. II,* 2.

Videns ergo Pharao — — punivit Deus in errore fluminis. *ibid. c.* 4.

Servierunt ergo Hebrei in Egypto — — iunxisse feruntur. *Cf. Hier.*

Finit tercia etas habens annos 943.

Moyses annis 40 — — Othoniel prefuit annis 40 *Cf. Beda.*

Tempore huius Othonielis egressi sunt ex quadam parte Grecie duo fratres Cathmus et Phenix, et Cathmus condidit Thebas et regnavit ibi. Phenix venit in Tyrum et Sydonem et regnavit ibi, *Cf. Hier.*

et primus tradidit Tyriis et Sydoniis usum quarundam litterarum, circiter 7; tradidit etiam usum minii coloris, et dictus est color ille per corruptionem puniceus; et ad honorem eius Tyrii et Sydonii primi fecerunt litteras capitales de huiusmodi colore minii, et redactum est in usum, ut littere capitales vel rubrice non fiant de atramento, sed de colore minio. ?

Mortuo Othoniele — — Amphion musicus claruit. *Beda.*

Tempore eiusdem Femenoe una de Sybillis — — versibus exametris scripsit. ?

Eodem tempore rex Dyonisius Liber Bachus expugnavit Indiam et constituit ibi civitatem, quam a nomine suo denominavit Nisam. ?

His etiam diebus mortuo Iano, qui primus in Italia regnavit, Saturnus — — regnum Lacedemoniorum exortum. *Paul. H. R. et Beda.*

Finit quarta etas habens annos quadringentos 82.

Mortuo Saul David — — Eo tempore regnum Assiriorum ad Medos et Persas translatum est, quod a principio Bęli steterat annis 1302. *Paul. et Beda.*

Nam ultimus rex Assyriorum — — iniecit et periit. *Oros. I,* 19.

Extunc Arbactus — — Nobuchodonosor. ?

Tunc etiam Olympias a Grecis constituta est regnante apud Ebreos Ozia. *Petr. Com. IV,* 24.

Filia autem Numitoris — — uno partu edidit. *Paul. H. R.*

De conditione urbis Romae.

Romulus vero cum esset — — cum apud Hebreos Ezechyas regnaret. *Paul. H. R.*

Hic duos menses Ianuarium et Februarium anno addidit, *cf. Hier.*

et leges Romanis dedit, auguria etiam et sortes Romae primus instituit. ?

Templa plurima deorum construxit; *cf. Hier.*

fundamenta Capitolii iecit, quod postea constructum a Romanis unum de septem mirabilibus mundi fuit. Nam ipsum Capitolium — — destinare deberent. (*Beda*) *De 7 mir. mundi.*

Huius temporibus Sybilla Erictea — — idolis corruerit. ?

Glaucus de Choo — — excogitavit. *Petr. Com. IV*, 33.

Decessit autem Numa — — urbem ampliavit. *Paul. H. R.*

Eo tempore Sybilla Erofila — — ebulliunt. *Petr. Com. IV*, 33. 32.

Hoc tempore Byzanzium — — regę subversa est. *Paul. H. R.*

Finit quinta etas habens annos 588.

Nam 19. anno Nabuchodonosor — — pro eo exponeret. *Petr. Com.*

Reversus autem pastor — — mulier accepit, *Iustin. I*, 4.

allusit ei tamquam diu noto — — de regno puerorum. *Petr. Com.*

Cetęrum Arpago — — Lectis ille epistolis congregata Persarum manu bellum avo indicit. *Iustin. I*, 5.

Porro Astyages — — causa et origo fuit. *Oros. I*, 15.

Igitur Cyrus Asiam — — patrimonio condonavit. *ibid. II*, 6.

Cyrus, subacta Asya — — Regnavit Cyrus annis 30. *Iustin. I*, 8.

In huius anno primo suscitavit — — per manus Zorobabel. *Petr. Com.*

Post hec Darius Scithis — — unde dicte Amazones. *Iustin. II*, 2.

Harum due fuere regine — — constituendo tenuerunt. *Oros. I*, 15. 16.

Igitur Darius postquam Assyrios — — memoratum sit. *ibid. II*, 8. 9.

Denique ante experimentum — — Persarum dimicatum est. *Iustin. II*, 10. 11.

Quarto autem die — — mutuis cedibus suis. *Oros. II*, 9.

Sparthani postquam regem — — catervas occiderunt. *Iustin. II*, 11.

Xerxes his victis — — domos dilabuntur. *Oros. II*, 10.

Hac clade perculsum — — Abitum contendit; *Iustin. II*, 13.

ubi pontem veluti victor — — trepidus transiit. *Oros. II*, 10.

Erat res spectaculo digna — — victoria nunciatum sit. *Iustin. II*, 13.

Xerxes bello in Grecia — — circumventus occiditur. *Oros. II*, 11.

Cui Artaxerxes — — et hic finis regni Persarum. ?

Igitur Tarquinius rex — — corrumpere voluit. *Paul. H. R.*

Hoc tempore imperabat Medis Artaxerxes. Quo regnante Ęsdras incensam legem renovavit. *Beda.*

Anno 338. Veietanis rebellantibus — — Torquatus nominatus est. *Paul. H. R.*

Eodem tempore Phylippus rex Macedonum — — adolescente occisus est.

De Alexandro Magno.

Igitur Alexander anno — — stragem facturi. *Oros. et Iustin.*

De mirabili eventu Alexandri et quomodo venęno perierit.

Igitur Alexander nobili et multiformi preda onustus — — cum ipsi felices essent. *Hist. Alex.*

Decessit Alexander Magnus — — nonnulla apparuere. *Iustin. XII*, 16.

Dum enim Phylippus — — celeri periturum.

Ea etiam die qua natus — — non calcaverit. *Iustin. l. l.*

Igitur Alexander per 12 annos — — fregerunt. *Oros. III*, 23.

Eo tempore Demostenes et Aristoteles famosi erant. *Beda.*

Igitur Samnites apud Caudinas — — Argis occisus est. *Paul. H. R.*

Cuius[a] pollex e dextro pede — — templo Dodonei Iovis conditur. *Landolf. H. m.*

a) *haec in marg. add. B* 1.

Hoc tempore apud Iudeos — — Symon Onye filius. *Paul.*

Machabeorum liber primus hoc tempore scriptus est. *Beda.*

Tarentini, morte Pirri comperta — — deditionem accepit. *Paul.*

Igitur exercitum faciens — — cunctis miraculum fuit. *Oros. IV*, 8.

Kartaginienses victi — — pontificatum habente. *Paul.*

Eo tempore Sostratus pharum in Alexandria construxit. Hoc fuit unum de mirabilibus mundi — — terre motu corruit. *Petr. Com.*

Quartum est miraculum — — in columpnarum magnitudine mirabile. (*Beda*) *De 7 mir.*

Igitur Kartaginienses Regulum ducem — — Amilcaris filium. *Paul.*

Hic Saguntum — — de Illiricis gloriose triumphavit. *Land.*

Hoc tempore Machabeorum liber secundus scriptus est. *Beda.*

Publius Cornelius Scipio — — sed homines brevi defuturos. *Land.*

Quomodo mortuo Iulio nepos eius Octavianus ei successerit.

Anno ab U. c. 709. interfecto — — Tyberio successori reliquit. *Land.*

Anno [a] primo Octaviani — — possessionumque descripsit. *Ekkeh.*

De nativitate Domini.

Anno ab U. c. 752, Olimpiadis 193, evolutis ab initio creationis humane annis 5199, quando firmissimam — — pax ista famulabatur. *Oros. VI*, 1.

qui etiam sextam — — in medio foro agnus locutus est. *Beda de 6 aet.?*

Anno d. i. secundo, qui est Augusti 43, Augustus amiciciam — — unde et moritur. *Ekkeh.*

A. d. i. 16, qui est a condita Urbe 1162, Tyberius — — ei committeretur. *ibid.*

Nusquam ipse pugnavit — — Caligulae insidiis extinctus est. *Land.*

A. D. 17. — — etatis vero 78. *Ekkeh.*

A. d. i. 39, ab U. vero c. 790. tercius ab Augusto Gaius — — dieque octavo. *Land.*

A. D. 40. — — regni quarto. *Ekkeh.*

A. d. i. 43, ab U. autem c. 794. Claudius — — incederet. *Land.*

A. D. 44. 12 apostoli — — vitae suae 64. *Ekkeh.*

A. d. i. 57, ab U. vero c. 808. Domicius Nero — — imperii sui 14. *Land.*

A. D. 58. Paulus apostolus — — esse devoratum. *Ekkeh.*

A. D. 71, ab U. vero c. 822. Galba — — deiectus. Antyochiae secundus ordinatur episcopus Ignatius *Ekkeh.*

Anno d. i. 72, ab U. c. 823. brevi illa quidem — — assecuta est. *Land.*

Cumque Romam incendiis — — mortuus est. *Ekkeh.*

A. D. 81, ab U. vero c. 832. Titus — — sed alii hoc negant. *ibid.*

A. D. 83, ab U. autem c. 834. Domicianus — — Iohannes apostolus iussu ipsius Romam veniens, in ferventis olei doleum ante portam Latinam mittitur, indeque cum illesus exisset, in Pathmos insulam ab eodem Metallo religatur. *Land.*

Cumque odiosus esset omnibus — — a suis interfectus est. *Ekkeh.*

A. D. 99, U. vero c. 850. Nerva Cocceius — — solis defectio facta est. *ibid.*

A. d. i. 100, U. c. 851. Vulpius Crinitus — — privatus optasset. *Land.*

Hic postea deceptus — — Iherapolim sacerdotium gerens. *Ekkeh.*

a) Anni Octaviani Augusti *et numeros, postea* De Tyberio cesare, *et ita deinceps de singulis imperatoribus rubro in marg. add. codd., quae omisimus.*

A. d. i. 119, U. c. 870. Helius Adrianus — — annis 16. *Ekkeh.*
Qui Traiani glorie invidens — — in optimum statum, *Land.*
in eo loco ubi Dominus — — Hebreo transtulit in Grecum. *Ekkeh.*
A. d. i. 140, U. c. 891. Antonius — — annos 22, menses 3. *ibid.*
Iste ab Adriano in filium — — iura concedere. *Land.*
Obiit autem anno — — apud Dorium villam suam. *Ekkeh.*
A. d. i. 162, ab U. c. 913. Marcus Aurelius — — annis 19. *ibid.*
Is haud dubie nobilissimus — — alia decreta sunt. *Land.*
A. D. 163. Lucio cesari — — in Pannonia moritur. *ibid.*
A. d. i. 181, U. vero c. 932. Lucius Aurelius Commodus — — ac mensibus 8 regnavit. *ibid.*
Hic qualis futurus esset — — legislatorem occidit. *ibid.*
Huic Marcia libertini — — incommodus strangulatur. *Ekkeh.*
A. d. i. 194, U. c. 945. Helius Pertinax — — decollatus est. *ibid.*
A. d. i. 195, ab U. c. 946. Severus — — imperator fuit. *ibid.*
Hic primum fisci — — apud Lugdunum est et interfectus. *Land.*
Hoc regnante Samarites — — moritur in Britannia. *Ekkeh.*
A. d. i. 213, ab U. c. 964. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla — — mensesque 2. *ibid.*
Hic Bassianus ex avi — — Romae relatum est. *Land.*
A. D. 214. Alexander ępiscopus — — Iherosolimis est inventa. *Ekkeh.*
A. d. i. 220, ab U. c. 971. Opilius Macrinus — — Phyletus episcopus decimus. *ibid.*
A. d. i. 221, U. vero c. 972. Marcus Aurelius Antoninus Varus — — regnavit annis 4. *ibid.*
Hic Antonini — — Tractiriusque appellatus est. *Land.*
Primo Aurelii anno Calixtus — — tumultu militari occiditur. *Ekkeh.*
A. d. i. 225, a c. U. 976. Aurelius Severus Alexander — — regnavit annis 13. *ibid.*
Qui suscepto bello — — convivio reponerentur. *Land.*
A. D. 226. Urbanus papa 16. — Mogontiae occiditur. *Ekkeh.*
A. d. i. 238, U. c. 989. Iulius Maximinus — — regnavitque annis 3. *ibid.*
Is primus ex corpore — — post unum interiere. *Land.*
A. 239. Maximinus persecutionem sextam — — Babillas ordinatur 12. *Ekkeh.*
A. d. i. 241, ab U. c. 992. Gordianus — — regnavit annis 6. *ibid.*
Hic cum Romam venisset — — vigesimo imperii sexto. *Land.*
A. D. 242. Origines in Cesarea — — interficitur. *Ekkeh.*
A. d. i. 247, U. c. 998. Marcus Iulius Philippus — — iunior occiditur Romae. *ibid.*
A. d. i. 254, ab U. c. 1005. Decius in Pannonia inferiori — — sedit annis 2, menses 5. *ibid.*
A. d. i. 257, ab U. c. 1008. Virius Gallus Hostilius — — et parrochias divisit. *ibid.*
A. d. i. 259, U. vero c. 1010. Licinius Valerianus — — regni detrimenta sustinuit. *Ekkeh.*
Alemanni vastatis Gallis — — militibus tradere noluit. *Land.*
Gallienus igitur profectus — — Mediolano interficitur. *Ekkeh.*
A. d. i. 274, U. vero c. 1025. Claudius, quem multi — — Antyochiae subrogatur Domnus episcopus. *ibid.*
A. d. i. 276, a c. U. 1027. Aurelianus patre mediocri — — Aurelianus occiditur. *ibid.*

A. d. i. 281, ab U. c. 1032. Tacitus — — sanguine interiit effuso. *Ekkeh.*

A. d. i. 282, U. c. 1033. Probus — — habetur a multis. *ibid.*

A. d. i. 288, U. c. 1039. Carus Narbone — — occisi sunt. *ibid.*

A. d. i. 290, ab U. vero c. 1041. Diocletianus — — natus de Dalmatia; *ibid.*

adeo ut a plerisque — — Dyoclea. *Land.*

Hic Aurelium Maximianum — — Constantini, Helene filii. *Ekkeh.*

Privatus itaque in villa — — inter divos tamen referretur. *Land.*

Primo anno Dyocletiani Bagaude — — decessitque 4. Idus Dec. *ibid.*

A. d. i. 310, ab U. c. 1061. cum Dyocletianus — — Constantius et Galerius augusti creati sunt, divisusque — — dedit anno vitae sue 60. *ibid.*

A. d. i. 311, U. c. 1062. Constantinus ex obscuriori patrimonio — — christianas fecit basilicas multas. *Ekkeh.*

Testamentum quod statuit Constantinus imperator Silvestro pape et successoribus eius.

Ex testamento constituti nostri concedimus sanctis apostolis — — terrenus illic habeat potestatem. *Cf. Ps. Isidor.*

Igitur Constantinus propriam volens — — patria conquassantibus simulachra. *Land.*

Eiusdem principis tempore Arrius — — A. D. 329. Crux Domini ab Helena invenitur. *Ekkeh.*

G. Trev. A. D. 330. Beata Helena papam Silvestrum adiit, petens, ut Treverice civitati misereatur et eius infidelitatis tenebras aliquo ydoneo predicatore illustrare dignaretur. Nam primo per beatum Eucharium, Valerium et Maternum ad fidem conversi fuerant; sed post mortem illorum recte fidei tramitem dimittentes, ad pristinum paganismi vomitum ex magna parte redierunt. Sanctus autem Silvester, inquisitione habita, omnium fidelium consilio sanctum Agricium Anthiocene civitatis presulem ęvocavit et ad peticionem regine Treveris destinavit. Cui etiam beata Helena preciosissimas reliquias, quas de Iudea tulerat, scilicet corpus Mathye apostoli cum tunica et clavo Domini et dente sancti Petri apostoli et capite Cornelii pape ceterisque reliquiis illic deferendas tradidit.

Huc usque hystorias scribit Eusebius. Exhinc Iheronimus. *Ekkeh.*

A. D. 331. Anthyochie ordinatur Vitalis — — numero 11. *ibid.*

G. Trev. A. D. 332. Sanctus Agricius Treverim veniens, ut alter Eucharius populum ab antiquo errore ydolatrie eripuit et domum beatissime Helene in honore sancti Petri dedicavit et caput ecclesie Treverensis ut esset instituit.

A. D. 333. Iuvencus presbyter — — Nychomediam moritur. *Ekkeh.*

A. d. i. 341, U. autem c. 1092. Constantius — — imperii 23. *ibid.*

G. Trev. Sanctus Agricius, pontificatus sui officio expleto, migravit ad Dominum; cui successit sanctus Maximinus, discipulus ipsius, qui Eufratem Coloniensium hereticum deposuit et Severinum in loco eius subrogavit, Athanasium Alexandrinum episcopum persecutionem Constancii imperatoris fugientem honorifice suscepit et intrepidus. Nam antea toto orbe profugus vagabatur, nec ullus ad latendum ei supererat locus. Tribuni, prepositi, comites exercitusque ad investigandum eum edictis imperatoriis[a] moti, totis regni viribus concertaverunt, si quis vivum maxime, sin minus, certe capud detulissent. Veruntamen Treberis 6 annis latuit in qua-

a) iis *e corr. B* 1.

dam cisterna, in qua non erat aqua, sed ossibus sanctorum plena, ut solem numquam viderit, et ibi fidem catholicam, hoc est: *Quicumque vult salvus esse,* composuit et beato Hylario Pictavorum episcopo, qui pro fide catholica multa ab Arrianis perpessus fuerat, transmisit. *V. Hil.* Quam idem Hylarius nimium amplectens et ultimum versum, id est: *Haec est fides catholica,* adiciens, cunctis fidelibus commendavit. Fertur etiam quoddam miraculum de eodem beato Hylario. Arriana namque heresi per orbem furente, multi, qui ecclesie videbantur[a] esse columpnae, huiusmodi veneno[b] infecti misere ac desipienter a fidei salute languebant, in tantum ut ipse tunc apostolicae sedis papa Leo ipsius lepre commaculatione respersus, veri dogmatis et ipse prevaricator, ut ex antiquitate relatus memoratur, existeret. Cumque omnes fere episcopi eius litteris commoniti Romam super his tractaturi venissent, venit et dominus Hylarius, quamvis tardius, armis universaliter munitus. Quod cum a nunciante dictum fuisset: 'Adest Hylarius Pictavensis episcopus pre foribus', papa velut sero venienti, immo magis catholico, indignatus, mandavit synodo, ne ullus ei coepiscoporum assurgeret aut locum sessionis annueret. Presentatus siquidem vir Dei concilio, honore pontificatus papam preveniens, ipsique et cunctis residentibus verba salutationis digna reverentia inferens: 'Avete', inquit. Cui ille, quasi quem ignoraret, insultans, talibus respondisse fertur: 'Tu ergo Hylarius Gallus es'? Ille vero ad id quod erat fatendum sermonem convertens, dixit: 'Non sum', inquit, 'Hylarius Gallus, sed de Gallia'. Nam gente Aquitanicus, pontificali vero dignitate preminebat Gallis. Acsi diceret ei: Non sum natura Gallus, sed de Gallia presul. Et papa animi potius stomachatione permotus hec infit: 'Et si tu Hylarius de Gallia, ego sum Leo Romane sedis apostolicus et iudex'. Tunc Hylarius eius pertinacem intelligens controversiam, respondit ei non stulte quidem, sed sapienter: 'Quod si tu Leo, sed non de tribu Iuda; et si iudicans resides, sed non in sede maiestatis'. Mox ille cum indignatione, spreta sede, immo sedis dignitate, surrexit, multumque presago antistiti minans, exivit dicens: 'Vide, quia revertens te ab his tumidis sermocinationibus mitigatum humilitati restituam'. 'Et si', inquit Hylarius, 'non redieris'? Quod autem ei locus digne sessionis denegatus fuerat, non adeo vir Dei moleste tulit, sed terre se insidere parans, dixisse fertur supplex illud psalmistae: *Domini est terra et plenitudo eius.* Ad quam predicationis vocem statim, ut sese habet ad presens usque relationis fama, ipsa tellus erumpens sursum excrevit, atque fideli famulo Christi in medio residentium episcoporum sessum nec humiliorem prebuit. Quod universis et maxime catholicis stupentibus Dominumque pro sancti merito laudantibus, attollitur clamor, apostolicum morte preventum repentino defecisse interitu. Quid plura? Clerus conventusque turbatur, civitas omnisque populus hoc attonitus facto miratur. Synodus disiungitur, episcopi omnes cum reverentia et laudibus beatissimi viri Hylarii ad propria, erroris capite contrito, revertuntur.

Primo Constantii anno Iacobus — — moritur anno etatis sue 45. *Ekkeh.*

A. d. i. 364, U. vero c. 1116. Claudius Iulianus — — declinaret imperatoris. *ibid.*

Haec equidem faciebat pro timore — — abrenunciari ecclesiasticae professioni. *Land.*

Post hec mortuo Constantio — — multi decepti sunt. *Ekkeh.*

a) videbantur vi *B* 1. b) veneni *B* 1.

Inter hec ut ad paganitatem — — Deus et christus eius. *Land.*

A. D. 365. Pagani apud Sebasteam — — bellum Persicum profectus occiditur. *Ekkeh.*

A. d. i. 366, ab U. vero c. 1117. Iovinianus — — 12. Kal. Septemb. *ibid.*

A. d. i. 367, ab U. autem c. 1118. completis ab origine mundi annis 5566, Valentinianus — — Cybela civitate. *ibid.*

Cum ęssęt tribunus scutariorum — — Procopium diviserunt.* *Land.*

Interea Auxentio Arriano — — in episcopatum ordinatur. *Ekkeh.*

Igitur Valentinianus Saxones — — finibus oppressit. *Land.*

Contra Alanos — — duros ac fortes. *Ekkeh.*

Valentinianus vero — — 15. Kal. Dec. *Land.*

Valentinianus primo regni sui anno — — nuper incisa moritur. *Ekkeh.*

Igitur Valens — — per illum regnavit. *ibid.*

Hucusque cronicam Eusebius Iheronimus perduxit. Hinc Prosper digessit.** *ibid.*

A. d. i. 382, ab U. vero c. 1133. Gratianus — — Pannoniam venit. *ibid.*

Eo tempore Theodosius — — in imperio restitutus est. *Land.*

A. D. 383, qui est Gratiani secundus, Theophylus — — Valentinianum Ytalia expulit. *Ekkeh.*

A. d. i. 388, U. c. 1138. Theodosius genitus patre Theodosio — — suspensus est. *Land.*

Quo extincto moxque Eugenio — — Rufinus perduxit. *Ekkeh.*

A. d. i. 399, U. autem c. 1150. Archadius et Honorius — — Honorius in Occidente. *ibid.*

Interea ingens terre motus — — periculo liberavit. *Land.*

Igitur Archadius orientalis — — Constantinopolim moritur. *Ekkeh.*

A. d. i. 412. Honorius post mortem fratris cum Theodosio, filio fratris, regnavit annis 15. *Ekkeh.*

Ea tempestate Alaricus — — ut confirmaret. *Land.*

In his ergo diebus precipiente Honorio — — moritur anno imperii sui 30. *Ekkeh.*

Franci Faramundum, filium Marcomiri, crinitum elegerunt in regem. *Cf. G. Franc. c.* 4.

Paulus Orosius — — perduxit. *Ekkeh.*

A. d. i. 427, U. vero c. 1178. Theodosius — — Romamque rediit. *ibid.*

Interea Valentinianus — — iuri parere. *Land.*

Tricesimo autem anno — — possederant recepit. *Ekkeh.*

Mortuo Pharamundo — — ad Sunnam fluvium totam terram occupavit et cepit. *G. Franc. c.* 5.

A. D. 432. Cassianus Collationes — — Eustochius sancto Briccio successit. *Ekkeh.*

A. D. 451. Mortuo Clodio Meroveus — — negotia tractavit. *G. Franc. c.* 5. Nam ab ipso Franci Merovingi nuncupati sunt. *Cf. Ekkeh. p.* 116.

*) *Hoc loco in margine inferiori cod. B* 1. *pag.* 108. *post additum est:* Hic origo Francorum que ponitur in cronica ecclesie Siberg . . . . .

**) *Pag.* 112. *in inferiori margine post add. B* 1: Hic incipit historia Gothorum, Amazonum et Hunorum. Quas invenies in cronica ecclesie Sybergensis.

A. D. 452. Theodosius iunior — — obiit anno imperii sui 41. *Ekkeh.*

A. d. i. 453, ab U. c. 1204. Marcianus — — a finibus Romanorum expulit. *ibid.*

Interea rex Hunorum Attila — — exercitum coacervans, *Land.*

ut aper ferus per Gallias — — ab Etio rediens, *V. Servatii.*

Ytaliam intravit ac primum Aquileie — — conspiratione peremptus est. *Land.*

Huius tempore Iohannes baptysta — — Marcianus Orientis imperator occiditur. *Ekkeh.*

A. d. i. 460, U. c. 1211. Lęo Bessica ortus progenie — — sibi fecit in regno. *ibid.*

Igitur exempto in Italia humanis rebus Habito, Maiorianus apud Ravennam invadit imperium. *Land.*

Sed quarto anno haut procul — — et senatu. *Ekkeh.*

Basiliscus vero — — Iustiniani usque tempora vixit. *Land.*

Primo anno Leonis — — Leo iunior paucis mensibus regnavit. *Ekkeh.*

Igitur * Meroveo rege — — Rothildæm domo retinuit. *Cf. G. Franc. c.* 5. 7. 8. 11.

A. d. i. 476, ab U. vero c. 1226. Zeno genere Ysaurus — — Roma geruntur, *Ekkeh.*

Odoaccar cum fortissima Herulorum — — tritici concessit. *Land.*

Zeno itaque augustus — — scriptum, inventum est. *Ekkeh.*

A. D. 484. Hylderico regę Francorum mortuo — — sue potestati subegit. *G. Franc. c.* 9.

A. D. 485. Gelasius papa — — Anastasius papa 52. sedit annum unum, menses 10. *Ekkeh.*

A. D. 491. Clodoveus rex Francorum commoto exercitu Thuringiam — — ad baptysmum venire predicabat. *G. Franc. c.* 10—15.

Quod [1] dum factum fuisset, et rex ad baptysterium venisset, clericus, qui crisma ferebat, a populo est interceptus, ut ad fontem venire nequiverit. Sanctificato autem fonte, nutu divino crisma defuit. Et quia propter populi pressuram nulli patebat egressus aecclesiae vel ingressus, sanctus pontifex oculis ac manibus extensis in celum cepit tacite orare cum lacrimis. Et ecce subito columba nive candidior attulit ampullam in rostro crismate sancto repletam, cuius odore mirifico super omnes odores, quos ante in baptisterio senserant, omnes qui aderant inestimabili suavitate repleti sunt. Accipiente autem sancto pontifice ipsam ampullam, species columbe disparuit. De quo crismate fudit episcopus in fontem sacratum. Viso autem rex tanto miraculo, abnegatis diaboli pompis et operibus eius, petiit se a sancto pontifice baptyzari. Tunc baptyzatus est in nomine sanctae Trinitatis et sacro crismate perunctus.

Baptizantur autem de exercitu eius tria milia virorum, exceptis parvulis et mulieribus. Baptizantur sorores eius — — carus in negocio. *G. Franc. c.* 15—17.

*) *Schedula post adiecta in B* 1. *alia saec. XIII. manu inseritur:* Neustria vero pars est Gallie Celtice — — umquam magis enituit. *Ekkeh. p.* 158.

1) *Similem narrationem in cod. Gestorum Remigiano legi, testatur Bouquet II, p.* 552 *n. b.*

A. d. i. 492, U. c. 1243. Anastasius imperium suscepit. — — A. D. 503. Boetius consul Rome plurima ingenii sui monimenta scribendo reliquit. *Ekkeh.*

A. D. 505. Teodericus Romam venit et multa miranda edificia in ea construxit, *ibid.*

insuper et supra Tyberim fortissimam domum edificavit.

A. D. 506. Ormisda papa 54. — — A. D. 518. Felix papa 56. sedit annis quatuor. *Ekkeh.*

A. d. i. 519, U. c. 1270. Iustinus — — subitanea morte defunctus est. *ibid.*

Cuius animam, ut sanctus Gregorius in dyalogo scribit, solitarius quidam, vir magne virtutis, apud Lypparam insulam vidit inter Iohannem papam et Symmachum patricium discinctam et discaltiatam deduci et in ollam Vulcani demergi. *Cf. Land.*

Iustinus vero — — Agapitus papa 59. sedit annis 10. *Ekkeh.*

Ipso tempore in Vienna — — per annum devorarunt. *G. Franc. c.* 16.

Tunc[a] sanctus Mamertus — — plaga cessavit. *ibid.*

A. d. i. 527, ab U. autem c. 1278. Iustinianus — — 38 annis regnavit. *Ekkeh.*

Hic leges Romanas — — nomina emęruit. *Paul. H. L. I,* 25.

Hoc quoque tempore Felix — — rebus humanis excessit. *Ekkeh.*

Igitur post mortem Clodovei — — ad finem perseveravit. *G. Franc. c.* 19—21. 24.

Primo Iustiniani anno missus — — inducias conversionis. *Ekkeh.*

A. d. i. 530. Teodericus et Teotbertus — — apud Tulpiacum occisus est. *G. Franc. c.* 22.

A. D. 531. Cassiodorus — — exametris exaravit. *Ekkeh.*

A. D. 533. Hildebertus rex cum ęssęt Averno civitate — — iuxta patrem sepulta. *G. Franc. c.* 23.

A. D. 534. In Pompeiopoli Misiae — — et verbum Dei. *Ekkeh.*

A. D. 535. Hildebertus et Teotbertus — — pacem et concordiam inierunt. *G. Franc. c.* 25.

A. D. 536. Silverius papa — — ibi moritur. *Ekkeh. et Regino.*

A. D. 538. Vigilius papa — — dolore moritur. *Reg.*

Hic sedit annos 14. *Ekkeh.*

A. D. 541. Ypapanti Domini — — celebravit encenia. *ibid.*

A. D. 550. Theodericus rex moritur et — — Helpricus et Sigebertus. *Reg.*

A. D. 554. Pelagius papa 62. sedit annos 12. *Ekkeh.*

A. D. 555. Sigebertus rex — — sancti Medardi sepelivit. *Reg.*

A. D. 559. Albinus episcopus Andegavis clarus habetur.

Ea tempestate Brunichildis — — Helpericus reddere iubet. *Reg.*

A. D. 564. Iohannes papa 63. sedit annos 13. Iustinianus imperator obiit. *Ekkeh.*

A. d. i. 565, ab U. autem c. 1316. Iustinus minor — — deponere eam. *ibid.*

Itaque odio — — possessuri properant. *Paul. H. L. II,* 5. 7.

Primo Tarvisium — — armis ceperunt. *Reg.*

Iustinus autem imperator — — de Pannonia egressi sunt.* *Ekkeh.*

A. D. 569. Narses — — Constantinopolim perlatum est. *Reg.*

*) *B* 1 *in inferiori margine add.:* Hic Langobardorum historia incipit.

a) *haec in marg. suppl. B* 1.

A. D. 570. Longobardi Mediolanum intraverunt — — Iustinus imperator obiit. *Ekkeh.*

A. d. i. 576, ab U. vero c. 1327. Tyberius — — studio relevavit. *ibid.*

Huic Sophya augusta — — in conspectu augusti superavit. *Reg.*

Tyberius autem cum regnaret — — Benedictus papa 54. sedit annos 4. *Ekkeh.*

A. D. 580. Helpericus rex — — Hic fuit postea magnus rex. *Reg.*

A. D. 581. Pelagius papa 65. Romanam rexit — — non posset quisquam progredi. *Ekkeh. et Reg.*

A. D. 582. Tyberius Constantinus obiit. *Ekkeh.*

A. D. 583, ab U. autem c. 1334. Mauricius — — ingentes erumpne. *ibid.*

A. D. 584. Mauricius — — pacem cum eo faciunt. *Reg.*

A. D. 586. Levigildus rex Wisigothorum — — fecit occidi. *Ekkeh.*

A. D. 587. Tale diluvium aque — — creditur non fuisse. *Reg.*

In hac diluvii — — spiritum exhalarunt. *Paul. H. L. III*, 24.

A. D. 588. Rycharedus rex Gothorum — — ipsum firmarętur. *Reg.*

Erat autem ipse Guntrammus — — valeat comparari. *Paul. H. L. III*, 34; *cf. Reg.*

Nec post multum tempus — — pater monachorum exstitit. *Reg.*

A. D. 596. Gregorius — — Anglos convertit ad Christum. *Ekkeh.*

A. D. 600. Cenobium Sancti Benedicti — — mensuram vini deferentes. *Reg.*

A. D. 602. Tunica Domini — — omnium sanctorum memoria celebraretur. *Ekkeh.*

A. D. 610. Inter Theodericum et Theodebertum fratres — — ossa eius combusta. *Reg. et G. Franc. c.* 38. 40.

A. D. 611. Phocas occiditur. *Ekkeh.*

A. d. i. 612, U. autem c. 1363. Heraclius — — vastandum. *ibid.*

Et rex quidem summo hoc peregit studio. Sed imperatori non de Iudeis, sed de Sarracenis fuerat demonstratum. *Reg.*

Mittensque ad Dagobertum regem — — factusque ydropicus, mortuus est. *Ekkeh.*

A. D. 615. Anastasius monachus — — decollatur cum aliis 70. *Reg.*

A. D. 616. Deusdedit papa 70. sedit annos sex. *Ekkeh.*

A. D. 619. Fuit in palacio Clotarii regis maior domus Arnolfus — — se subdens, *Reg.*

et episcopus Mettis factus, mirabilis in episcopatu exstitit; qui habuit filium nomine Angisus, qui de nomine Angise Troiani creditur appellatus, sub nomine maioris domus principatum in regno Francorum postea tenuit. *Paul. H. L. VI*, 23.

Hic duxit uxorem Beggam, filiam Pippini principis, sororem scilicet sancte Gertrudis virginis, de qua genuit filium nomine Pippinum, qui postea maior domus fuit in omni Gallia. ?

A. D. 623. Bonefacius papa 71. sedit annos 5. *Ekkeh.*

A. D. 627. Dagobertus cum Pippino duce — — et sancto Arnulfo Mettensi episcopo commendatur. *Reg.*

A. D. 628. Honorius papa 72. — — Severinus papa 73. sedit annum unum, menses duos. *Ekkeh.*

A. D. 637. Ysidorus Hyspaliensis episcopus floruit, nulli modernorum doctorum postponendus. *Reg.*

A. D. 638. Heraclius imperator — — plenus dierum. *Ekkeh.*

Anno d. i. 639, ab U. autem c. 1390. Constantinus — — Paulus episcopus et ipse hereticus; *Ekkeh.*

qui exposuit typum — — a suis extinctus est. *Reg.*

Quo sepulto Micium — — Theodorus papa 75.[a] sedit annos 6. *Ekkeh.*

A. D. 645. Dagobertus — — Saxones perdomuit. *Reg.*

A. D. 649. Martinus papa 76. — — Vitellianus 78. sedit annos 9, menses 6. *Ekkeh.*

A. D. 665. Clotharius rex Francorum moritur — — Pyreneos montes excluditur, concęssit. *Reg.*

A. D. 669. Constans in balneo occiditur a quodam Andrea. *Ekkeh.*

A. d. i. 670, U. c. 1421. Constantinus — — filio suo Tyberio annis 17. *ibid.*

Hic Constantinus augustus 150 episcopos congregari fecit — — sequenti die homines interirent. *Reg.*

Igitur in regno Francorum post decessum sancti Arnulfi episcopi Dagobertus rex Pippini, patris sanctae Gertrudis, ut et sancti Kuniberti — — et cunctis audientibus respondit 'Amen'. Vocatus est isdem puer Sigebertus. *Reg.*

A. D. 672. Adeodatus papa 79. sedit annos 4. *Ekkeh.*

A. D. 673. Huni et Bulgares — — liberis interficere fecit. *Reg.*

A. D. 675. Dagobertus rex Mettis — — duci commendat. *Reg.*

A. D. 676. Donus papa 80. sedit annum, menses 5. *Ekkeh.*

A. D. 677. Natus est Dagoberto — — suum obitum nominavit. *Reg.*

A. D. 678. Agatho papa 81. sedit annos 5, menses 6. *Ekkeh.*

A. D. 679. Dagobertus moritur — — cenobiis. *Reg.*

Huic Clodoveus filius successit. A. D. 683. Leo papa 82. sedit annum unum, menses 10. *Ekkeh.*

A. D. 684. Clodoveus inspirante dyabolo brachium beati Dyonisi abscidit — — pestiferis. *Ekkeh. p.* 118.

Fuit autem ipse — — gule et ebrietati serviens. *G. Franc. c.* 44.

Hic ex Bachylde regina tres filios habuit, Clotarium, Hildericum et Theodericum. *Ekkeh. l. l.*

Clodoveo itaque mortuo — — Hildericus quoque alius frater in Austrasia preficitur. *G. Franc. c.* 45.

A. D. 685. Benedictus papa 83. — — Conon papa 85, seditque annos 2, menses 11. *Ekkeh.*

Eo tempore Franci adversus Ebroinum — — regina eius pregnante, quod dici dolor est. *G. Franc. c.* 45.

A. d. i. 687, U. c. 1438. Iustinianus — — Iustinianum comprehendit, nasoque preciso in insulam quandam relegavit, ipseque regnavit. *Ekkeh.*

Illis diebus Ebroinus — — et Hyldebertus, frater eius, ei successit. *G. Franc. c.* 45. 47. 49.

A. D. 688. Sanctus Kylianus cum sociis suis passus est. *Ekkeh.*

A. D. 689. Pyppinus — — annotantur in catalogo regum. *ibid.*

Hic multa bella contra Suevos et alias plurimas gentes gessit. Erat huic uxor nobilissima et sapientissima nomine Plectrudis. *Cf. G. Franc. c.* 48.

Que etiam Colonie in capitolio egregiam ecclesiam in honore sancte Dei genitricis Marie construxit, sanctimonia-

a) *hic et sequentes paparum numeri e corr. B* 1.

les ad serviendum Deo et beate virgini illic constituens, ditans etiam eam reditibus et prediis multis.

Habuit etiam de Pippino duos filios Drocum et Grimoaldum. Drocus ducatum accepit Campanie, sed pauco supervixit tempore. Grimoaldus quoque in aula regis Hyldeberti maior domus effectus est. Qui postea, egrotante Pippino, patre suo, cum visitandi gratia ad eum accessisset, Leodii[a] a quodam Carantario gentili, filio Belyal, peremptus est. *G. Franc. c.* 48—50.

A. D. 690. Sergius papa 86. — — infra sacrificium. *Ekkeh.*

A. D. 692. Quidam Franci de Celmannicorum regione — — in suam patriam asportant. *Reg.*

A. D. 694. Sanctus Remaclus episcopus Traiectensis — — privatur et exiliatur. *Ekkeh.*

A. d. i. 697, U. vero c. 1448. Leo, qui et Leontius, — — ipseque regnavit. *ibid.*

A.[b] d. i. 700, U. autem c. 1451. Tyberius, qui et Absimarus dictus est — — Huius tempore synodus in Aquileia facta ob impericiam fidei. *Ekkeh.*

Nam quidam beatam Mariam — — hominem genuit. *Reg.*

Hoc tempore occisus est sanctus Lambertus ępiscopus. *Ekkeh.*

Hec autem causa fuit. Pyppinus, abiecta Plectrude, coniuge sua, — — et ingressus cubiculum, in oratione prostratum eum occidit. *V. Lamb a. Sigeb. IV*, 39.

A. D. 706. Iohannes papa 87. sedit annos 3. Beda — — perduxit. *Ekkeh.*

A. d. i. 707, U. c. 1458. Iustinianus — — occisus est. *ibid.*

A. D. 709. Iohannes papa 88. sedit annos duos, menses 7. *ibid.*

A. D. 710. Dagobertus iunior regnare cepit. *ibid.*

A. D. 711. Sisinnius papa 90. sedit dies[c] 20. Cui succedens Constantinus papa 91. sedit annos 6. *ibid.*

A. D. 712. Iustinianus a Phylippico interficitur. *ibid.*

A. d. i. 713, U. vero c. 1464. Phylippicus 66. loco ab Augusto invasit imperium — — Artemius, mutato nomine Anastasius. *ibid.*

A. d. i. 714, U. vero c. 1465. Anastasius — — predicatorem ęssę docuit. Quo regnante — — postea presbyterum fecit ordinari. *ibid.*

A. D. 715. Pyppinus senior maior domus obiit; pro quo filius eius Karolus successit. *Ekkeh.*

Qui Karolus a Plectrude postea captus custodie mancipatur, sed auxiliante Deo per fugam elapsus liberatur. *G. Franc. c.* 51.

Dagobertus rex Francorum obiit. *Ekkeh.*

A. D. 716. Karolus, Pippini senioris filius, — — Karolus vero regnum Francorum amministravit annis 27[d]. *Ekkeh.*

Igitur Franci Danielem quendam clericum, mutato nomine, Helpricum regem faciunt et Raginfridum in principatum maioris domus eligunt et cum exercitu eos contra Karolum mittunt. Qui ad Mosam venientes, deinde usque Renum progredientes, Coloniam hostiliter intrant, plurimos civium trucidant, multos capiunt, et maximam predam ibi cum Plectrude matrona accipientes, in Ardennam silvam revertuntur. *G. Franc. c.* 52. 53.

Recensio cod. C 1.

A. D. 714. Quo regnante — — fecit ordinari *om.*

a) Leodio *corr.* Leodii *B* 1. b) *hoc loco C* 1. *incipit, cuius praecipuam varietatem infra notavi.* c) annos *corr.* dies *B* 1. d) 7 *corr.* 27 *B* 1.

Quos[1] prosecutus sanctus Agylolphus, eiusdem civitatis archiepiscopus, volens intercedere pro civibus suis et predam revocare, ab eisdem capitur et crudeliter occiditur.

Sed mox in loco qui dicitur Amblavia maximum — — Sed Eodo fugiens, Parisius regressus cum thesauris regalibus, Helprico capto, ultra Ligerem secessit. *G. Franc. c.* 53.

Post hec Karolus — — Bonefacium ordinavit episcopum. *Ekkeh.*

A. d. i. 717, U. vero c. 1468. Theodosius a militibus electus — — octavo demum die regreditur. *ibid.*

A. D. 718, U. vero c. 1469. Leo pretor orientalium — — sibi dari prohibuit. Cui anno imperii sui tercio — — impietatis redarguit. *ibid.*

A. D. 719. Karolus princeps contra Ratbodum regem — — nutu percutitur et moritur. *Reg.*

A. D. 720. Karolus cum Saxonibus pugnat et vincit. *Reg.*

A. D. 721. Sarraceni Constantinopolim — — naufragioque perierunt. *Ekkeh.*

A. D. 722. Karolus cum Baioariis pugnavit eosque vicit. Item Alemanniam ingressus, contra Lantfridum dimicavit et sibi eandem gentem subiecit. *Reg.*

A. D. 723. Luitprandus rex Longobardorum audiens — — et incenderunt semet ipsos. *Ekkeh.*

A. D. 724. Karolus Wasconiam ingressus, Eudonem ducem Aquitanie bello perterruit. *Reg.*

A. D. 726[a]. Pyrminius episcopus Augiam intravit — — in maiori libello perduxit. *Ekkeh.*

A. D. 727. Gregorius III. papa 93. sedit annos 8 — — necnon illorum omnium quorum sollempnia. *Ekkeh. p.* 158.

A. D. 728. Sarraceni ex Hyspania cum uxoribus — — 375 milia ex eis interfecerunt. *Reg.*

A. D. 730. Pyrminius ex Augia venit in Alsaciam. *Ekkeh.*

A. D. 731. Germanus sanctissimus patriarcha — — recedere fecit. Beda Venerabilis presbyter Anglorum obiit. *ibid.*

A. D. 732. Karolus filium suum Pippinum — — ad patrem remisit. *ibid.*

A. D. 733. Karolus maior domus Fresiam vastat. *ibid.*

A. D. 734. Karolus Wasconiam ingressus, Eudonem regno simul et vita privavit. *Reg.*

A. D. 735. Zacharias I. papa 94. sedit annis 18. Hic 4 libros dyalogorum beati Gregorii transtulit in Grecum. *Ekkeh.*

A. D. 736. Sarracenorum exercitus rursus in Galliam introiens — — eos sicut prius maxima cede prostravit. *Reg.*

Recensio cod. C 1.

A. D. 718. Cui anno imperii sui tercio — — impietatis redarguit *hoc loco om.; cf.* 720.

A. D. 720. Leoni imperatori anno tercio — — impietatis redarguit.

A. D. 731. Beda — — obiit. Germanus — — recedere fecit. Gregorius fit papa obiitque 4. Kal. Dec.

a) 716. *B* 1.

1) *Cf. Cat. archiepp. Col., SS. XXIV, p.* 337. *et passionem s. Agilulfi, A. SS. Iul. II, p.* 720 *sqq., ubi res aliter narratur.*

A. D. 737. Theodericus rex Francorum obiit. *Ekkeh.*

A. D. 739. Sarraceni Gallias iterum invadentes — — fugierunt de terra illa. *ibid.*

A. D. 740. Karolus Saxoniam intrat. *ibid.*

A. D. 741. Leo imperator impius obiit. *ibid.*

A. D. 742, U. c. 1493. Constantinus, filius Leonis, — — Karlomannus Romam profectus est, dicitur permansissę. *ibid.*

A. D. 743. Pippinus et Karlomannus principatu potiti — — Hildericus rex Francorum regnare cepit. *ibid. p.* 159 *in.*

A. D. 744. Karlomannus et Pippinus iunctis copiis — — in dedicionem accępit. *Ekkeh.*

A. D. 745. Iterum Karlomannus et Pyppinus — — Inicium Fuldensis monasterii. *ibid.*

A. D. 746. Karlomannus patefecit fratri suo — — qualiter illum honorifice dimitteret. *ibid. p.* 159.

A. D. 748. Karlomannus divino succensus amore Romam tendens, Zacharie pape se obtulit, et ab eo clericus factus, *Ekkeh.*

in Serapte monte monasterium edificavit — — ad cronicam revertamur. *Reg.*

A. D. 748. Gryfo fratri suo subiectus ęssę nolens — — qui dicitur Scahaningi. *Ekkeh.*

A. D. 749. Gryfo Saxonum fidei diffidens — — eodem anno ad Waifarium Aquitanie ducem profugit. *ibid.*

A. D. 751. Sanctus Burchardus accepit pontificatum Wirziburgensem — — Pippinum regem constitui iussit. *ibid.*

A. D. 752. Pippinus per auctoritatem Zacharie pape — — quod in Romanam urbem transtulit. *ibid.*

A. D. 753. Stephanus II. papa 95. sedit annis 5, diebus 28. *ibid.*

A. D. 754. Pippinus rex cum exercitu magno — — tonso capite in monasterium missus est. *ibid.*

A. D. 755. Pippinus rex — — Sanctus Bonefacius passus est. *ibid.*

A. D. 756. Haistulphus rex Longobardorum — — Cui Desiderius succęssit. *ibid.*

A. D. 757. Constantinus imperator misit Pippino — — cum omnibus primatibus suis firmavit. *ibid.*

A. D. 758. Pippinus rex cum exercitu Saxoniam aggressus est — — Paulus papa 96. sedit annos 10. *ibid.*

A. D. 759. Natus ęst Pippino regi filius — — 3. post nativitatem suam anno decessit. *ibid.*

A. D. 760. Waifarius dux Aquitanie — — que dicitur Stein religatus migravit ad Dominum. *ibid.*

A. D. 761. Waifarius[a] licet obsides dedisset — — post obitum patris omnis imperii summa pervenit. *ibid.*

A. D. 762. Pippinus rex suscepto a se bello finem — — hyemavitque in villa Gentiliaco. *ibid.*

A. D. 763. Pyppinus, habito conventu in Nivernis, — — in villa Longlare hyemavit. *ibid.*

A. D. 764. Rex Pippinus, distracto in diversa animo, — — illo anno se domi continuit. *ibid.*

A. D. 765. Pippinus generalem conventum in Atiniaco villa habuit — — Nazarii de Roma translata sunt in Franciam. *ibid.*

a) Wifarius *B* 1.

A. D. 766. Turci egressi a Caspiis portis — — in Biturica civitate presidio regreditur. *Ekkeh.*

A. D. 767. Orta questione de sancta Trinitate — — exercitum in hyberna dimisit. *ibid.*

A. D. 768. Pippinus in Biturica — — se contulit. Et Karlomannus quidem — — per continuos 30 annos gerebatur. *Ekkeh. p.* 161, 65. — Tandem bellum per tot annos — — bellum susceptum est. *ibid. p.* 162, 61. Hec sunt bella — — complures ad eum misere legatos. *ibid. p.* 164, 35. Hic etiam Romam veniens — — ac perperam prolata corrigere. *ibid. lin.* 43. Omnium nationum — — pęcuniam mittere solebat. *ibid. lin.* 52. Religionem christianam — — privato habitu ministrare necesse fuisset. *ibid. lin.* 60.*

Cronica a tempore Karoli Magni.

A. d. i. 769. Karolus Magnus, Pippini filius — — 43 solus postea. Cuius anno primo — — cum tota Wasconia sibi obediente regressus est. *ibid.*

A. D. 770. Karolus rex habuit generalem conventum — — in basilica sancti Galli sepelitur. *ibid.*

A. D. 771. Karlomannus in villa — — parte optimatum ad Ytaliam profecta est. *ibid.*

A. D. 772.[a] Rex Karolus, congregato Wormacie — — acceptis a Saxonibus 12 obsidibus recessit. *ibid.*

A. D. 773. Adrianus papa cum insolentiam Desiderii — — ibique in patriciatus honore vitam finivit. *ibid.*

A. D. 774. Karolus domum regressus — — cum ingenti preda regressi sunt. *ibid.*

A. D. 775. Karolus rex consilio habito — — ecclesiarum legisque destructor obiit. *ibid.*

A. d. i. 776, U. vero c. 1527. Leo, filius Constantini, — — iterum Franciam regressus est.

A. D. 777. Karolus rex habito consilio in loco — — christianam fore promiserat. *ibid.*

Recensio cod. C 1.

A. D. 768. Constantinus fit papa. Pippinus in Biturica natalem Domini celebravit — — omnium Francorum rex constituitur. Qui mox bellum Aquitanicum a patre inchoatum — — cum liberis suis se contulit. *Ekkeh.*

A. D. 769. *post* solus postea *add.*: Hic post obitum patris sui Aquisgraniam profectus, nativitatem Domini ibi celebravit, pascha vero in Rothomago civitate. *Ekkeh. p.* 161. *Et in fine:* Stephanus fit papa.

A. D. 771. *in fine add.*: Igitur Karolus Magnus, defuncto fratre suo, — — hoc quod efficere moliebatur perfecit. *Ekkeh.*

A. D. 772. Adrianus fit papa. Rex Karolus — — recessit.

*) *In codd. B* 1. *C* 2. *sequitur tabula genealogica Karolorum ex Ekkehardo p.* 176. *In inferiori vero margine B* 1. *post scriptum est:* (Hic proponitur?) historia Karoli, quam satis ordinate continet cronica Sibergensis cenobii.

a) 771. *B* 1.

A. D. 778. Karolus rex partes Hyspanie petens, — — ut ex ingenti multitudine vix pauci redirent. *Ekkeh.*

A. D. 779. Venit ad Karolum Hyldebrandus — — rex Wormaciam in hiberna se recępit. *ibid.*

A. D. 780. Karolo Saxoniam venienti — — Leo imperator obiit. *ibid.*

A. D. 781. U. vero c. 1532. Constantinus, filius Leonis, — — ei invito coniungebat. *ibid.*

Horum temporibus quidam in Tracia fodientes — — iterum me videbis. *Land.?*

Hoc anno Karolus Romam — — non diu in fidę permansit. *Ekkeh.*

A. D. 782. Karolus in Saxoniam eundum — — qui omnes una die iussu regis decollati sunt. *ibid.*

A. D. 783. Cum ad expeditionem Saxonicam[a] rex — — Bertrada regina,mater regis, 4. Idus Iulii. *ibid.*

A. D. 784. Karolus transiecto Reno in loco — — cum victoria rediit ad patrem suum Wormaciam. *ibid.*

A. D. 785. Witikint et Abbio ex Transalbiana — — pervicacitas per aliquot annos. *ibid.*

A. D. 786. Audiens rex, Anglos et Saxones Brittanniam invasisse, — — apud Tuscie civitatem Florentiam. *ibid.*

A. D. 787. Karolus rex Romam veniens — — cum aliis 12 obsidibus[b] in Franciam rediit. *ibid.*

A. D. 788. Karolo rege apud Ingelnheim pascha celebrante — — per diversa exilia dampnati sunt. *ibid.*

A. D. 789. Karolus contra gentem Sclavenorum — — quam antea desponsaverat. *ibid.*

A. D. 790. Karolus nullam expedicionem fecerat — — que res futuri belli fuit seminarium. *ibid.*

A. D. 791. Sanctus Burchardus Wirziburgensis episcopus — — per viam qua venerat rediit. *ibid.*

A. D. 792. Karolo a natali Domini — — in villa Franconovort, ubi et hyemaverat. *ibid.*

A. D. 793. Karolo in Franconovort pascha celebrante — — apud Sanctum Albanum sepulta est. *ibid.*

A. D. 794. Rex diviso inter se et filium — — se per omnia obsecuturos iuraverunt. *ibid.*

A. D. 795. Rex perfidie Saxonum non immemor — — itemque acceptis obsidibus in Galliam remeavit. *ibid.*

A. D. 796. Leo papa — — dicunt 25. Hic Karolum fecit imperatorem. Qui — — cum residuo Hunorum thesauro ad patrem regreditur. *ibid.*

A. D. 797. Expeditio facta est in Saxoniam — — impendens natale Domini et pascha sequentis anni ibi celebravit. *ibid.*

A. D. 798. Saxones Transalbiani seditione commota legatos regis — — imperatoris obcecationem sol obscuratus sit. *ibid.*

A. D. 799. Leo papa a Romanis excecatus est. — — pugnans contra eos, interfectus est. *ibid.*

Recensio cod. C 1.

A. D. 796. L e o f i t p a p a ; q u i m o x o r d i n a t u r.

A. D. 797. 798. natale — — celebravit *initio a.* 798. *leguntur.*

A. D. 799. *add.:* H i r e n a s o l a i m p e r i u m p o s t m o r t e m f i l i i s u i t e n u i t.

a) Saxoniam *B* 1. b) obsidiis *B* 1.

A. D. 800. Karolus rex Turonum pergens causa orationis — — ab obięctis se expurgavit. *Ekkeh.*

Karolus Magnus imperator consecratus est anno regni sui 33, sicque imperavit annis 14.

A. d. i. 801, ab U. vero c. 1555. Karolus Magnus rex Francorum — — regni eius 33, imperii vero primus. *Ekkeh.*

A. D. 802. Hyrene imperatrix de Constantinopoli — — quod ipsa construxit in insula quadam, ręlegavit. *ibid.*

A. D. 803. Imperatoris Karoli legati de Constantinopoli — — imperatoris Romam regressi, domum sunt reversi. *ibid.*

A. D. 804. Imperator Aquisgrani hyemavit, estate autem — deduci fecit usque Ravennam. *ibid.*

A. D. 805. Imperator misit filium suum Karolum — — in Vosego silva venatui studentem invenit. *ibid.*

A. D. 806. Imperator habito conventu iniit consilium — — iureiurando ab optimatibus confirmatum. *ibid.*

A. D. 807. Legati regis Persarum venerunt ad imperatorem — — que enumerare longum est. *ibid.*

A. D. 808. Imperator audiens Godefridum regem Danorum — — filium fratris sui nomine Reginoldum. *ibid.*

A. D. 809. Ludewicus rex, filius imperatoris — — dimissa obsidionę in Aquitaniam se recepit. *ibid.*

A. D. 810. Pippinus rex Ytalie, filius imperatoris, — — et pacem cum imperatore fecit. *ibid.*

A. D. 811. Imperator, pace cum Hemmigo firmata, — — Karolus, filius imperatoris maior natu, 2. Non. Dęcemb. obiit. *ibid.*

A. D. 812. Nycephorus imperator Constantinopolitanus — — per quos pacem a Nicephoro ceptam firmavit. *ibid.*

A. D. 813. Imperator habito generali conventu Aquisgrani — — Bardae patricii constituitur. Pons Reni — — remaneręt. *ibid.*

A. D. 814. Karolus imperator dum Aquisgrani hyemaret — — Pippinum prefecit Aquitaniae. *ibid.*

A. d. i. 815, ab U. autem c. 1566, completis ab origine mundi annis 6014, Ludewicus, Karoli Magni filius, 74. loco ab Augusto regnavit — — regi Ludewico per omnia satisfęcęrunt. *ibid.*

A. D. 816. Domnus Leo papa anno pontificatus sui 21. — — anno regni sui 2, secundum alios 7. *ibid.*

A. D. 817. Stephanus papa tercio mense — — asseverans. Paschalis — — 9. Imperator vero — — apud Cabillonem imperatori se tradidit. *ibid.*

A. D. 818. Detecta fraudę coniurationis et seditionis — — Irmingardis regina 5. Non. Oct. obiit. *ibid.*

A. D. 819. Conventus Aquisgrani — — que genuit ei Karolum Calvum. *ibid.*

A. D. 820. Propter iuges pluvias — — legumina corrupta sunt. *ibid.*

A. D. 821. Allatum est imperatori Ludewico — — et 9 annis regnavit. *ibid.*

A. D. 822. In regione Thuringorum — — comitis Matricensis iunxit. *ibid.*

Recensio cod. C 1.

A. D. 813. Pons Reni — — remaneret *om.*

A. D. 817. Paschalis — — 9 *om.*

A. D. 823. Mense Maio conventu habito apud Franconovort — — claritas illa minime irradiabat. *ibid.*

A. D. 824. Paschalis papa vita decessit. In cuius locum — — crassitudo duos habuisse dicitur. *Ekkeh.*

A. D. 825. Habito Aquisgrani conventu legati Bulgarorum — — Bulgares ad imperatorem venerunt. *ibid.*

A. D. 826. Hyldwinus abbas monasterii Sancti Dyonisii — — pro quo ipse passus est, omnia posse. *ibid.*

A. D. 827. Eugenius II. papa mense Augusto decessit — — post quem Leo V. 107. exstitit. *ibid.*

A. D. 828. In regione Wasconia trans Garonnam — — ad Aquisgrani palacium. *ibid.*

A. D. 829. In ipso quadragesimali ieiunio — — tectam non modica denudaret ex parte. *ibid.*

A. D. 830. Mychahel imperator obiit; cui Theophylus, filius eius, successit. *ibid.*

A. D. 833. Imperator filio suo Karolo — — indignantibus ceteris filiis. *ibid.*

A. D. 840. Ludewicus imperator obiit 12. Kal. Iul., sepultusque est in ecclesia sancti Arnulphi Mettis. *ibid. et Reg.*

A. d. i. 841, Urbis vero conditae 1592. Lotharius, Ludewici filius, 75. loco ab Augusto regnare cepit et 18 annis regnavit. Hic de Ytalia reversus — — et neutra parte est triumphatum. *Ekkeh.*

A. D. 842. Lotharius et fratres sui — — Pippino itaque cessit Aquitania, *ibid.*

Karolo occidentalia regna — — orbis terrarum domina dicta fuerat. *Reg.*

A. D. 847. Iudith imperatrix, uxor Ludewici imperatoris, obiit. *Ekkeh.*

A. D. 851. Obiit Irmingardis regina, coniux Lotharii imperatoris, — — videlicet Ludewicum, Lotarium et Karolum. *Reg.*

A. D. 854. Nortmanni Brittannicum mare navigio gyrantes — — Silvanectis castro munitissimo custodie mancipatur. *ibid.*

A. D. 855. Lotharius convocatis primoribus — — diem clausit extremum 3. Kal. Oct. *ibid.*

A. d. i. 856, U. vero c. 1607. Ludewicus, filius Lotharii, 76. loco ab Augusto regnare cepit et 21. anno regnavit.

Huius primo anno Lotharius rex — — omni regno eius accidit. *Reg.*

A. D. 857. Leo papa obiit — — Nycholaus 105. ordinis papa constituitur. *Ekkeh.*

A. D. 858. Karolus rex, filius Lotharii, moritur — — avunculum eius Karolum. *Reg.*

A. D. 859. Hyldegardis regina obiit. *Ekkeh.*

A. D. 860. Ludewicus senior, frater Lotharii imperatoris, — — in sua se recolligunt. *Reg.*

A. D. 861. Karolus placitum habuit in Compendio — — per aliquot tempus rexit. *ibid.*

A. D. 862. Numeneus rex Brittonum moritur — — Filius Numenoi Herispotus regnum obtinuit paternum. *ibid.*

A. D. 863. Karolus iterum cum inmenso — — eius dominationi se subdidit. *ibid.*

A. D. 864. Lotharius rex cepit occasiones querere — — regis adimpletur. His ita patratis — — ad notitiam Nycholai pape deferuntur. *ibid.*

A. D. 865. Missi sunt Hagono et Rodoaldus — — exercuisse decreta. Nycholaus autem papa, congregata sinodo, eorum synodalia gesta coram omnibus recitari precepit. Que mox ab omnibus dampnata et anathematizata sunt, et ipsi — — communione laicali sibi tantum concessa. *Reg.*

A. D. 866. Arsenius episcopus — — reddere studeat. Legatus itaque apostolice sedis — — eius tuicioni se commisit. *ibid.*

A. D. 867. Karolus audiens Herispotum regem Brittonum a suis interfectum, tercio super Brittones — — quam bellum inferre. *ibid.* 866.

A. D. 868. Gens Sarracenorum in Benevento ex Affrica veniens — — Deo opem ferente. *ibid.* 867.

A. D. 869. Nycholaus papa obiit; cui Adrianus 106. succedit. His temporibus gens Vulgarum — — reliquum presentis vitae tempus duxit. *ibid.* 868.

A. D. 870. Lotharius Romam profectus est. — — deinde Coloniensibus Hilduinum abbatem preponere temptavit. Quod audiens Ludewicus imperator, frater eius, iratus misit Liutbertum Mogoncie archiepiscopum Coloniam et Willibertum venerabilem virum eis prefecit, mandans fratri, ut unum e duobus eligeret: aut cito a regno recederet, aut sibi pugnandum cum fratre foret. *ibid.* 869.

A. D. 871. Ludewicus et Karolus — — partibus diviserunt. Per idem tempus Karolus — — ex precepto patris ei oculi eruuntur[a]. *ibid.* 870.

A. D. 872. Adrianus papa moritur, et Iohannes 107. ordinis succedit; post quem Martinus 108; post quem Adrianus 109; post quem Agapitus 110; post quem Basilius 111; post quem Stephanus 112. *Ekkeh.*

His diebus Adalgysus — — a Benevento exivit. *Reg.* 871.

A. D. 873. Ludewicus imperator Romam — — ibique ad tempus delituit. *ibid.* 872.

A. D. 875. Karolus rex Andegavensem — — peregerunt. *ibid.* 873.

A. D. 876. Ludewicus imperator obiit. *Ekkeh.*

A. d. i. 877, ab U. vero c. 1628. Karolus iunior, filius Ludewici — — Arnoldus postmodum tenuit monarchiam. *ibid.*

Recensio cod. C 1.

A. 72.[b] Adrianus papa moritur; cui successit Iohannes. *Cf. Ekkeh.*

Hiis diebus Adalgisus Beneventanus dux — — statimque postera die a Benevento exivit. *Reg.* 871.

A. 73. Ludewicus imperator Romam venit — — ibique ad tempus delituit. *ibid.* 872.

A. 75. Karolus Calvus rex Francorum, qui et senior dicebatur, Andegavensem obsidebat civitatem — — sed peiora ibidem peregerunt. *ibid.* 873.

A. 76. Ludovicus imperator moritur. *Ekkeh.*

De Karolo Calvo 76. A. D. 877. Karolus Calvus senior rex Francorum Romam perrexit, et datis apostolico magnis muneribus, imperator creatur. *Cf. Reg.*

Ludovicus rex Germanorum, frater Karoli Calvi, moritur, relinquens tres heredes filios suos, Ludovicum iuniorem et Karolum, qui iunior dictus est, qui non multo post imperavit, et Karlomannum, patrem Arnulfi imperatoris.

a) oriuntur *post corr.* eruuntur *B* 1. = b) *ita C* 1, *cuius recensionem deinceps plenius exhibemus.*

A. D. 878. Karolus senior Romam — — egritudine pulsatur; quam protinus mors subsecuta finem vitae posuit. *Reg.* 877.

A. D. 879. Ludewicus, filius Karoli, qui Balbus appellabatur, ab hac luce subtractus est. Hic ex Ansgarda coniuge habuit duos filios, Ludewicum et Karlomannum. *ibid.* 878.

A. D. 880. Ludewicus, qui Austrasiis imperabat — — gladio prostravit. *ibid.* 879.

A. D. 881. Karlomannus rex paralisi dissolutus — — decoratur. Huic ex legitimo — — pullulaverat. Ludewicus igitur comperiens, quod frater — — difficilimum adeuntibus prebet accessum. *ibid.* 880.

A. D. 882. Karolus de Alemannia ęgressus — — in favillam redigunt. *ibid.* 881. — Arduennam etiam percurrentes — — regionem depopulati sunt. *ibid.* 882.

A. D. 883. Ludewicus rex morbo gravatus — — et tali tenore fines regni excedunt. *ibid.* 882.

A. D. 884. Ludowicus rex, frater Karlomanni, — — Carlomannus frater regnum illius obtinuit. *ibid.* 883.

Recensio cod. C 1.

A. 78. Karolus Calvus dictus Senior Romam secundo profectus est — — sed antequam ad Alpes pervenisset, male potionatus moritur. *Reg.* 877.

De Karolo iuniore 77. A. 879. Karolus iunior, filius Ludovici Germanorum regis, filii Ludovici Pii imperatoris, cum fratribus suis Karlomanno et Ludovico ann. 11. Ludovicus quidem, frater suus, ut aiunt, tenuit Ostrofranciam, Karlomannus Bawariam, ipse Karolus iunior imperium Romanum. In Francia vero post Karolum Calvum regnavit filius suus Ludovicus Balbus ann. 2. Hic ex Ansgarda, coniuge sua, habuit duos filios, Ludovicum et Karlomannum. *Reg.*

A. 80. Ludovicus Balbus rex Francorum moritur. Cui successerunt filii sui Ludovicus et Karlomannus, qui ab Ansegiso archiepiscopo in reges benedicuntur Francorum. Eodem anno eidem Ludovico Balbo post humanationem suam natus est filius ex legitima uxore sua, qui ex nomine avi Karolus Simplex appellatus est. Ludovicus, qui Ostfranciam, id est Austrasiam, tenebat, cognita morte Ludovici Balbi, regnum illius invadere — — memorati fratres, scilicet Karlomannus et Ludovicus, filii Ludovici Balbi, cum valida manu — — gladio prostravit. *ibid.* 879.

A. 81. Karlomannus rex paralisi dissolutus — — decoratur. Huic ex legittimo — — pullulaverat. Ludovicus igitur, qui Austrasiam regebat, comperiens, quod frater — — difficillimum adeuntibus prebet accessum. *ibid.* 880.

A. 82. Karolus iunior de Alemannia egressus — — regionem depopulati sunt. *ibid.* 881. 882.

A. 83. Ludovicus rex Austrasiorum, frater Karoli Minoris imperatoris, morbo gravatus — — et tali tenore fines regni excedunt. *ibid.* 882.

A. 84. Ludovicus rex Francorum, frater Karlomanni — — Karlomannus vero, frater eius, regnum illius obtinuit. *ibid.* 883.

A. d. i. 885. Nortmanni qui ab Ahslon recesserunt — — sepultus est apud Sanctum Dyonisium. *Reg.* 884.

A. d. i. 886. Hugo imperatori rebellare disponens — — omnesque ei faventes dehonestantur. *ibid.* 885.

A. d. i. 887. Nortmanni a Somna fluvio exeunt — — omnes pene robusti bellatores. *ibid.* 886. — Post haec imperator Galliarum — — cepit. Mense itaque Novembri — — in Baioariam revertitur. *ibid.* 887. 888.

A. d. i. 889, U. c. 1639. Arnolfus, filius Karlomanni, fratris Karoli iunioris, 77. loco ab Augusto regnum suscepit annisque 12 regnavit, 5 vero imperavit. Cuius anno 1. — — post in propatulo apparuit, machinabantur. *Ekkeh.*

A. d. i. 889. Liutperto archiepiscopo Sunderoldus successit. Arn — — menses 7. Ratispona incendio flagrat. *ibid.*

A. D. 890. Arnolfus rex exercitum Nortmannorum delevit. *ibid.*

A. D. 891. Williberto ępiscopo ab hac luce subtracto — — ecclesie Coloniensi preficitur. *Reg.* 890.

A. D. 893. Sunderoldus archiępiscopus — — melior consilio foret an peior. *Ekkeh.*

A. D. 894. Arnolfus cum valido exercitu Longobardorum — — sed omnes obviam procederent venięnti. *Reg.* 894.

A. D. 895. Arnolphus rex Romam veniens, a Formoso papa imperiali benedictione sublimatur. *Ekkeh. et Reg.* 896.

Recensio cod. C 1.

A. 85. Nortmanni qui ab Ahslon recesserunt — — repetunt. Interea Karlomannus rex Francorum apud — — Sanctum Dionisium. *Reg.* 884.

A. 86. Hug, filius Lotarii quondam regis Lotharingie, imperatori rebellare disponens, legatos ecclesie ad Godefridum regem Nortmannorum occulte — — omnesque ei faventes dehonestantur. *ibid.* 885.

A. 87. Nortmanni a Summa fluvio — — famulatura recessit. *ibid.* 886. 887.

A. 88. Mense Novembri circa festum sancti Martini — — in Baioariam revertitur. *ibid.* 888.

De Arnulpho 88. A. D. 889. Arnulphus, filius Karlomanni, fratris Karoli iunioris, regnavit annis 12. Cuius anno primo — — post in propatulo apparuit, machinabantur. Lutpertus Mogontinus episcopus obiit, et Sunderoldus successit. *Ekkeh.*

A. 90. Arnulphus rex exercitum Normannorum[a] delevit. *ibid.*

A. 91. Williberto episcopo Coloniensi ab hac luce subtracto, — — cleri ac plebis preficitur. *Reg.* 890.

A. 93. Sunderoldus episcopus — melior consilio foret an peior. *Ekkeh.*

A. 94. Rex Arnulphus cum valido exercitu Longobardorum — — sed omnes obviam procederent venienti. *Reg.* 894.

A. 895. Arnulphus rex Romam veniens, a Formoso papa imperiali benedictione sublimatur. *Ekkeh. et Reg.* 896.

A. 896. Karolus iam quindennis creatur — — qui in eodem regno patri successit. *Ekkeh.*

a) Romanorum *corr.* Normannorum *C* 1.

A. D. 897. Karolus iam quindennis creatur — — qui in eodem regno patri successit. *Ekkeh.*

A. D. 899. Magna fames homines se invicem comedere persuasit. *ibid.*

A. D. 900. Arnolfus imperator obiit, moxque eodem anno — — potant. Huius Arnolfi temporibus — — Stephanus 116. successit. *ibid.*

A. d. i. 901, ab U. c. 1652. Ludowicus, Arnolfi imperatoris filius, 78. loco ab Augusto admodum puer — — Tharissa accepit sepulturam. *ibid.*

A. D. 902. Ungarii Charentaniam invadunt, et commissa in sabbate pasche pugna, occiduntur. *ibid.*

A. D. 906. Ungarii amarius occiduntur. Berengir, Reinold et Gerhard gemini fratres interficiuntur. *ibid.*

A. D. 907. Pugna inter Adelbertum, fratrem eorum, et Cunradum, fratrem Ludowici imperatoris, in qua Cunradus occiditur. *ibid.*

A. D. 909. Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant. Leo imperator Constantinopolim obiit. *ibid.*

A. D. 910. Ungarii Alamanniam petunt. *ibid.*

A. D. 911. Franci pugnant cum Ungariis. *ibid.*

A. D. 912. Ludowicus rex sine filiis moritur. Hic iuxta quosdam — — frater Ludowici huius fuisse estimatur. *ibid.*

A. d. i. 913, U. autem c. 1664. Cunradus, filius Cunradi — — clarebat. Secundo — — permansit. Primo — — occiduntur. *Ekkeh.*

A. D. 914. Predicti principes regi rebellant. Rudulfus — — adversatur. Hoc tempore Martinus papa 117. extitit. *ibid.*

A. D. 915. Ungarii Alemanniam devastant. *ibid.*

A. D. 917. Ungarii Alemanniam totam igne et gladio devastant. *ibid.*

A. D. 918. Erkinger dux et Bertolfus germani fratres decollantur. Basylea ab Ungariis destruitur. *ibid.*

A. D. 919. Ungarii per Alemanniam — — invadunt. Cunradus rex moritur — — ad inicium regni pertendamus. *ibid.*

Recensio cod. C 1.

A. 99. Magna fames homines se invicem comedere persuasit. *Ekkeh.*

A. D. 900. Arnulphus imperator obiit — — potant. *ibid.* Cuius Arnulphi temporibus[a] e t c e t e r a q u a e l e g u n t u r d e F o r m o s o p a p a.

D e L u d o v i c o 79. A. D. 901. Ludovicus, filius Arnulphi imperatoris, admodum puer — — Tharissa accepit sepulturam. *ibid.*

A. 2—12. *ut supra*[b].

D e C o n r a d o 80. A. D. 913. Conradus, filius Conradi, — — omnium electione regnum accepit — — clarebat. Primo anno Conradi — — qui vulgariter Ine dicitur, occiduntur. *Ekkeh.*

A. 14. Secundo anno Conradi memorati principes Conrado regi presertim rebelles extiterant — — ad obitum Conradi permansit. Rodulphus rex moritur. *ibid.* M a r i n u s papa extitit.

A. 15. Ungari Alemanniam devastant. *Ekkeh.*

A. 17. Ungari totam Alemanniam devastant igne et gladio. *ibid.*

A. 18. Erkinger dux et Bertholphus germani fratres decollantur. Basilea civitas ab Ungaris destruitur. *ibid.*

A. 19. Ungari per Alemanniam — — invadunt. Conradus rex moritur, cuius consilio et precepto Henricus dux Saxonie, filius Ottonis

a) repibus *C* 1. b) *anno* 912. *in fine legitur:* fuisse testantur quidem, *et ita etiam C* 2.

Quomodo Cunrado mortuo Heinricus Saxo, filius Ottonis, ei successerit.

Igitur Karolus susceptum contra Saxones bellum, quod magna utrorumque animositate, maiore tamen Saxonum dampno per continuos 30 annos tractum est, ea condicione constat ęssę finitum — — coram omni populo Francorum atque Saxonum. *Ekkeh. p.* 161. 179. 180. Cui cum uncio et diadema — — amicus regis appellatus est. Rex autem Heinricus de die in diem — — contra Galliam et Lotharii regnum. Qui etiam Giselbertum ducem Belgice, nobilem iuvenem, desponsata sibi filia sua nomine Gerbirga, affinitate pariter et amicicia iunxit eum sibi, sublegato ei[a] omni Lotharii regno. Post hec rex Ungarios Saxoniam percurrentes, probare volentes, an novus rex solita vellet tributa persolvere, collecto exercitu de finibus suis expulit, cesis eorum exercitibus. Pragam etiam adiit — — reversus est in Saxoniam. Heinricus etiam pater patriae — — Saxoniam revertitur. Accepit etiam ab ipso rege Rudolfo lanceam quandam — — in imperatorum tutela solet manere. Sed et Hugo — — planctu et lacrimis plurimorum. *ibid. p.* 179—183. Post cuius mortem Otto Magnus, filius eius, ab omni populo Saxonum et Francorum electus in regem Aquisgrani et mox unctus — — fideles regis misere laniabat. Everhardus autem et Gisilbertus audientes — — gladio truncaretur. Quod cum regi nunciatum fuisset, gratias egit Deo, prefecitque regioni Lotharingiorum Ottonem, filium Riuwini, ut — — nutriret. Qui tamen ambo in brevi defuncti sunt, et ducatum regionis rex Cunrado concessit, cui — — astrictus est. Sororem etiam regis Gerbergam, uxorem Gisilberti, Ludewicus rex Gallie duxit uxorem, quae ei genuit duos filios, Karolum et Lotharium, qui et patri postea successit. Post hec Heinricus, frater regis, adiutorio quorundam episcoporum nudis pedibus regis prosternitur, supplex veniam promeruit, aliquas etiam urbes ipsius usibus concessit. Dein in processu temporis — — mirabilisque prudencie. Moritur post hec Edidis regina, mater Ludolfi et Lutgardae, quae nupserat Cunrado duci. Post cuius mortem Otto rex Ytaliam intravit causa Adeleidis regine, eamque sibi in coniugium sociavit, et cum ea Papiam, quae sedes est regni, obtinuit; ex qua postea tres filios genuit, primogenitum Heinricum, secundum Brunonem, Romane ecclesie postea pontificem[1], tercium patris equivocum filiamque nomine Methildam. Ludolfus autem — — paterne voluntati. Rebus igitur rite compositis — — spiritum reddidit Non. Mai. Sepultus est Magadeburg a principibus honorificę. *ibid. p.* 184—189.

Recensio cod. C 1.

ducis, filii Ludolfi ducis Saxonie — — ad initium regni pertendamus. *Ekkeh.*

Quomodo Conrado mortuo Heinricus Saxo ei successit.

Igitur Karolus Magnus susceptum contra Saxones bellum et cetera quae secuntur usque: potestate regnavit in Saxoniam invenies in quaterno, ubi loquor de Saxonibus. Sequitur: Qui eum in prima etate — — ducatum reliquit. Ut ad superiora redeamus. Rex Romanorum Conradus — — coram omni populo Francorum atque Saxonum. *Ekkeh.*

a) et *B* 1.

1) *Nota errorem singularem Coloniensis scriptoris.*

Si vis ad plenum cognoscere nobilitatem[1]
tocius Saxonie, Ytalie et Germanie, Gallie et Northmannie, Bawarie, Suevie et Ungarie, Ruscie et Polemie,
ascriptam formam perlege istam et mente retine;
qua commissa memorie, Heinricum respice, de cuius fluxit semine.

- **Ludolfus dux Saxonie**
  - Bruno dux
  - Otto dux
    - Heinricus rex primus, successor Cunradi imperatoris, qui ultimus de styrpę Karolorum regnum in Saxones consilio suo moriens transtulit. — Methildis regina, cuius pater Teodericus ex styrpe Widikindi, magni ducis Saxonie, cuius fratres fuerant Widikint, Immůt et Reginbern.
      - Hadewich
        - Hugo rex Francie
          - Rubertus rex
            - Heinricus rex
              - Phylippus rex
              - Hugo cognomento Magnus
        - Beatrix
          - Teodericus dux
            - Fridericus dux
      - Gerberg
        - Lotarius rex
        - Karolus dux
        - Methildis
          - Berta
            - Rudolfus rex
          - Gepa
            - Gisla
              - Heinricus rex
        - Alfrada
          - Ermindrudis
            - Agnes
              - Agnes imperatrix
      - Otto imperator primus
        - Dudicha
          - Otto dux
            - Heinricus
            - Kuno
              - Cunradus[a] imperator
                - Heinricus III. imperator
                  - Heinricus IIII. imperator
                    - Aleidis
                      - Cunradus rex
                        - Fridericus illustris dux Suevie
                      - Fridericus dux
                        - Fridericus imperator
                          - Heinricus VI. imperator
                            - Fridericus imperator
                              - Heinricus[c] rex, filius eius.
                          - Phylippus rex
                    - Cunradus dux
                    - Heinricus V. imperator
        - Otto II. imperator
          - Otto III. imperator
          - Methildis
            - Ludolfus
            - Herimannus Col. archiepiscopus
            - Otto dux Suevie[b]
      - Heinricus dux Bawarie
        - Heinricus dux
          - Heinricus II. imperator
      - Brun Coloniensis archiepiscopus
  - Liutgarda regina

a) *cum Kunone linea ducta coniunctus erat; qua deleta nunc pater non indicatur.* b) Sevie *B* 1. c) *haec post addita sunt B* 1.

1) *Cf. tabulam ex cod. Steinveld. SS. III, p.* 215, *ubi haec malo ordine reddita sunt.*

Cronica a tempore Heinrici regis primi de gente Saxonum.

Recensio[a] *cod. C* 1.

Anni Heinrici primi.

Ekk. A. d. i. 920, ab Urbe autem condita 1676. Heinricus, genere Saxo, filius Ottonis ducis, 80. loco ab Augusto in regnum eligitur, regnavitque annis 17. Hic successor Cunradi [I.[b]] imperatoris, qui ultimus de stirpe Karolorum regnum in Saxones consilio [suo[c]] moriens transtulit, ab omnibus acclamatus, cum unctio et dyadema ei[c*] offerretur a summo pontifice, non sprevit, nec tamen suscepit: 'Satis', inquiens, 'michi est[d], ut pre maioribus meis rex dicar et designer, divina annuente vestraque pietate, tanto honore[e] nos arbitramur indignos'. Placuit iste sermo coram omnibus, et hoc ordine rex effectus Heinricus, cepit omni industria regnum propagare, hostes circumquaque assiduis bellorum assultibus[f] conterere.

3. A. D.[g] 922. Rutpertus[h], frater Ottonis regis et[i] pater Hugonis, machinante Gisilberto duce, socero Heinrici regis, in deiectionem[k] Karoli regno Galliarum preponitur.

6. A. D. 925. Sanctus Udalricus[l] Augustiensi sedi preficitur.

Ipso anno domnus Herimannus[m] I.[n] Coloniensis archiepiscopus cognomento Pius obiit, qui sedit in episcopatu annos 35; cui successit domnus Wigfridus[o], a beato Materno primo eiusdem sedis episcopo 24.

8. A. D. 927. Sanguis Domini in Augiam venit.

Ann. S. Alb. 9. A. D. 928. Ungarii totam Franciam, Galliam, Alsaciam[p] atque Alemanniam gladio et igne vastant.

Post Iohannem X.[n] papam succedit Romae Stepha-
Ekk. nus [VII.[q]] papa. Burchardus dux Alemannie[r] in Ytalia occiditur; Herimanno Alemannia committitur.

Eodem anno domnus Bruno Coloniensium archiepiscopus Heinrico regi nascitur ex Mathilda[s] regina, filia Theoderici principis, cuius fratres erant Witikint, Immud et Reginbern. Reginbern autem erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam[t] devastantes, vicitque eos liberans ab illorum incursione patriam usque in hodiernum diem. Et hii erant ex stirpe magni[q] ducis Witikindi, qui bellum potęns gessit adversus Karolum Magnum per annos ferme 30. Porro nati fuerant ante hoc tempus ex eadem regina Otto primogenitus, qui successit patri, Heinricus dux Noricorum, et filia Gerberga, quae nupserat Gisilberto duci Belgice, quam postea, defuncto Gisilberto, Ludewicus rex Francie coniugem accepit, et genuit ex ea Karolum et Lotharium, qui etiam patri successit[u].

11. A. D. 930. Post Stephanum papa Iohannes XI. substituitur.

a) *hanc deinceps ad fontes propius accedentem secutus sum; scribendi vero rationem codicis B 1 ut aetate prioris retinui, excepta littera* ę. b) *deest B* 1. c) *deest C* 1. c*) a s. p. ei o. *B* 1. *C* 2. d) e. m. *B* 1. *C* 2. e) *deest B* 1. f) ins. *B* 1. *C* 2. g) d. incarnationis *C* 1 *saepius*. h) Robertus *C* 1. i) *deest B* 1. *C* 2. k) deditionem *B* 1. *C* 2. l) Uodelr. *B* 1; Ůlder. *C* 2. m) Herrmannus (?) *C* 1. n) *superscr. hos numeros semper B* 1; *deest C* 2. o) Wilfridus *C* 1. p) Elsatiam atq. Allem. *C* 1. q) *deest C* 1. 2. r) Alemanie *B* 1. s) Metilda *corr.* Methilda *C* 2. t) Saxonicam *corr.* Saxoniam *B* 1. u) succedit *C* 1.

12. A. D. 931. Heinricus rex Boemiam petit. *Ekk.*
14. A. D. 933. Iohanni pape succedit Leo VII.
15. A. D. 934. Heinricus rex Ungarios expugnat.
16. A. D. 935. Leoni pape succedit Stephanus VIII.
17. A. D. 936. Heinricus rex, perdomitis circumquaque gentibus, postremo Romam proficisci statuit; sed infirmitate correptus iter intermisit. Cumque se gravari iam[a] morbo sensisset — — defunctus est anno regni sui 17, vite ferme 60, et sepultus est a filiis in civitate que dicitur Quintillingaburg, ante altare basilicae sancti[b] Petri, cum planctu et lacrimis plurimorum.

Anni Ottonis.

1. Anno d. i. 936[c], ab U. autem c. 1688, completis ab origine mundi annis 6136, Otto Magnus, Heinrici filius, 81. loco ab Augusto eligitur in regnum ab omni populo Saxonum et Francorum, regnavitque annis 38. Cuius anno primo Ungarii Franciam et Alemanniam et Galliam usque Occeanum Burgundiamque devastantes per Ytaliam redierunt. Monasteria Sancti Galli et Sancti Bonefacii cremantur. Rudolfus rex Burgundie et Arnolfus dux Noricorum obierunt. Stephano pape succedit Marinus II. Sub hoc sanctus Uodelricus[d] claruit.

2. A. D. 938. Heinricus, frater Ottonis regis, ab Everhardo comite comprehenditur.

3. A. D. 939. Otto rex, cum fratre Heinrico et Gisilberto Everhardoque pugnantibus militibus suis, victoriam reportat. Marino pape Agapitus secundus successit.

4. A. D. 940. Rege in partibus Alsatie castellum Brisach obsidente, episcopi quidam noctu relictis tentoriis subtraxerunt se. Everhardus comes ab Ůdone et Cunrado iuxta Renum occisus est. Gyselbertus dux in aqua suffocatur.

5. A. D. 941. Otto rex Gallias petit.

6. A. D. 942. Otto et Ludewicus reges pacificantur. Edidis regina obiit, mater Liudolfi[e] ducis.

8. A. D. 944. Ungarii cum Baioariis pugnant et vincuntur.

11. A. D. 947. Bertoldus dux Baioariorum, frater Arnulfi ducis, moritur, et Heinrico, fratri regis, ducatus comittitur.

12. A. D. 948. Herimannus dux Alemannorum moritur; pro quo Ludolfus, filius regis, dux constituitur.

13. A. D. 950. Otto rex Ytaliam peciit eamque sibi subiecit, rediens Papyam Cunrado duci Lothariorum commisit tuendam.

14. A. D. 951. Otto rex Ytaliam intravit causa Adilheidis reginae, ipsaque uxore accepta, nuptias celebravit Papyae; ex qua postmodum *cf. p.* 24. tres filios genuit, primogenitum Heinricum, secundum Brunonem, tercium patris[f] equivocum, filiam quoque nomine Mathildam.

15. A. D. 952. Beringarius rex Longobardorum, Cunrado duce *Ekk.* suadente, apud Augustam cum filio suo ad[g] dedicionem venit, factusque miles regis, remissus est in regnum cum pace. Ibi mire magnitudinis lapis tonitru et tempestate iactus de celo, multis visentibus ingens miraculum prebuit.

16. A. D. 953. Ludolfus dux patri suo rebellat, et Cunradus dux cum eo.

Eodem tempore domnus Wigfridus Coloniensis pontifex

a) *deest* *C* 2. b) beati *C* 1. c) 937. *C* 1. d) Uldericus *C* 2. e) Ludewici *C* 2. f) t. Ottonem *B* 1. *C* 2. g) in *B* 1. *C* 2.

decessit, qui 29 prefuit[a] annis. Porro destitutus populus[b, 1] pari deliberacione in virum Domini Brunonem, fratrem regis, conspirat, quem missis primoribus ecclesie ipsius expetit et impetrat. Qui consensu regis et principum cum summo favore et laudibus omnium viduate cathedre intronizatus, quis quantusque fuerit, adhuc monimenta vigilancie eius in edificiis et ornatu aecclesiarum videre licebit.

Ekk. 17. A. D. 954. Ungarii Ytaliam[c] petunt, Noricam et Franciam.

18. A. D. 955. Ungarii totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam Alemannie urbem ab Ottone rege pugna victi immensa cede necantur.

19. A. D. 956. Ludolfus dux Italiam hostiliter intravit.

20. A. D. 957. Ludolfus dux Adelbertum, filium Berengarii[d], vicit, et ipse eodem anno moritur[e].

21. A. D. 958. Cruces in vestibus hominum apparuerunt.

25. A. D. 962. Post Agapitum papam Rome Iohannes [XII.[f]] successit. Otto rex Romam venit rogatu Romanorum contra Beringarium, ibique imperator effectus, eundem Beringarium capit et cum coniuge sua ad castellum Babenberg[g] misit, ibique pre-*Ekk.* sentem vitam clausit. Quidam dicunt*, imperatorem Romam venisse rogatu predicti pape Iohannis, qui et Octavius. Sed hec discrepantia relatorum diversitatem et errorem in chronicis generat quam maximum. Verum secundum *Cat. pont.* alios* idem Iohannes indignis sceleribus officium suum dehonestans, ipsum imperatorem Romam venientem, conscientia se terrente, metuendo Campaniam peciit, ibique in silvis latuit, pro quo Leo VIII. ab imperatore Romanorum consensu constitutus et ordinatus, non multo post, eo recedente, est expulsus. Qui ex Urbe fugiens, in partes Spoleti ad imperatorem venit, suasque ei iniurias conquestus est. Cumque iratus imperator Romam infesto exercitu repeteret, mors illi Iohannis nunciatur, et Benedictus diaconus a Romanis papa postulatur. Abnuente vero imperatore, idem Benedictus a Romanis ordinatus sedit mensibus duobus. Nec multo post civitate ab imperatore obsessa, tantaque fame oppressa, ut modius furfuris 30 denariis venderetur, afflictis subactisque Romanis, dedita Urbe, tradito Benedicto, Leonem papam imperator restituit, eique subiectionem a Romanis sacramento fieri fecit. Qui tamen papa multis postea ab ipsis affectus iniuriis, prefuit annis duobus; cui successit Iohannes XIII.

Ipso tempore domnus Bruno Coloniensis pontifex commendata sibi a fratre imperatore regni negocia strennue administrabat, terram a latrociniis purgans, rebelles et sediciosos circumquaque opprimens, pacem firmissimam interim absente imperatore per totum Lotharicum regnum componens.

Ann. S. Alb. Signum in sole.

Ekk. 26. A. D. 963. Otto imperator natale Domini Papie agit.

a) qui pr. 29 annis *C* 2. b) pop. d. *C* 2. c) Franciam N. et Ytaliam *C* 2. d) *deest B* 1. *C* 2. e) obiit *B* 1. *C* 2. f) *superscr. C* 1; *deest B* 1. *C* 2. g) Baviberg *B* 1. *C* 2.

1) *Cf. V. Brun. alt. c.* 4, *p.* 275.

27. A. D. 964. Otto imperator natale Domini Rome moratur, ubi et filius eius Otto secundus coronatur. Hic iacta sunt fundamenta basilicae sancti Pantaleonis[1], ubi sanctus Maurinus inventus[a] multis claruit miraculis. Primus[b] abbas ipsius loci Christianus factus est. *Ekk.*

28. A. D. 965. Sancte memorie Bruno dux et archiepiscopus ad compescendas sediciones in occidentalis[c] regni partibus exortas et pacem componendam inter primores[d] Compendium adiit[e], ubi gravi infirmitate detentus, Remis civitatem defertur, ibique, dispositis et ordinatis episcopii sui rebus, migravit ad Dominum. Quando autem vel qualiter Francis rebellantibus bellum intulerit[f], Parisius urbem[g] obsidens irruperit et spoliaverit, ducem Lotharingiae ceperit et in se ipsum ducatum et omnes successores suos, ut sint duces et archiepiscopi, annuente fratre imperatore[g], retorserit, pontem super Renum[2] et Divitense[h] castrum propter rebelles effregerit[i], et alia miranda[k] in construendis et ornandis[l] monasteriis et sanctorum corporibus undecumque transferendis, quia in* antiquioribus cronicis non invenimus[3], preterundum esse censemus. Corpus venerabile Coloniam reportatum in monasterio beati Pantaleonis, quod ipse inchoavit et[m] perficiendum ordinavit, humatum est. Sedit in episcopatu annis 12[n]; cui successit Folcmarus.

30. A. D. 967. Otto imperator de Italia rediit. Wilhelmus, filius eius, Mogontiae archiepiscopus obiit. *Ekk.* *Ann. S. Alb.*

32. A. D. 969. Mathildis, mater imperatoris, obiit. Archiepiscopatus Metburgensis fundatur ab imperatore Ottone. *Ekk.* Iohanni pape succedit Benedictus VI. Qui postea a Romanis criminatus, in castello Sancti Angeli mancipatus, ibidem strangulatur. *Cat. pont.* Sed eo adhuc vivente Bonefacius quidam papa ordinatus, post unum mensem expulsus, Constantinopolim petiit, et succedit[o] Benedictus VII. Folcmarus Coloniensis archiepiscopus[p] obiit; cui bone memorie Gero successit.

*) in gestis de ipso specialiter conscriptis[4] continentur, hic non duximus ponenda. Corpus a Remis Col. *B* 1 *iis erasis, quae C* 1. 2 *servaverunt.*

a) inventus est qui multis *C* 2. b) Primus — est *in marg. rubro script. B* 1. c) occidentis *C* 1. d) primates *C* 2. e) *deest C* 2, *ubi* venit *post suppl.* f) int. b. *C* 2. g) *deest C* 1. h) Duutense *B* 1. *C* 2. i) ef. pr. r. *C* 2. k) miracula *C* 1. l) construendum et ornandum *C* 1; ordinandis *C* 2. m) vit et *e corr. B* 1; et *deest C* 2. n) 13 *C* 1. o) successit *B* 1. *C* 2. p) episc. *C* 2.

1) *Monast. S. Pantaleonis a Brunone archiepiscopo constructum est; cf. Vitam eius c.* 48. *et Chronicam nostram a.* 965. 2) *Haec Vita altera Brunonis c.* 11 *sqq. sumta sunt. Nihil tamen de D castro ibi legitur.* 3) *Sane pleraque fabulosa sunt vel cer ampliata.* 4) *Vita altera recentior intelligi videtur.*

Ekk. 34. A. D. 971. Signum quoddam in[a] celo ignei coloris apparuit.

37. A. D. 974. Otto imperator anno regni sui 38, imperii autem 13. obiit; cuius corpus cum magnis lugencium exequiis a filio rege iam facto translatum est in civitatem Magatburg[b], quam ipse construxit. Ipso anno sanctus Udelricus[c] episcopus defunctus est anno[d] episcopatus sui 50.

Anni Ottonis II.

A. d. i. 975, ab U. autem c. 1726. Otto secundus, Magni Ottonis filius, 82. loco ab Augusto regnare cepit, et annis novem regnavit, secundum alios 10. Hic vivente patre in — — sede locatur tempore Benedicti pape.

Cat. pont. Cui successit Iohannes XIV, prius Papie episcopus. Quem Bonifacius VII, de Constantinopoli, quo prius fugerat, reversus, in castello Sancti Angeli religavit[e] et fame venenoque, ut perhibent,

---

Recensio codd. B 1. C 2.

Hist. Brunv. A. d. i. 975. — — secundum alios 10. Huic pater adhuc vivens filiam Iohannis Grecorum imperatoris Theophanu nomine in coniugium sociaverat, simulque cum ipso nupcias eius Papie celebraverat, a qua filium nomine suo insignem filiamque vocabulo Mathilt procreaverat. Hic Romam profectus, coram tocius regni principum frequentia ab apostolico Leone cum Theophanu uxore imperiali benedictione coronatur. Suscepti itaque imperii strennuissime disponens moderamina, Lotharium regem secedere cogit a Gallia, rem publicam undique augens et ordinans. Defuncto post hec Iohanne imperatore Grecorum, patre Theophanu, alioque rege in loco eius substituto, cum sibi de Calabria, uxoris sue hereditate, consuetum denegaretur tributum, affirmantibus Grecis, Calabriam non Theophanu imperatricis, sed hereditatem et dotem esse sancte crucis, quam Helena regina Ierosolimis inventam, partem ibidem reliquit, partem Constantinopolim invexit. Unde idem imperator ira commotus, cum exercitu, quem habebat in presenti numero pauciorem, Calabriam ingreditur et Grecis bellum indicit. Quod audiens novus rex, congregata multitudine suorum, Sarracenorum etiam[f] plurimum exercitum auro argentoque paciscitur in auxilium et contra exercitum imperatoris dirigit. Qui mox imperatoris exercitum explorantes, pauci contra ipsum ad prelium proficiscuntur; reliqui omnes per loca insidiis oportuna circumquaque disponuntur. Pugna conseritur, omnes pariter Sarraceni prosternuntur. Insidie undique consurgunt, bellum ingravatur, exercitus imperatoris sagittis Grecorum valde sauciatur. Iamque diutissimo prelio protracto, plurimis occisis, Romani imperii strennuissimi defensores Buccho, Ekehart[g], Udo ibidem[h] interficiuntur. Imperator vero confertissimas hostium acies inpetu[i] interrumpens, et utrimque viam gladio secans, lancea, lorica ceterisque omnibus que oneri essent iactis in mare, equo etiam, cui insederat, deficientę, fluctibus maris tota innatat noctę. Mane vero a piscatoribus captus et quis esset interrogatus, occisi imperatoris armigerum se esse respondit. Quod quidam Romani, qui periculum mortis evaserant[k], audientes, pro servo dominum precio redimunt, Romam mesti letique redeunt.

a) i. c. in c. *C* 2, *qui saepius verborum ordinem mutavit.* b) Magaburg *C* 1. 2. c) Ůlder. *C* 2. d) a. e. s. 50. *des. B* 1. e) *ita e corr. B* 1; releg. *C* 2. = f) et *C* 2. g) Ekchart *C* 2. h) ibi *C* 2. i) *deest C* 2. k) evaderant *B* 1.

interemit, et in eius loco ordinatus, mensibus 11, subita morte preventus interiit. Qui a suis confossus et turpiter pedibus tractus, tandem clericis miserantibus sepultus est. Cui successit Iohannes [XV.[a]]. *Cat. pont.*

2. A. D. 976. Domnus Gero Coloniensis antistes, constructor Gladebacensis cenobii, defungitur, et succedit in episcopatum domnus Warinus annis 10.

6. A. D. 980. Dedicatur ecclesia beati Pantaleonis 9. Kal. Novembris a venerabili Warino archiepiscopo.

9. A. D. 983. Otto [II.[a]] imperator apud Calabriam, occiso exercitu a Grecis, de navi exiliens natando fugit. *Ekk.*

10. A. D. 984. Otto imperator Rome moritur 6. Idus Decembris, et ibi sepelitur, relinquens regnum filio Ottoni [III.[b]].

Anni Ottonis III.

A. d. i. 985, U. vero c. 1736. Otto tercius, filius Ottonis secundi, admodum puer, cum matre Theophanu imperatrice 83. loco ab Augusto Romanum imperium suscepit et per annos 17 strennue administravit. Ipso anno obiit domnus Warinus Coloniensis pontifex[c]; cui successit Evergerus annis 16.*

4. A. D. 988. Fames magna. *Ekk.*

5. A. D. 989. Iohanni pape succedit Gregorius V, qui et Bruno, filius Ottonis [I.[b]] imperatoris. *Cat. pont.*

7. A. D. 991. Domna[d] Theophanu imperatrix, mater imperatoris, obiit, et in basilica sancti Pantaleonis Colon. sepelitur, quam etiam[e] dum advixit[f] summo honore coluit et rebus propriis munificenter cumulavit.

8. A. D. 992. Gregorius papa obiit; cui successit Gerbertus Ravenne episcopus et dictus est Silvester secundus.

[Scandit[g] ab R (Remis[h]) Gerbertus ad R (Ravennam[h]), nunc papa viget R (Rome[h])[1]].

Hic seculari litterature et precipue astrologie deditus et ob hoc[d] curioso imperatori Ottoni amatus fuit. Hunc, appropinquante die mortis sue, simulachrum ab[i] eo, quando moreretur, consultum, hoc modo fefellit: 'Dum Ierusalem', inquiens, 'missam celebraveris'. Est autem Rome ecclesia[k] Iherusalem nuncupata. Ubi dum apostolica statio media ferme quadra-

Recensio codd. B 1. C 2.

Infirmatus autem eodem labore atque dolore, 10. imperii sui anno ibidem defunctus et in porticu sancti Petri est honorifice sepultus.

Benedictus VII.[d] papa obiit; cui — — Iohannes XV.

*) *C 1 in marg. addit:* Nothgerus Leodiensis episcopus clarus habetur.

a) *superscr. B 1; deest C 1. 2.* b) *deest C 1.* c) archiepiscopus *B 1. C 2.* d) *deest C 2.* e) *deest B 1. C 2.* f) vixit *C 2.* g) *versus in marg. B 1 legitur; deest C 1? 2.* h) *haec superscr. B 1.* i) ab eo *post add. B 1.* k) R. Iher. n. quedam eccl. *C 2.*

1) *Hunc versum primus, ut videtur, Benno, V. Gregorii lib. II, Goldast, Apol. p.* 11, *praebet; historiam de morte Gerberti tradunt idem et Willelmus Malm. II,* 172, *SS. X, p.* 464; *neutrum tamen noster exscripsit. Cf. Döllinger, 'Papstfabeln' p.* 157 *sqq., qui hunc locum praetermisit.*

gesima facta fuisset, peractis missarum sollempniis[a], dum[b] valde egrotaret, iterum consulens: 'Ecce', inquit, 'morior, Ierusalem non vidi, quare me fefellisti'? Qui cum responsum accepisset, quia Ierusalem cantaverit, acta congrua penitencia de supersticione sua, non multo post catholice obiit; cui etiam Iohannes [XVI.[c]] successit.

Ekk. 10. A. D. 994. **Sanctus Albertus de Praga civitate a Prucis martyrio coronatur.**

13. A. D. 997. **Cunradus dux obiit. Iohanni pape succedit Io-** *Cat. pont.* **hannes VII[d], qui et Fassanus.**

16. A. D. 1000. Domnus Evergerus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui succedit[e] sanctus Heribertus.

Ekk. 17. A. D. 1001. **Otto imperator expeditionem iam tercio movens in Ytaliam contra rebellantes Romanos, v e n e n o a m u l i e r e d a t o,**

Recensio codd. B 1. C 2.

Hist. Brunv. 10. A. D. 994. **Sanctus Albertus Prachorum episcopus cum genti Pruzorum verbum vite predicaret, a paganis septies perfossus et capite truncatus, tribus diebus ab aquila custoditus est, et primo apud Polanos tumulatus, sed postea a Bulezlao duce ad sedem suam Pracham urbem summo cum honore est relatus.**

A. D. 1001. Otto — — Romanos. **Nam Crescentius quidam[f], strangulato Benedicto papa, sedis apostolice assumpta tyrannide, oppressit Romam, invasit Ytaliam, arbitratus facile universum imperium sue potestati[g] cedere, quippe qui cum suis omnibus se munierat in validissima Adriani imperatoris, quae et Theoderici tyranni[h] opinatur fuisse, fabrica, que sine ulla lesionis iniuria contra omnem impulsionis machinam durare videtur in secula. Cuius insolentiam rex indigne ferens, Ytaliam tendit cum omnibus pene regni sui optimatibus, non solum tempestatis illius auctoribus penas debitas illaturus, sed etiam firmata Rome, que diu vacillaverat, sede apostolica, sancte ecclesie statum simul et imperium reparaturus. Interea Crescentio non sua, ut opinabatur, munitio imperii gloriam, sed longam carceris efficiebat custodiam, et quem imperatoris longanimitas sua suorumque sibi indulta impunitate flectere non potuit ad dedicionem, iustam suae Dei iudicio pertinaciae passus est ultionem. Tandem enim ad presentiam eius, fide interposita, evocatus, venit; monitus, ut sese cum omnibus suis imperatoris gratie dederet, tumens abnuit; redire permissus, electis militibus, qui fidem suam virtute probarent[f], eum perniciter[i] insequentibus, revertitur, et ad altioris edis secretum ascendere ostiumque pessulo obfirmare nititur. Sed repente velociori persequentium impetu repulsus, clamore in altum levato, simulque strictis e latere quos absconderant gladiis, perterritis suis, ipse vecors impigre a cavea sua extrahitur, imperatori presentatur, ut reus maiestatis capite dampnatur. Ductus vero in montis illius planiciem, qua totam videre posset urbem, capite truncatur, idemque mons usque hodie ob triumphatum tyrannidis presumptorem a Teutonicis Mons Gaudii, a Romanis autem Mons Malus vocatur. Cernens autem imperator eiusdem tyranni pulcherrimam esse uxorem, eius in exicia-**

a) psoll. *B* 1. b) cum *C* 1. c) *superscr. B* 1; *deest C* 1. 2. d) *deest C* 2. e) successit *C* 2. = f) *deest C* 2. g) potestate *corr.* potestati *B* 1. h) *post suppl. B* 1. i) perneciter *corr.* perniciter *B* 1.

vita decessit 5. Kal. Febr. anno imperii 17. Corpus eius Aquisgrani ante altare sancte Marie in choro, porro intestina apud Augustam condita sunt. *Ekk.*

Ipso[a] anno sancte memorie Christianus primus abbas[b] cenobii Sancti Pantaleonis migravit ad Dominum; cui successit domnus Reginbertus.

Anni Heinrici II.

A. d i. 1002, ab U. autem c. 1753. Heinricus secundus, primum dux Baioarie, deinde, defuncto Ottone III. absque filiis, in regni culmine sublimatus, 84. loco ab Augusto regnum accepit et annis 23 et mensibus 5 regnavit, 12 annis sub nomine regis, 11 dignitate et nomine imperatoris. Qui confirmatus Henricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petit. *Ekk.*

Iohanne papa mortuo, succedit[c] Sergius IV; post quem succedit Benedictus VIII. *Cat. pont.*

2. A. D. 1003. Heinricus rex Ytaliam, Boemiam, Bolizlaum ducem cum omni Sclavorum gente subiugavit. *Ekk.*

3. A. D. 1004. Fames magna facta est.

6. A. D. 1007. Episcopium Bavenberg a rege Heinrico constituitur.

7. A. D. 1008. Bruno episcopus ex monacho a Prucis multis suppliciis afflictus, et manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, celos peciit.

Recensio codd. B 1. C 2.

bilem incidit amorem; quam nocte sequenti constuprans, ab eadem veneno inficitur, et augescente grassantis per venas veneni peste, non multo post gravissimo languore corripitur. Heriberto autem Coloniensium archiepiscopo, iam dudum Christi virtutum operatore mirifico, cuius tota imperialis curia parebat consilio, familiarius eum observante, ibidem moritur, et mox, ut ab ipso fuerat dispositum, acsi vivus ęssęt, purpura indutus, super equum velut expedicionem acturus arte extruitur, et ita morte eius Romanis incognita, quorum nonnullos occiso Crescentio offenderat, cis Alpes in Sueviam defertur. Sepultis eius intestinis in civitate Augusta, corpus delatum in Franciam, in medio oratorii sancte Marie, quod est Aquisgrani, honorifice ab eodem archipontificę sepelitur*; propter quod eundem locum cultu quam maximo renovaverat[d], et constructis ibidem etiam aliis monachorum[e] atque canonicorum monasteriis, illustriorem, quam eátenus esset, fecerat. Monachorum monasterium quod dicitur Porcetum in honorę sancti Iohannis baptystae et sancti Nicholai Mirrenorum archiepiscopi constituerat, quod materno ex sanguine Grecus erat. Canonicorum in honore sancti Alberti episcopi et martiris, quod idem de Boemia natus, suo tamen tempore et monachus et martir factus, clarus virtutibus enitebat. Ipso — — Reginbertus. *H. Brunv.*

A. D. 1002, — — imperatoris. Hic in regni sede sublimatus cum — — demonstravit. *Ekk.* Iohanne — — Sergius IV; quo defuncto, succedit Benedictus VIII.

A. D. 1003—1008. *ut supra.*

*) Et notandum, quod, cum sanctus Karolus constituerit 20 prebendas in Aquisgrani, iste Otto addidit 20 de suo proprio predio. *add. C 2.*

a) Ipso — Reginbertus *in marg. B* 1. b) a. pr. *B* 1. c) successit *C* 2. = d) *ita C* 2 *et H. Br.*; honorav. *e corr. al. man. B* 1. e) m. a. c. *des. C* 2.

10. A. D. 1011.[a]

Ekk. 12. A. D. 1013. Heinricus Rome imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa.

13. A. D. 1014. Ernest dux in venatu occiditur.

14. A. D. 1015. Domnus Reginbertus abbas obiit; cui Kylianus[b] successit.

18. A. D. 1019. Helyas abbas efficitur.

19. A. D. 1020. Terre motus magnus factus est. Ipso anno sanctus Heribertus, constructor Tuiciensis cenobii, obiit; cui successit Pilegrimus Coloniensis sedis 31us[c].

20. A. D. 1021. Heinricus imperator Novam Troiam deditione cepit, et mortalitas magna in exercitu facta est.

22. A. D. 1023. Heinricus imperator secundus anno regni sui 12, imperii 11, vite autem 52. defunctus est et[d] sepultus Bavinberg in monasterio Sancti Petri.

Anni Cunradi II.

A. d. i. 1024.[e] [Urbe[f] autem condita 1754] Cunradus II, ex regni primoribus unus, sed regno ante per rebellionem adversus, 85. loco ab Augusto regnum suscepit, et 15 annis regnavit. Cuius primo anno dissensio magna contra eum in[g] regno tumultuatur, sed divinitus cito sedatur. Benedictus papa obiit; cui Iohannes XVIII. succedit, prioris pape frater, ex laico papa ordinatus.

2. A. D. 1025. Heinricus, Cunradi regis filius, rex efficitur. Cunradus vero Romam tendens, imperiali benedictione coronatur.

4. A. D. 1027. Bruno Augustensis episcopus, frater Heinrici defuncti imperatoris, et Welpho comes predas et incendia inter se confitiunt.

Recensio codd. B 1. C 2.

A. D. 1011. Cum Ezzelinus palatinus comes adversa-
H. Brunv. c. 12. 13. retur regi et per continuos decem annos eiusdem comitis magnanimitate, sive confirmata ad eius sentenciam sacramentis publica fide, ab universis Lotharingiis omnis regius honor eidem regi abdicaretur, rex consultius arbitratus, virum egregium beneficiis placare quam molestiis ullis infestare, amiciciam eius exposcit, insulam que est in Reno Sancti Suitberti cum omnibus suis appendiciis, Duisburg etiam[h] atque Salaveld[i], non modica regni sibi subsidia suisque liberis perpetua hereditate possidenda largitur. Duxerat hic comes uxorem nomine Mathildam[k], filiam[l] Theophanu et sororem Ottonis III. imperatoris, ex qua nati sunt tres filii et septem filie, Herimannus postea Coloniensis archiepiscopus, Liudolfus[m] et Otto, Richiza, Adelheit, Teophanu[n], Heilewich[o], Mathilt, Ida et Sophya[p]; quarum Rychizam[q] Misecho[r] rex Poloniorum duxit uxorem, Adelheidis[s] in Nivella, Theophanu in Essinde, Heilewich[t] in Nusia, Mathilt in Didikircha atque Wilica, Ida in monasterio Sancte Marie[u] Colonie, Sophya[p] similiter[l] in monasterio Sancte Marie Mogontie atque Gandersheim sanctimonialibus feminis sunt prelate loco regiminis.

A. D. 1013—1023. *ut supra.*

A. D. 1024. Cunradus — — sedatur. Sublimatus autem — — ad meliora provexit. *Ekkeh.* Benedictus — — ordinatus.

a) *deest annus in cod. C* 1. b) Kil. *C* 2. c) *numerus* 31us *postea additus videtur B* 1. d) et s. *des. C* 1. e) 1023. *C* 1. f) *ita C* 2. g) in r. *des. C* 2. = h) etiam atque *des. C* 2. i) Salavelt *C* 2. k) Methildam *C* 2. l) *deest C* 2. m) Ludolfus *C* 2. n) Theoph. *C* 2. o) Helewich *C* 2. p) Sophia *C* 2. q) Richizam *C* 2. r) Miseco *C* 2. s) Adelhedis *C* 2. t) Helewich *C* 2. u) S. Marie *des. C* 2.

5. A. D. 1028. Ernest dux Alamannie et Welpho comes Cunrado imperatori ad deditionem veniunt. *Ekk.*

6. A. D. 1029. A. D. 1030. Cunradus imperator Stephanum Pannonie regem cum exercitu petit. Interea in Alemannia Ernest dux et Wernerus comes cum aliis multis occiduntur.

7. A. D. 1031. Stephanus rex per legatos cum imperatore pacificatur.

8. A. D. 1032. Rudolphus rex Burgundie moriens dyadema suum Cunrado imperatori misit. Rome Iohanni pape succedit Benedictus VIIII, qui et Teophilactus, moribus tanto ordini indignus, occupans sedem annis 12. Quo expulso, Romani quendam Silvestrum pro eo constituunt, quem ipse postea excommunicavit et depulit. Et[a] sedi suae redditus, se ipsum privavit aliumque pro se ob avariciam contra canones ordinavit. Quem Romani[b] sacra sede mox[c] privaverunt et Gracianum papam ordinaverunt. *Cat. pont.*

9. A. D. 1033. Cunradus imperator in hyeme Burgundiam petit. Eclypsis solis facta est 3. Kal. Iulii hora 6. *Ekk.*

10. A. D. 1034. Imperator Franciam petit contra Udonem. Item Burgundiam vastat.

11. A. D. 1035. Wirbina castellum in confinio Saxonie positum pagani qui Liutici dicuntur optinent, multis ex christianis occisis et captis, quos imperator cum exercitu petit. Sanctus Symeon Grecus Treveris migravit ad Dominum.

Ipso anno domnus Pylegrimus Coloniensis antistes decessit et in basilica sanctorum Apostolorum, quam ipse construxit, sepelitur; cui Herimannus II. cognomento Nobilis successit de prosapia Heinrici regis primi Saxonici.

12. A. D. 1036. Heinrico, imperatoris filio, Knut regis Danorum filia coniungitur. Liutici tributarii facti sunt imperatori. *Ekk.*

13. A. D. 1037. Cunradus imperator Italiam — — fugiensque a quodam milite occiditur. Stephanus Ungariorum rex gloriosus obiit.

Recensio codd. B 1. C 2.

A. D. 1025—1035. *ut supra.*

A. D. 1036. Heinrico — — imperatori. Eodem tempore Richeza regina, facto inter se et regem coniugem suum divorcio per odium et instigationem cuiusdam[d] sue pelicis, barbaros Sclavorum pertesa ritus, veste mutata venit cum paucis ad imperatorem Cunradum in Saxoniam. A quo honorifice suscipitur, et ubicumque in regno habitare vellet, illi concessit. Que postea, defunctis fratribus suis Ottone Swevorum duce et Herimanno Coloniensi archiępiscopo, venit ad Annonem, successorem eius, et Salevelt et Coburg beato Petro contulit, ęcclesiae etiam sancti Nykolai Brunwillere Cloteno et alia plurima dona optulit[e], eo quod pater eius Ezelinus et mater Methildis, filia Theophanu, locum eundem fundassent. Non multo post apud[f] Salevelt ipsa defuncta est, corpusque eius congruo[g] apparatu Colonie delatum et ab archiępiscopo Annone in ęcclesia sanctae Mariae que est ad Gradus cum honore est humatum. *H. Brunw. c. 25. 30. 31.*

A. D. 1037. Cunradus — — occiditur.

a) Qui *C 2.* b) Roma *corr.* Romani *B 1.* c) *deest B 1. C 2.* d) *deest C 2.* e) contulit *C 2.* f) in *C 2.* g) congruo honore et apparatu *C 2.*

Ekk. 14. A. D. 1038. Cunradus imperator obiit 2. Non. Iunii et sepultus est Spire, relinquens imperium filio suo Heinrico. Eodem anno Cuningunt imperatrix, mater pauperum Christi, et Herimannus dux Alemanniae, filius Gisle imperatricis, obierunt. Eclypsis solis facta est [11.[a] Kal. Sept.].

Anni Heinrici tertii.

A. d. i. 1040, ab U. autem c. 1791. Heinricus III, Cunradi imperatoris filius, iam dudum patre vivente rex constitutus, 86. loco ab Augusto patri successit et 17 annis regnavit.

2. A. D. 1041.[b] Heinricus rex — — efficere potuit. *Ekkeh.*

3. A. D. 1042.[c] Ungarii quendam Ovonem — — ab Alberone marchione deletur. *ibid.*

Domnus Helyas abbas moritur, et successit[d] Aaron.

4. A. D. 1043. Heinricus rex Pannoniam — — apud Spiram sepelitur. *Ekkeh.*

5. A. D. 1044. Heinricus rex Pannoniam rebellantem iterum sibi subiugat, et inde reversus, synodo Constanciensi — — apud Hengelheim copulavit. Pestis pecudum, hyemps dura fuit et nivosa. *ibid.*

6. A. D. 1045. Heinricus rex tercio Pannoniam sibi rebellantem subiugans, Ovonem — — custodiae mancipatur. *ibid.*

Ekk. 7. A. D. 1046. Heinricus rex Italiam ingressus, pacifice a Romanis suscipitur — — et Suidegerum Bavenbergensem episcopum, Clementem secundum dictum, papam constituit, qui etiam 9 prefuit mensibus. Porro rex cum Agnete regina ab ipso papa imperiali benedictione coronatus in sancto dominici natalis die, per Apuliam multasque provincias ducens exercitum, cum magno honore revertitur.

8. A. D. 1047. Suidegerus papa, qui et Clemens, nono promotionis suae mense in Romanis partibus obiens, ad episcopium suum Bavenberg reportatus tumulatur; cui successit Poppo Aquileiensis patriarcha, secundum quosdam Brixiensis episcopus, et Damasus II. vocatur.

Ekk. 9. A. D. 1048. Poppo papa, qui et Damasus, obiit, necdum completo anno, ex quo constitutus est; pro quo Bruno successit, prius Tullensium episcopus, et Leo nonus est dictus. Heinricus IIII. nascitur. Otto dux Suevorum obiit; pro quo Otto de Suinvurte successit.

10. A. D. 1049. Heinricus imperator — — revertitur. *Ekkeh.*

cf. Ann. Brunv. Leo papa festum sancti Petri cum Heinrico imperatore Coloniae celebravit, presidente domno Herimanno[e] archiepi-*Ekk.*scopo. Synodus Mogontie habetur, cui interfuerunt Leo apostolicus et Heinricus imperator.

11. A. D. 1050. Ungarii — — afflixit et cum summa pace rediit. *Ekkeh.*

12. A. D. 1051. Imperator Heinricus iterum Pannoniam adiens, — — licet inacte, rediit. *ibid.*

Ekk. 13. A. D. 1052. Imperator iterum Pannoniam petit et inacte redit, ducens[f] secum Leonem apostolicae sedis presulem. Inde simul

Recensio codd. B 1. C 2.

A. D. 1038—1095. *ut supra.*

a) 11. Kal. Sept. *des. B* 1. b) 1040. *C* 1. c) 1041. *C* 1. d) succedit *C* 2. e) Herimano C 2. f) ducē *B* 1.

tendentes in partes Reno contiguas, proximum natale Domini Wormacie celebrant. Domnus Aaron abbas obiit. Qui cantum nocturnalem de beato Gregorio a domno apostolico Leone compositum has in partes ipso tradente ab Italia primus attulit; cui Hemericus successit.

14. A. D. 1053. Domnus apostolicus Leo de Gallia Romam rediens, multis eum — — episcopatum tenuit. *Ekkeh.*

15. A. D. 1054. Sanctus Leo papa gloriose vitam finivit tertio *Ekk.* decimo Kal. Mai, et magnifice in ecclesia sancti Petri Rome iuxta beatum Gregorium sepultus, miraculis claruit. Successit autem in episcopatum Victor secundus, qui antea Gevehardus dictus Eistensis erat episcopus. Fames magna[a]. Cuno — — Godefrid et Baldevinus. Heinricus IV, filius Heinrici, unctus est in regem *cf. A.Brunv.* Aquisgrani in dedicatione aecclesiae.

16. A. D. 1055. Domnus Herimannus Coloniensis archi- *cf. A.Brunv.* episcopus[b] decessit, et successit Anno secundus. Albertus *Ekk.* marchio et Welpho dux Carinthiorum obierunt. Heinricus — — exul obiit.

17. A. D. 1056. Gevehardus Radisponensis — — matri abduxit. Ipsa vero imperatrix — — honorifice est humata. *Ekkeh.*

Anni Heinrici IIII.

A. d. i. 1057, ab U. autem c. 1808. Heinricus quartus, Heinrici impe- *Ekk.* ratoris filius, admodum puer, patri succedens, 87. loco ab Augusto regnum accepit, et quinquaginta annis regnavit[c]. Agnes imperatrix — — Fridericus, Godefridi ducis frater, iam monachus factus, a Romanis pontifex ordinatur et Stephanus appellatur. Hic eodem anno obiit; pro quo Benedictus X, antea Iohannes dictus, quorundam Romanorum gratia contra canones promotus, post 7 menses sine consecratione obiit. Deinde dissensione regis et principum et ipsorum Romanorum diversis constitutis vel succedentibus, 1. Nicholao[d], qui et Gebehardus, secundo Honorio secundo, qui et Chadelo[e], Alexandro secundo, qui et Anselmus, prius Lucensi episcopo, Alexander papa usque ad obitum suum honorifice in sede apostolica permansit, nequaquam de eo regni principibus vel pontificibus dissentientibus. Huius tempore *Ekk.* Hildebrandus postea pontifex archidiaconatus functus est officio Romae.

Eodem tempore Fridericus — — commotionum. Eundem namque ducatum Heinricus imperator Bertolfo comiti, qui post Carinthiorum dux effectus est, promiserat, quem post mortem imperatoris eidem Rudolfo causa filiae suae illi coniunctae imperatrix tradidit, quod animum Bertolfi valde commovit. Unde de utroque ulcisci volens, rege scilicet et Rudolfo, omnes contra regem incitavit. Conspirat cum eo Otto in Saxonia, deiectus a ducatu Bawariorum. Fiunt motus — — nec rusticos latet. *Ekkeh.*

9. A. D. 1065. Sanctus Cuno Trevirorum episcopus martyrizatur. *A. S. Alb.*

10. A. D. 1066. Cometa — — in matrimonium dedit. *Ekkeh.* Domnus Hemericus abbas obiit; cui postmodum Humbertus successit.

11. A. D. 1067. Heinricus rex Bertham — — Triburiae. *Ekkeh.*

12. A. D. 1068. Heinricus rex adolescentiae — — succrescere. *ibid.*

a) m. fuit *C* 2. b) episcopus *C* 2. c) *deest C* 1. d) Nykol. *B* 1. e) Chadolo *C* 2.

13. A. D. 1069. Agnes imperatrix, mater Heinrici, — — vitam in Domino finivit. *Ekkeh.*

Ekk. et A. S. Alb. 14. A. D. 1070. Teti marchio non sine Saxonie principum consilio regi rebellat.

ib. 15. A. D. 1071. Otto dux Baioariae, amisso ducatu, rebellat regi; cui in ducatum successit Welpho, vir strennuus et bellicosus, natu Suevus.

ib. 16. A. D. 1072. Coniurant principes Saxoniae contra regem cum Ottone; quem rex usquequaque persecutus, quam plures munitiones eius vastat et diruit.

ib. 17. A. D. 1073. Saxones Hartesburg munitionem regis cum aliis destruunt, et, quod dictu nefas est, cuiusdam innocentis regis filii ad iniuriam patris sepulchrum violant et ossa dispergunt.

Ekk. 18. A. D. 1074. Beatae memoriae Alexandro papa defuncto, Hildebrandus, qui postea Gregorius septimus dictus est, abbas monasterii Sancti Pauli et archidiaconus Romanae sedis, successit; sub quo Romana res publica et omnis ecclesia novis scismatum erroribus periclitari coepit. Hic Heinricum regem crebris nunciis et epistolis ad synodalia responsa vocavit.

19. A. D. 1075. Heinricus rex — — notatus est. *Ekkeh.*

Ekk. 20. A. D. 1076. Concilium Wormatie habitum est, ubi — — abdicarunt. Eodem anno circa 19. Kal. Octobris colloquium — —

cf. A. Path. securitatibus multis. Ipso tempore defunctus est domnus Anno Coloniensis archiepiscopus[a], et in cenobio Sigibergensi, quod ipse construxit, sepultus est[b]; cui Hildolfus successit.

Ekk. 21. A. D. 1077. Rudolfus indigena Saeviae, que omnino regalis stemmatis est aliena, apud Forcheim in regem elevatur et apud Mogontiam unguitur. Dein[c] collecto copioso exercitu a Saxonia, Wirziburgenses regi Heinrico fidem servantes obsedit, sed terrore ipsius circa Kal. Iulii ab Italia reversi obsidio solvitur. Bertolfus[d] autem de Zaringon[e], dux quondam Carinthiae, pre dolore, quod videbat ex arbitrio regem Heinricum inpune cuncta vastari, frenesi occupatus vitam finit.

A. S. Alb. 22. A. D. 1078. Bellum iuxta Strowi commissum est a Rudolfo contra Heinricum regem 7. Idus Augusti; ubi inter alios Wecel Magedeburgensis episcopus perimitur, Magnus dux — — occubuit. *Ekkeh.*

cf. A. Brunv. 23. A. D. 1079. Domnus Hildolfus Coloniensis pontifex

Ekk. obiit; cui Sigewinus successit. Iterum bellum — — terga ver-

cf. A. Path. terunt, occiso ibi Meinfrido comite.

A. S. Alb. 24. A. D. 1080. Apud Prixinam Noricam 30 episcoporum magneque

Ekk. partis optimatum regni conventus contra Hildebrandum habetur. Rursus inter Rudolfum et Heinricum geritur bellum iuxta fluvium Ellestram, in quo — — Hoc etiam prelio ex parte regis[b] Heinrici Rabodo comes regi satis fidus interiit.

Ekk. 25. A. D. 1081. Rex Heinricus Italiam — — in vigiliis paschae

A. S. Alb. crematur. Monasterium sancti Martini Mogontiae exustum et tria monasteria prope posita, et pene omnis civitas exusta est. Heinricus iunior nascitur.

Ekk. 26. A. D. 1082. Herimannus quidam, vir prepotens ac nobilis ex Germania, a Saxonibus et Alemannis rex constitutus, tam suis quam

a) episc. *post corr.* archiep. *C* 2. b) *deest C* 2. c) Deinde *C* 2. d) Bertoldus *C* 1. e) Zaringont *C* 2.

alienis cepit in brevi despectus haberi. Domnus Humbertus abbas obiit, et successit Herimannus.

27. A. D. 1083. Herimannus cum paucis orientalem Franciam hostiliter invasit. Roma capitur ab Heinrico rege 4. Non. Iunii feria 6. ebdomadis pentecostes. Hildebrandus autem papa occulte[a] fugiens, Salernam secessit, ibi[b] usque ad diem mortis sue permansit. Pestilencia magna fit. *Ekk.* *A. Ros.*

28. A. D. 1084. Heinricus rex in locum Hildebrandi Wigbertum Ravennae episcopum petentibus Romanis statuit, et dictus est Clemens secundus; a quo ipse rex cum regina Bertha in sancta dominica paschae imperiali benedictione sublimatur. Post hec imperator de Italia digrediens, Augustam civitatem ab Alemannis invasam[c] obsedit et cepit. *Ekk.*

29. A. D. 1085. Hildebrandus papa, qui et Gregorius septimus, apud Salernam moritur, et ibi sepelitur. Pro quo Otto, qui et Urbanus, prius Ostiensis episcopus, substituitur.

30. A. D. 1086. Heinricus imperator Saxoniam vastat. Wirciburg a Saxonibus capta est, et mox ab imperatore adquisita. *Ekk.* *A. S. Alb.*

31. A. D. 1087. Herimannus, falso — — obsidione interiit[d]. *Ekkeh.*

32. A. D. 1088. Bertha imperatrix obiit et Spire sepulta est. Augusta — — destruitur. *ibid.*

33. A. D. 1089. Domnus Sigewinus Coloniensis archiepiscopus obiit, et successit[e] Herimannus III.[a] cognomento Dives. *cf. A. Brunv.*

Imperator nuptias — — uxorem. *Ekkeh.*

Cunradus, filius eius senior, ungitur in regem Aquisgrani.

34. A. D. 1090.[f] Imperator Italiam rursus ingreditur ibique fere per septem annos moratur. *Ekk.*

35. A. D. 1091. Mathildis de Longobardia imperatori rebellat. *A. S. Alb.*

36. A. D. 1092. Pestilentia magna hominum atque pecudum. *Ekk.*

37. A. D. 1093. Cunradus — — infamatur. Eclipsis solis facta est 9. Kal. Oct. hora tertia, et draco visus est. Mortalitas magna subsecuta est. *A. S. Alb.* *Ekk.*

38. A. D. 1094. Pestilencia facta est. *A. S. Alb.*

39. A. D. 1095. Lupoldus marchio et Heinricus palatinus comes obierunt. *Ekk.*

40. A. D. 1096. Signum in sole 5. Non. Mart., diversa quoque prodigia mundus parturisse ubique referebatur. Expedicio prima Ierosolimitana sub Petro monacho et Godefrido duce Lotharingie ex omni-

---

Recensio codd. B 1. C 2.

A. D. 1096. Expedicio prima — — Europae. *Sequitur fusior historia expeditionis, quam alia recensio infra exhibet:* Preterea signum visum est in sole, multaque, que tam in aere quam — — Octobris vidimus. Stellam etiam — — victorem existerę. Quidam etiam presbyter hora — — prescriptos credebant. Quid referam — — capitibus exortos fuisse. Qualiter autem terra a gentilibus subacta sit, breviter intimabimus. *Ekk. p. 214.*

---

a) *deest C 2.* b) ibique *C 2.* c) obsessam invasit et *C 2.* d) moritur *C 2.* e) succedit *C 2.* f) *haec ad a.* 1091. *habet C 2, hoc anno vero (ubi* 90 *e corr.)* Math. — rebellat.

A. S. Alb. bus populis Europae. Mogontie mille et 4 Iudei necati sunt. Per diversas quoque provincias facti sunt christiani et iterum a christianitate recesserunt.

41.[a*] A. D. 1097.

Ekk. 1099. 42. A. D. 1098. Heinricus imperator natalem Domini Coloniae celebravit, in epiphania vero d o m i n u m filium suum Heinricum quintum regem fecit, Conrado, f r a t r e e i u s, reprobato, quem prius coronavit.

A. S. Alb. 43. A. D. 1099. Mortalitas magna facta est. Cunradus Traiectensis episcopus quarta feria pasche a negotiatore q u o d a m crudeliter occiditur.
Ekk. E o d e m t e m p o r e d o m n u s Herimannus Coloniensis archiepiscopus d e c e s s i t; i n c u i u s l o c u m Fridericus successit. Fames improvisa multis locis invaluit. Urbanus papa, qui et Otto, obiit. Cui Rainerus cardinalis et abbas subrogatus, dictus Paschalis.

44. A. D. 1100. Hierosolima a christianis capitur, Godefrido duce
A. S. Alb. exercitum regente.* Udo marchio et alii plures Saxonum barbaros qui dicuntur Liutici invasit, et honorifice triumphavit.

Heinricus imperator — — procerus. *Ekkeh. a.* 1098.

*) *C* 1 *add.:* E o d e m a n n o F r i d e r i c u s a r c h i e p i s c o p u s p r i m u s V o l m e s t e l n e g l o r i o s u m c a s t r u m W i s t f a l l i e f u n d a v i t.

Recensio codd. B 1. *C* 2.

Tempore Heinrici quarti Romani et Alexii — — quasi semper recentibus plagis, ostentare. Igitur terra repromissionis — — ingredi permitterent. *Ekkeh. p.* 212.

Predictus etiam Alexius — — occurrunt vocabula. Quibus omnibus venerande sanctitatis — — Italiam rediit. *ibid. p.* 213.

De expedicione Iherosolimitana, quae facta est sub Godefrido duce Lotharingie.

Igitur in prima expeditione diversis nationibus Petrum quendam monachum sequentes et Ungariam attingentes, quibusdam seditionibus — — capti plurimi morte multati, pauci armis et rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant. Interea Godefridus dux Lotharingiae — — non modica instructis *Ekkeh. p.* 208.

cum[a] fratribus suis Baldewino et Eustacio *ibid. p.* 213.

iter per — — consedit obsidio. Post hec sociatis sibi in ea expeditione Hugone[b], fratre Phylippi regis Galliae, *ibid. p.* 208.

Reimundo comiti Sancti Egidii, Ruberto comiti Normanniae, Ruberto comiti Flandrensi[c], cum turmarum copiis, quibus preerant, multa — — dispersi erant. *ibid. p.* 211.

Legimus Iherosolime — — linguae periciam mitigavit. *ibid. p.* 216. *init.* — *p.* 218.

A. D. 1098. Heinricus imperator natale Domini Coloniae celebravit, in epyphania vero Aquisgrani filium — — cognovisse. Que[1] tamen turturina[d] nichilominus predita fide, secundos ultra detestabatur amplexus, ádeo ut post ablatum tantum corpori suo caput reliquum vitae suae tempus labori consecravit sexagesimi fructus. Legale illud — — ac statura procerus. *Ekkeh.* 1099.

A. D. 1099. Mortalitas — — Urbanus papa obiit. Hic super — — Paschalem appellans eum. *ibid.*

a*) 32, *et ita deinceps* 33. *etc. B* 1. a) c. f. s. B. et E. *des. C* 1 *infra.* = b) H. fr. Ph. r. Fr. *des. C* 1. c) Flandrensis *B* 1. d) tuturnina *B* 1.

1) Que — fructus *in Ekkehardi cod.* 1 *deleta; v. p.* 212 *n.* *.

De expeditione — — Lotharingiae.

Igitur in prima expeditione — — dispersi erant. Hic de militiae — — adicere. *Ekkeh. p.* 211. Nos autem laudemus — — videbatur mundus. *ibid. p.* 212. 213. Preterea signum — — exortos fuisse. *ibid. p.* 214. Hiis ergo intermissis, ad Godefridum ceterosque vere dominice militie [duces] revertamur[a], qui cum — — peritiam mitigavit. *ibid. p.* 215—218.

Hoc anno Cunradus — — appellans eum. *ibid. p.* 218.

Anno 1100. Sub Godefrido — — damno dilatavit. *ibid. p.* 218. 219.

Wigbertus Ravennensis — — nunquam suscepisse. *ibid. p.* 219.

Rex Wilhelmus de Anglia sagitta interfectus est in venatione; frater vero eius Heinricus dum vellet in eodem loco pro remedio animae eius monasterium construere, apparuit ei, et duo dracones eum ferentes, dicens sibi nichil prodesse, eo quod suis temporibus omnia destructa essent, quae sui antecessores in honorem Domini construxerant.

45. A. D. 1101. Cunradus rex — — honorificatas fuisse. Visus est — — testarentur. *Ekkeh. p.* 219—223.

46. A. D. 1102. Imperator Heinricus, habito — — ab ipsius se contineant iniquitate. Commissum est — — dimiserat. *Ekkeh.*

47. A. D. 1103. Heinricus imperator nativitatem — — voto ipso succendit. Kuno, filius Ottonis ducis, de magnis principibus unus, quorundam funestorum hominum conspiratione occiditur. Kuno — — ferebatur. Heinricus marchio — — obiit. *ibid.*

48. A. D. 1104. Heinricus imperator natale — — capite truncatus occubuit. Hoc anno circa solsticium estuale — — coniciebatur. *ibid.*

49. A. D. 1105. Dum imperator Heinricus natale — — circumquaque diffamavit. Baldewinus — — in orientis esset parte. *ibid.*

Anni Heinrici V.

A. d. inc. 1106.

Mediante Heinrico iuniore — — consulturum animae promisit. *Ekkeh.*

Hoc ordine Heinricus illius nominis quintus primum a patre, deinde[b] ab universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis[c] iuxta morem patrie sacramentis, regnare cepit 88.[d] loco ab Augusto, 50. patris sui anno, ab[e] Urbe vero condita 1858. anno, ab origine[f] mundi 5058[g], dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106. anno.

Recensio codd. B 1. *C* 2.

A. D. 1100. Hierosolima — — triumphavit. Wigbertus[h] — — suscepisse. *Ekkeh.* Rex Wilhelmus — — construxerunt.

A. D. 1101. Cunradus — — fuisse.

A. D. 1102. Imperator H. — — iniquitate.

A. D. 1103. Heinricus — — occiditur. Heinricus marchio — — obiit.

A. 1104. Heinricus — — coniciebatur.

A. D. 1105. Dum imperator — — diffamavit.

A. d. i. 1106. Mediante — — 1106. anno.

a) q. c. rev. *C* 1. b) dein *B* 1. c) a l. *B* 1. d) 87. C 1. e) ab — anno *des. C* 1. f) o. autem *B* 1. *C* 2. g) 6305. *B* 1. = h) Sigbertus *B* 1 *littera* S *minio post scripta, et ita C* 2.

Ekk. Delatis igitur coram rege cunctisque totius Germaniae optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis super ecclesiarum regni istius commaculatione diversa et inveterata, et econtra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus ad sanctam matrem Romanam ecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus, natalibus et elegantia seu divitiis precipui nullaque secundum Deum sive seculum veneratione indigni: a Lothoringia Bruno Trevirensis, a Saxonia Henricus Madeburgensis, a Francia Otto Bavenbergensis, a Baioaria Everhardus [a] Heistatensis, ab Allemania Gevehardus Constantiensis, a Burgundia Curiensis, nonnulli etiam nobiles de latere regis laicae professionis; idque inter cetera suscipiunt in mandatis, ut, si fieri possit, domni apostolici presentiam Cisalpinis partibus impetrent exhiberi.

a) Eurhardus *C* 1.

PARS SECUNDA

ex Annalibus Patherbrunnensibus sumta.

Recensio I. codd. A.

Verum Heinricus Magdeburgensis episcopus et Bruno 1106.
Trevirensis iter suum incaute disponentes, in Trendile[1] intercepti sunt, set non paulo post a captione soluti revertuntur.

Circa quadragesimam novum et tremendum in celo signum *Febr.* 6.
apparuit. Nam per continuas tres ebdomadas aut amplius versus occidentem stella oriebatur, radium latissimum ad instar solaris lampadis vespere occidentis emittens, et longam celi partem versus orientem hoc splendore illuminabat. Filius
imperatoris festum palmarum Coloniae, invitatus ab eiusdem *Mart.* 18.
sedis episcopo, agit. Inde Aquisgrani tendit, pascha apud *Mart.* 25.
Leodium acturus, ubi pater eius tunc temporis morabatur. Cumque Aquisgrani venisset, quosdam suorum principum premisit observare pontem, qui[a] trans Mosam flumen ducit ad oppidum Wegsaz[2]. Ibi Heinricus dux Lotharingiae filiusque eius Paganus et Godefridus de Namut venientes nilque timentes excipiunt, vulnerant, trucidant, fugant. Denique

---

Recensio II. codd. B. C.

monachi S. Pantaleonis.

[Verum[b] Heinricus[c] Madeburgensis episcopus et Bruno Trevirensis iter suum incaute disponentes, in Trendile intercepti sunt, sed non paulo post a captione soluti revertuntur].

Circa quadragesimam novum et tremendum in celo signum apparuit. Nam per continuas tres ebdomedas aut[d] amplius versus occidentem stella oriebatur, radium latissimum ad instar solaris lampadis vespere occidentis emittens, et longam celi partem versus orientem hoc splendore illuminabat. [Anno[e] Domini 1107.] Cometa apparuit. [Iterum[f] inter Heinricum imperatorum et Heinricum regem[g], filium eius, controversia oritur]. Qui[h] Heinricus rex festum palmarum Colonie agit, invitatus ab eiusdem sedis archiepiscopo. Inde Aquisgrani tendit, pascha apud Leodium acturus, ubi tunc pater eius morabatur. Cumque Aquisgrani[i] venisset, quosdam suorum principum premisit observare pontem, qui trans Mosam fluvium ducit ad oppidum Wegsaz. Ibi Heinricus dux Lotharingie et Paganus, filius eius, et Godefridus c o m e s de Namut venientes nilque timentes excipiunt, vulnerant, trucidant, fugant, u b i ad 200 equites dimerguntur et plures

a) que *A* 1. = b) *haec des. B* 1. *C* 2. c) Henricus *C* 1 *semper.* d) vel *C* 2. e) *ita solus C* 1. f) *haec des. C* 1. g) *deest C* 2. h) Filius imperatoris *C* 1 (*ut A*). i) Aquis *C* 1.

1) Trient. 2) Viset.

Recensio I. codd. A.

fugientes in flumine Mosa fere ad 200 equites merguntur. Inter quos periit Herimannus de Bocebach, filio regis accep-
Mart. 22. tus, pluresque ingenui capiuntur. Hec[a] in cena Domini acta sunt. His adversis regis filius turbatus, itinere quo
Mart. 25. venit redit, pascha Domini in Bunna prepositura celebrat. Imperator, sollempnitate pascali apud Leodium celebrata, Coloniam regreditur[1], urbem vallo et fossis munit.

Fridericus Halverstatensis sine officio episcopali revertitur. Generale concilium pape indicitur. Marchio Udo, provinciae strenuus defensor, Sclavorum terror, obiit. Burchardus Monasteriensis episcopus, coniurantibus adversus eum ecclesiae ministerialibus, annitente comite Westfaliae Friderico expellitur, capitur, ad imperatorem ducitur, in vincula conicitur.

Filius imperatoris, expeditione facta, Coloniam premit obsidione. Cumque per spacium mensis casso ibi labore detineretur, Aquisgranum adiit. Dux Heinricus Lotharingie metu venientis exercitus presidia sua Lindburg, Rifereschit[b. 2] ipse concremat. Luna obscurata est per aliquot horas noctis 15. Kal. Aug. Circa idem tempus imperator Leodii moratus, somnium relatu dignum vidit. Putabat enim se quasi in viridario proceris arboribus consito deambulare; quarum que eminentior videbatur ad terram corruens, unam arborum[c] oppressit et terrae secum prostravit. Deinde ceterae arbores paulatim lapse sunt. Quod postea rei exitus approbavit. Imperator enim non longo tempore interiecto octo diebus egrotans, nono moritur, et in ecclesia sancti Lamberti coram altari sanctae Mariae tumulatur. Quinto abhinc die comes Theodericus de Embike Aquisgrani moritur.

Recensio II. codd. B. C.

ingenui capiuntur. Hec in cena Domini facta sunt. Imperator de Leodio Coloniam regreditur, urbem vallo et fossis munit. Deinde Burchardus episcopus Monasterii a Coloniensibus apud Nussiam capitur, ad imperatorem ducitur, in vincula[d] conicitur.

Filius imperatoris, expeditione facta, Coloniam obsidione premit cum ingenti exercitu, ubi civibus viriliter repugnantibus, territus aufugit. Interim imperator Leodii moratus[e], parvo tempore egrotans[f] moritur, anno regni sui 50, imperii 23, et in aecclesia beati Lamberti ante altare sancte Marie tumulatur.

a) Hec — sunt *eadem manu in marg. add. A* 1. b) *littera* s *superscripta A* 1; Riferecheit *A* 2. c) arbor *A* 1. = d) d. vinculis *B* 1. *C* 2. e) regressus *B* 1. *C* 2. f) supervivens *B* 1. *C* 2.

1) *Imperatorem antea Coloniam venisse indeque Leodium profectum esse, Gobelinus tradit, qui Ann. Path. exscripsit; cf. Scheffer-Boichorst p.* 113.
2) *Limburg, Reifferscheidt.*

Recensio I. codd. A.

Comites Godefridus et Adolfus moriuntur. Episcopus Leodicensis filii imperatoris gratiam optinet, banno [1] solvitur, ab officio divino suspenditur. Heinricus dux Lotharingiae regi subditur, ducatu privatur, Uodoni Hildeneshiem episcopo commendatur. Godefridus comes Brabantiae dux Lotharingiae statuitur. Colonienses deditionem faciunt, insuper regi pro optinenda gratia sua 5000 marcarum solvunt. Imperator effoditur et versus Spire vehitur; papa super eo tumulando consulitur. Rex autem Heinricus Monasterium venit, Burchardum episcopum dudum eiectum sedi suae restituit. Dux Magnus Saxonum moritur; ducatus comiti Liudgero de Supelingeburg [a] simul [2] cum marchia commendatur. Heinricus dux de custodia fuga labitur.

Paschalis papa synodum in vico Warestal [3] agit, ad quam episcopi, duces, comites tam Italiae quam Germaniae conveniunt. Rubertus Herbipolensis et Lugdunensis episcopi in itinere moriuntur. Plures ibi episcopi Italiae damnantur, quidam anatematizantur. Patriarcha Aquileiae anathematizatur; Fridericus Halverstatensis, accusantibus eum ecclesiae canonicis, honore episcopali privatur. Similis sententia de Widelone Mindensi habetur. Leodicensis et Cameracensis anathematizantur.

Anno Domini 1107.

Adventus apostolici Mogontiam in natale Domini nunciatur, set asperitate et viae et temporis inpeditur. Rex vero nativitatem Domini Ratispone celebrat. Inde per Thuringiam ad Saxoniam vadit, Radinburg [4] et Bemelburg, presidia munitissima in Thuringia, propter latrocinia, que inde

Recensio II. codd. B. C.

Comites Theodericus, Godefridus et [b] Adolfus moriuntur. Heinricus dux Lotharingiae regi Heinrico V. subditur, ducatu privatur, Udoni Hyldinisheim episcopo commendatur. Comes Godefridus Brabancie dux Lotaringie statuitur. Colonienses dedicionem faciunt, mediante duce Bertolfo Karintie. Imperator effoditur et versus Spiram vehitur; papa super eo tumulando consulitur. Dux Magnus Saxonum moritur; ducatus comiti Lothario de Supelingeburg simul cum marchia commendatur. Heinricus dux de custodia fuga labitur.

2. Anno Domini 1107.

Controversia inter regem Heinricum et apostolicum Pa-

a) Superlingebrug *A* 1. = b) *deest B* 1. *C* 2.

1) *Cuius in his annalibus mentio nulla fit.* 2) simul cum marchia *desunt in Ann. Hildesh. De hoc loco v. quae dixi VG. VII, p.* 68 *n.* 1. 3) *Guastalla.* 4) Radelburch *Ann. S. Nomina corrupta esse, sine causa censet Sch.-B.*

Recensio I. codd. A.

in finitimos exercebantur, cremari precepit. Festum puri-
Febr. 2. ficationis sancte Marie Quintilinburg agit. Ibi legatos regis Franciae pro mutuo colloquio accipit. Inde Merseburg[a], postea Goslariam adiit, omnibus super causa sua eum pulsantibus regio more iudicans. Reinhardum Halverstatensi ecclesiae prefecit. Marcwardus Corbiensis abbas moritur; cui rex Erkenbertum Merseburgensem abbatem adveniens substituit. Inde Patherburim veniens, Westfaliam transmeat,
Apr. 7. Coloniae festum palmarum agit, Mogontiae pascha celebrat.
Apr. 14. Generalis synodus pape omnibus episcopis apud Trecas indicitur. Rex, collectis principibus quam plurimis, versus papam tendit, in itinere pleraque castella capit, Claremonz[1] et Brieth[2] finitimos depredantia in deditionem accepit. Legati regis, Bruno Treverensis episcopus, Otto Bavenbergensis episcopus, Herlevo Herbipolensis episcopus, Bertholdus dux Sueviae[3], comes Herimannus, comes Wigbertus, papam Catalaunis adeunt, omnem ei obedientiam salvo regni honore ex parte regis exhibentes. Papa regi remandat, nil ab eo se nisi que ad honorem aecclesiae pertinent exigere. Rex regreditur, infecto colloquio, super quo rex Franciae legatos sibi direxit. Domnus papa copioso episcoporum et[b] abbatum aliorumque catholicorum conventu synodum apud
Mai. 23. Trecas tractat[c]. Ibi causae, super qua ipse et rex conventuri erant, inducias ad Romanam sedem ponit, ut super ea canonice agatur. Ibi Ruthardus Mogontiae archiepiscopus ab officio divino suspenditur, eo quod Udonem Hildenesheimensem sine ecclesiae consensu restituit, et quia Reinhardum contra iura canonum Halverstatensi ecclesiae ordinavit. Gevehardus Constantiensis similiter, quia his consensit qui Godescalcum Mindensi ecclesie loco episcopi intruserunt, et quia Heinricum Magadeburgensi ecclesiae temerarie ordinavit, ab officio suspenditur. Coloniensis episcopus Fridericus cum suis suffraganeis ab officio divino suspenditur, quia huic sanctae synodo se subtraxerat. Omnibus ibi ecclesiis apostolicus libertatem suam[d], ut ex precepto canonum

Recensio II. codd. B. C.

schalem de investitura. Generalis synodus pape omnibus episcopis apud Trecas indicitur, ubi Fridericus Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis a divino officio suspenditur, eo quod se huic

a) Meresbrug *A* 1. b) et *superscr.* *A* 1. c) trectat *corr.* tractat *A* 1. d) *deest A. Hild., Ann. S.*

1) *Clermont en Argonne.* 2) *Fortasse Briey. SCH.-B.* 3) *de Zaringon, qui non Sueviae ducatum tenebat.*

Recensio I. codd. A.

prelatos sibi eligant quos dignos viderint, restituit. Peracta sinodo, papa Romam regreditur ibique honorifice excipitur. Rex vero itinere quo venit rediit, pentecosten apud Argen- *Iun.* 2.
tinam civitatem celebrat. Adalgozum[a] Magadeburg episcopum constituit. Idemque in episcopum contra papae edictum ordinatur. Apostolicus enim apud Trecas banno confirmavit, ut nemo investituram neque ecclesiasticam dignitatem a laicali manu susciperet, quoadusque questio hec inter eum et regem synodaliter terminaretur.

Rex in Saxoniam vadit, expeditionem in Boemiam ducturus ad comprimendam seditionem duorum cognatorum, qui pro ducatu Boemiae contendebant. Quorum alter audito regis adventu perterritus abiit, alter vero Merseburg ad regem venit, pro ducatu Boemiae 5000 marcarum offerens regi. Quem rex acceptis obsidibus ducem Boemiae Goslariae constituit[1]. Circa festum nativitatis sancte Marie summo *Sept.* 1.
mane, rege in secretario Gosleriensis aulae dormiente, repente tonitrus veniens parietem qui erat ad caput regii lecti concussit, aliquot clavos de regis clipeo excussit gladiumque, quem rex ad latus suum collocavit, in acumine ambussit, ita ut vagina illesa permaneret. Rex vero expergefactus exilivit et ad milites cubicularios pervenit.

Rubertus comes Flandriae Cameracum occupat et obtinet; ad cuius temeritatem reprimendam rex collecto exercitu usque Duacum, urbem satis munitam, venit ipsumque in Duaco obsidet, regionem adiacentem preda, flammis vastat. Tandem Rubertus viribus diffidens deditionem facit, Cameracum reddit, factoque iuramento homo regis efficitur, advocaciam Cameraci a rege in beneficium accipit.

Recensio II. codd. B. C.

sancte synodo subtraxerit. Ibi apostolicus banno confirmavit, ut nemo investituram neque ecclesiasticam dignitatem a laicali manu susciperet[b], quousque questio hec[c] inter eum et regem sinodaliter terminaretur.

Circa festum nativitatis sancte Mariae summo mane rege in Gosleriensi aula dormiente, repente tonitrus veniens parietem qui erat ad capud lecti eius concussit, inde[2] vi fulminis aliquot clavos de clippeo regis excussit gladiumque[d], quem rex ad latus collocavit, in acuminę ambussit; ipse rex territus foras exilivit.

Rex collecto exercitu contra Rubertum[e] comitem Flandrie, iam de Ierosolimis reversum, tendit.

a) Adalgorum *A* 1. = b) s. m. *B* 1. *C* 2. c) *post add. B* 1. d) et gladium *post add. C* 2. e) Rob. *C* 1.

1) *Cf. Cosmas III, c.* 19 *sqq., qui res aliter narrat.* 2) inde vi fulminis *postea interpolata esse crediderim.*

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1108.

Rex festum natalis Domini Aquisgrani celebrat, pascha
Apr. 5. Mogontiae. Frater regis Ungarici Almus nomine ad regem venit, a fratre suo se propulsum conquerens et regem pro sui restitutione inplorans. Inde rex, collecto exercitu, pro restituendo Almo Ungariam invadit.

Anno Domini 1109.

Rex natalem Domini Mogontiae celebrat. Comes Sifridus palatinus, quod in partem regis male sentiret, accusatus, custodiae a rege deputatur. Rothardus archiepiscopus Mogontiae obiit. Eclipsis solis facta est 2. Kal. Iunii. Fridericus Coloniae archiepiscopus, Bruno Treveris archiepiscopus, cancellarius[1], Herimannus de Wincenburg[a] aliique principes satis clari Romam vadunt[2], inter domnum apostolicum et regem concordiam facturi. Domnus apostolicus omni paternitate, omni mansuetudine eum se excepturum spondet, si ipse se ut regem catholicum, ut ecclesiae filium et defensorem, ut iusticiae amatorem sanctae Romanae sedi exhiberet.

Anno Domini 1110.

Rex natalem Domini Bavenberg celebrat.

Synodus gloriosa Nonas Martii in Lateranensi ecclesia presidente domno papa Paschali celebratur, presentibus plurimis episcopis et abbatibus, ubi omnium communi consensu hec capitula edita sunt[3]: *Apostolorum canonibus statutum est, ut omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat et ea velut Deo contemplante dispenset. Item in Antiocheno concilio statutum est, ut que sunt ecclesie sub omni sollicitudine et conscientia bona et fide non ficta, que in Deum est, conserventur; que etiam dispensanda*[b] *sunt, iuditio et potestate pontificis dispensentur, cui commissus est populus et animae, quae intra ecclesiam congregantur. Item beatus Stephanus martir scribit: 'Laici, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus*[c] *aliquid disponendi legitur umquam attributa facultas, neque deinceps*

Recensio II. codd. B. C.

4. Anno Domini 1109.

Eclypsis solis facta ęst 2. Kal. Iunii.

5. Anno Domini 1110.

Synodus gloriosa Romae presidente domno apostolico celebratur, presentibus plurimis episcopis et abbatibus, ubi multa[d] utilia trac-

a) Wirciburg *A* 1. b) dispensa *A* 1. c) ta *superscr.* *A* 1. — d) plurima *B* 1. *C* 2.

1) *Adalbertus.* 2) cum pompa non parva *add. Ann. Hild.* 3) *Cf. Mansi, Conc. XXI,* 7.

Recensio I. codd. A.

fieri permittimus, set omnino interdicentes prohibemus'. Si quis principum vel aliorum laicorum dispositionem seu donationem rerum sive possessionum[a] *ecclesiarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Clerici vero seu monachi, qui eas per potestatem illorum susceperint, excommunicationi subiciantur. Sunt preterea quidam, qui vel violentia vel favore non permittunt ecclesias*[b] *regulariter ordinari; hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicandos. Qui vero ecclesias eorum violentia vel potestativo favore susceperint, excommunicationi subiciantur. Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores et fratrum necatores ab aecclesia excludantur.* Illud etiam repetitum et confirmatum est, quod in Trecensi concilio de investituris promulgatum est, quod ita se habet: *Constitutiones*[1] *patrum.* Predicti legati Leodium ad regem veniunt, responsum domni apostolici referentes, ea tantum que canonici et ecclesiastici iuris sunt domnum apostolicum exigere, de his vero que regii iuris sunt domino regi se nichil imminuere. Ibi apud Leodium dominus rex Anglici regis filiam honorifice ut regem decet sponsam suscepit. Godefridus[2] dux Lotharingiae gratiam regis ob novae interventum reginae promeruit. Rex festum paschae apud Traiectum peragit. Ibi ex iussu regis capite quidam truncatur, quia in necem eiusdem loci episcopi Cunradi consensit. Ibi rex sponsam suam regio more dotavit. Hec eadem in festo sancti Iacobi apostoli in reginam Mogon- *Iul. 25.*
tiae ab archiepiscopo Friderico Coloniae consecratur. Expeditio in Italiam ab universis occidentis principibus Traiecti collaudatur.

Circa 5. Nonas[c] Iunii stella adulta iam nocte apparuit, radios admodum longos versus austrum de se effundens. Eclipsis lunae facta est 2. Nonas Mai.

Recensio II. codd. B. C.

tata sunt. Rex apud Leodium sponsam suscepit, Heinrici regis Anglorum filiam. Inde Traiectum venit, ubi ex eius iussu quidam capite truncatur, qui in necem Cunradi episcopi consensisse arguebatur. Ibi rex sponsam suam dotavit; quam postea Fridericus Coloniensis pontifex Mogontie in reginam consecravit.

Cometa apparuit. Eclypsis lune facta est [2.[d] Non. Feb.].

a) possessionem *A* 1; p. e. *des. A* 2. b) eccl'asias *A* 1. c) *haec diei nota emendanda est.* = d) *haec des. B* 1. *C* 2.

1) *Mansi l. l.:* Constitutiones sanctorum canonum sequentes statuimus, ut, quicumque clericorum ab hac hora investituram ecclesiasticae dignitatis de manu laicali acciperet et qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat et communione privetur. 2) *De Heinrico Limburgensi cogitandum esse, putavit Sch.-B.*

Recensio I. codd. A.

Sclavi regionem Albianorum irrumpunt, multisque occisis et captis, redeunt. Occiditur ibi comes Godefridus de Hammenburg[a]. Inde dux Saxoniae Liutgerus[b] permotus, terram Sclavorum hostiliter invadit, regionem predabundus perambulat, novem urbes munitiores et opulentiores capit, obsidibusque ab ipsis acceptis, victor redit.

Aug. 15. Circa assumptionem sancte Marie rex regio apparatu Italiam ingreditur. Omnes civitates munitae, omnia castella regi subduntur. Novaria civitas clara propter quorundam rebellionem diruitur.

Anno Domini 1111.

Rex natalem Domini apud Florentiam celebrat. Quo peracto, 2. Idus Februarii Romae ab apostolico honorifice excipitur. Datis autem utrimque obsidibus, in aecclesia beati Petri considunt[c], super negotiis ecclesiasticis tractaturi. Obsidum autem qui tradebantur ex parte regis precipuus erat Heinricus, frater Friderici comitis Westfaliae, vir militaris. Dum hec aguntur, factione quorundam, quibus omnia paci et concordiae potiora erant, tumultus in gradibus ecclesiae beati Petri oritur, vulnerantur plures, quidam trucidantur. Quod cum auribus regis innotuisset, concilium disturbatur; apostolicus cum cardinalibus regie custodiae deputatur, Romani trans pontem ultra Tyberim diffugiunt. Eadem nocte tota civitas Lateranensis tumultu bellico concutitur. Orto mane erectis signis Lateranenses unanimiter regem ex inproviso invadunt; cubicularii vero regis arma corripiunt, multitudini viriliter resistunt. Rex vero et acies sua iam adaucta, que in primis rara erat, venientes audacter invadit, occursantes multos obtruncat, ceteros fugat. Plenaque victoria potitus, abducto[d] secum apostolico cum cardinalibus, versus Albam[e] civitatem tendit, castra in campis urbi adiacentibus figit, ubi per totam quadragesimam moratur. Interim Rotgerus dux Apuliae et Boamundus, frater eius, Normannorum

---

Recensio II. codd. B. C.

6. Anno Domini 1111.

R e x R o m a m v e n i e n s, ab apostolico honorificę suscipitur. U b i c u m datis utrimque pacis obsidibus consed i s s e n t, super negociis ecclesiasticis tractaturi, factione quorumdam tumultus r e p e n t i n u s a R o m a n i s e x c i t a t u r, et in tantum rex angustiatur, ut pene iam fugam iniret, nisi Coloniensis archiepiscopus cum valida manu succurrisset et Romanos inaudita cede confectos fugere compulisset. Potitus ergo victoria, p a p a m abduxit; s e d p o s t m o d u m

a) *ita A 2*; Hammenbrug *A 1*. b) *ita A 2*; Lotharius *A 1 cum Ann. Hild.* c) *ita A 1. 2.* d) adducto *A 1*. e) Albani *A 1*.

Recensio I. codd. A.

maximus, Antiochiae subiugator, Turcorum et Sarracenorum victor, moriuntur. His ita gestis, regis optimates quidam, communicato consilio, papam, qui adhuc in regia custodia detinebatur, adeunt, monent, orant, ut super regis negotio mitius tractet, iniuriae, si quam adversus regem habeat, obliviscatur, fedus cum rege ineat; regis sibi fidelitatem et obedientiam proponunt; omni modo sollicitant, ut que pacis et concordiae sunt cum primoribus regni disponere dignetur. Rex ipse pedibus eius humiliter profusus, veniam postulat, obedientiam sibi spondet, dummodo ei in regia potestate iure antecessorum suorum, catholicorum regum, uti concedat. Sicque sepius domnum papam, ut animi rigorem aliquantisper temperaret, attemptavit. Tandem Dei gratia aderat, que et domnum apostolicum a sententia pristina permutavit, et domnum regem, si quid in apostolicum deliquit, ex corde penituit. Itaque rex domnum apostolicum honorifice Romam redire permisit. Domnus vero apostolicus Romanis, ut pacem et concordiam cum rege habeant, persuadet, cum cardinalibus ceterisque personis ad tale negotium dignis de consecratione eiusdem tractat. Statuta autem die, Idus Aprilis, *Apr. 13.*
in aecclesia beati Petri, cooperantibus episcopis ad hoc opus constitutis, presentibus Romanae ecclesiae cardinalibus, Theutonicis episcopis assistentibus, coram regni principibus regem cum magna gloria in imperatorem consecrat. Cum autem clerus missarum sollempnia festive usque in eum locum, quo populus fidelium communicare solet, perageret, domnus apostolicus, dato silentio, regem his verbis alloquitur: 'Hoc corpus domini nostri Ihesu Christi, natum ex Maria virgine, pro salute generis humani passum et crucifixum, sit[a] confirmatio verae pacis et concordie[b] inter me et te'. Et communicantes, invicem osculati sunt. Tantis vero sollemniis decenter peractis, imperator domnum apostolicum regiis muneribus donat, et — ne longius sermone protracto fastidium lectoribus

---

Recensio II. codd. B. C.

invicem concordantes, Romam redeunt, pacatisque Romanis, rex ab apostolico in imperatorem consecratur; cui inter communicandum cum osculo pacis confirmande[c] tradidit privilegium; quod postea, eo recedente, iussit vocari pravilegium, omnes in parte eius sentientes excommunicans, Rome synodo habita contra eum 125 episcoporum[1].

a) fit *A* 1. b) et concordie *superscr.* *A* 1. = c) *deest* *C* 2.

1) *Haec ad Annales S. Albani referenda esse, statuit Sch.-B.*, *p.* 21 *n.* *Sed potius Rosenfeldenses Schum p.* 101. *indicavit, fortasse cum illis coniunctos.*

Recensio I. codd. A.

generetur — imperator a domno apostolico tamquam filius
Mai 21. a patre salutatur, dimittitur. Pentecosten Veronae celebrat;
Aug. 7. 7. Idus Augusti cum frequentissimo episcoporum aliorumque principum conventu patrem suum regio more Spire sepelit.
Aug. 15. In assumptione sancte Marie apud Mogontiam Adelbertus[a], omnium cancellariorum qui ante eum fuerant in aula regis celeberrimus, presente rege et consentiente, unanimi ecclesie electione Mogontinus archiepiscopus constituitur.

Seditio inter ducem Liutgerum[b] et marchionem Rudolfum oritur; set ante natale Domini coram imperatore Goslariae pacificantur. Palatinus comes Sigifridus solutus, honori suo restituitur.

Anno Domini 1112.

Imperator natalem Domini Goslariae celebrat. Eistatiensis episcopus Evirhardus[b*] Quintilinburg[c] obiit.

Dissensio ducis Liutgeri[d] et marchionis Rudolfi cum imperatore. Inde imperator commotus, principum sententia utrique damnantur. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, marchia Helprico. Imperator Saltquidele obsidet; ipsi vero non longe, cum imperatore pugnaturi, cum exercitu manent. Set misericordia Dei omnis illa bellorum rabies dissipatur. Predicti principes gratiam imperatoris obtinent, honoribus suis restituuntur.

Adelbertus[a], dudum Mogontinus[e] constitutus episcopus, regiae custodiae mancipatur. Godescalcus Mindensis episcopus obiit.

Anno Domini 1113.

Imperator natalem Domini Erpesford[f] celebrat. Otto locupletissimus comes de Sudvene[1] obiit. Wigbertus ab

---

Recensio II. codd. B. C.

7. Anno Domini 1112.

Dissensio ducis Lotharii[g] et marchionis Rudolfi cum imperatore.

Coniuratio Coloniae facta ęst[h] pro libertate.

Werra[2] inter imperatorem et principes Saxonie, in qua Wibertus et Sigefridus palatinus comes eius perdunt gratiam, et[i] Wibertus quidem capitur et regi offertur, et Sigefridus vulneratur, ex quo postea moritur. Cometa apparuit.

8. Anno Domini 1113.

Imperator expedicionem super Fresones[k] fęcit, ubi Colonienses, qui inter alios huic[l] expeditioni intererant, fraude

a) Albertus *A* 1. b) Lotharium *A* 1. b*) Everh. *A* 2. c) Quidelinkeburg *A* 2. d) Lotharii *A* 1. e) Mogontinis *A* 1. f) Erpesfrod *A* 1. = g) Lotharingici *C* 1. h) facta est Colon̄ *C* 2. i) *deest* *C* 1. k) Fris. *C* 2. l) huic expeditioni *des.* *C* 2, *ubi* aderant.

1) *Zütphen.* 2) *Haec ad Ann. Rosenfeld. referenda esse, recte Schum p.* 101. *statuisse videtur; cf. Scheffer-Boichorst p.* 21.

Recensio I. codd. A.

amicis imperatoris capitur. Sifridus palatinus comes occiditur. Imperator Wormatiae pascha celebrat; eo adducitur Moguntinus episcopus; Triveles[a] imperatori reddit; denuo custodiae mancipatur. Widelo episcopus Mindensis restituitur[1].

Anno Domini 1114.

Imperator natalem Domini Bavenberg celebrat. Altera die post epiphaniam, collectis totius regni principibus, nuptias *Ian. 7.* filiae regis Anglici ingenti cum gloria consummat. Ibi Lothowicus, qui se putabat bene in gratia regis[b] esse, iussu eius conprehenditur et custodiae mancipatur. Que res multos principum contra regem exacuit.

Dissensio episcopi Coloniensis Friderici et ducis de Lovene Godefridi et comitis Westfalie Friderici fratrisque sui Heinrici et Theoderici de Are et Heinrici de Sudvene et Heinrici de Lindburg[c]. Contra quos imperator exercitum

---

Recensio II. codd. A. B.

ipsius imperatoris a Fresonibus[d] circumventi, interventu ducis Saxonum evaserunt.

Otto locupletissimus comes de Sutvene[e] obiit.

9. Anno Domini 1114.

Imperator memor iniuriarum suarum in Colonienses, et illam florentissimam tocius Gallie et Germanie civitatem, toto etiam orbi famosissimam, aut extenuare aut obfuscarę toto conatu deliberans, adunato grandi exercitu Alamannorum, Baioariorum et[f] Saxonum cum duce suo Lothario, Divitense[g. 2] castrum obsidere et evertere venit, ut, in illo presidio collocato, commeatus navium a Coloniensibus arceret. Cuius rei nuntium cum Colonienses accepissent, coacto in unum delecte iuventutis copioso apparatu, cum valida manu sagittariorum Renum transmeant, et aciebus ordinatis, virili exspectatione imperatoris impetum excipere non dubitant. Quorum audaciam imperator considerans, accepto suorum consilio, bellum usque ad vesperum[h] satagit protraherę, ut quasi tedio affęctis illorum acies attenuarentur, et sic facilius vincerentur. Interim equites utrimque quasi ad spectaculum in campo mutuo coequitantes exercebantur, sed grandine sagittarum[i] densissimo a parte Coloniensium supervolitante, aut vulnerabantur adversarii[k] aut interficiebantur. Erat autem in exercitu imperatoris quedam [barbara[l]] legio, que

a) Thripeles *A* 2. b) Dei *A* 2; imperatoris *A. Hild.* c) Linbrug *A* 1. = d) Fris. *C* 2. e) Sutvenne *C* 2. f) B. Saxonum etiam *C* 1. g) Duutense *B* 1. h) vesperam *C* 2. i) densissima sag. *C* 1. k) a. interf. adversarii *C* 2. l) *deest B* 1. *C* 2.

1) *Cf. supra a.* 1106. 2) *Deutz.*

Recensio I. codd. A.

ductans, episcopatum Coloniensem[a] et omnem circa regionem preda, flammis vastat. Gulike[b. 1] presidium satis munitum diruit. Cum autem reverteretur, Colonienses irruunt in eum, viriliter quidem, sed inutiliter. Capti enim sunt ibi ex eorum melioribus comes Gerardus[c] de Gulike[1], Lambertus[d] de Mulenarke; Evirhardus[e] de Gandernol[2], vir militaris, occiditur.
Aug. 6. Gumbertus abbas Patherburnensis[f] obiit 8.* Idus Augusti. Interea episcopus Coloniensis predictique principes Andernacum[g], Sincike ceteraque regiae possessionis destruunt, pleraque municipia capiunt, regiones Theoderici[3] et Gerhardi[4] vastant, Trothmunde[h. 5] flamma et preda diripiunt. Simili modo imperatoris amici vicem eis[i] reddunt. Circa

*) 13. Kal. Aug. *A* 2.

Recensio II. codd. B. C.

loricis corneis ferro inpenetrabilibus utebatur, quas dum captande aure gratia exuissent — estus quippe erat —, continuo sagittis excepti, ad sex in momento sunt extincti[k]. Verum imperator, loco non cedentibus adversariis, sed immobiliter persistentibus, satius arbitratur campo cedere quam male pugnare, et illa nocte inter munimenta plaustrorum se continens, sequenti die versus Veronam[6] et Iuliacum, presidia Coloniensium, cum exercitu properat, preda, flammis et rapinis omnia vastat. Unde reversum Fridericus archiepiscopus, Godefridus dux Lotharingie, Heinricus [de[l] Lintburg, dux quondam Lotharingie, Henricus] comes de Sutven[m], Theodericus comes de Are excipiunt, viriliter quidem, sed infeliciter. Capti sunt enim[n] ibi ex eorum melioribus comes Gerhardus de Iuliaco, Lambertus de Mulinharc[o]; Everhardus[p] de Gandernol, vir militaris, occisus. Superveniente[7] autem Friderico comite Westfaliae[q] et fratre eius Heinrico cum[r] valida acie, imperator bello avertitur, et insequentibus adversariis vix fuga labitur. Tercio post hinc bello in campis Anturnacensium, 9 miliaribus a Colonia distantibus, valido apparatu congrediuntur, ubi Colonienses, sicut solebant, victores efficiuntur. Congregato namque plurimo tam pedestris quam equestris agminis[s]

a) Coloniense *A* 1. b) Guke *A* 2. c) Gerath *A* 2. d) Lanbrech *A* 2. e) Everhard *A* 2. f) Paterbrug *A* 1; Patherburg *A* 2. g) Aril'onacum *A* 2. h) Trochm. *A* 1; Trohm., *infra* Throhm. *A* 2. i) vicenies *A* 1. = k) occisi *C* 2. l) *haec des. B* 1. *C* 2, *incuria scriptoris;* Limtb. *C* 1. m) Sudven *C* 1; Suven *corr.* Sutven *C* 2. n) i. e. *C* 1. o) Mulenharc *C* 1. p) Everherdus *C* 2. q) Wisfalie *C* 2. r) *deest B* 1. *C* 2. s) acminis *eadem manu suppl. B* 1; maximo comitatu *C* 2.

1) *Iülich.* 2) *Fortasse Randerath legendum esse, suspicatus est Sch.-B.* 3) *Clivensis.* 4) *Gelrensis.* 5) *Dortmund. Quaedam hoc loco omissa esse, statuit Sch.-B. p.* 193. 6) *Bonnam.* 7) Superveniente — labitur *ex Ann. Patherb. sumta esse, statuit Sch.-B. p.* 34 *n.* 1.

Recensio I. codd. A.

festum sancti Mauricii imperator, coadunato Bawariorum, *Sept. 22.* Suevorum, Francorum, Thuringorum exercitu, Westfaliam invadit; amici sicut inimici iuxta habentur; Susacienses pecunia non parva impetum eius mitigant. Provincia Westfaliae concrematur. Commissum est prelium inter Colonienses et amicos regis, ubi Colonienses superiores existunt melioresque quosque hostium aut occidunt aut capiunt. Imperator Trothmunde[a] munit, ubi et presidium collocat. Post hec regreditur. Udo Hildenesheimensis episcopus obiit. Predicti principes, imperatoris inimici, in episcopatu Monasterii rapinis, incendiis rursus deseviunt.

Recensio II. codd. B. C.

comitatu, Saxonum videlicet, Francorum, Alemannorum, Bawariorum, Burgundiorum[b] quoque fortissimo equitatu, imperator per suos duces pugnaturus, cum intolerabili multitudine Anturnacum venit, ipse quidem bello[c] abstinens et non longe eventum pugnae operiens. Aderant et Coloniensium bellicosissime[d] aciȩs longe satis impari copia, sed non impari virtutȩ et audacia, ductoribus Friderico ducȩ et archiepiscopo suo, Heinrico quondam duce Lotharingiae, Theoderico[e] comite de Arȩ, Heinrico comite de Kesle et aliis eque militaribus viris, bello adprime assuetis. In prima acie Heinricus dux cum parva manu ingentem armatorum copiam incurrens, tanta oppressus multitudine castris sȩ recepit. Deinde cum horrisono tubarum strepitu uterque exercitus grandi animositate congreditur, et diu anceps bellum agitur. Tandem Coloniensium lectissima iuventus efferata [in[f] hostem] aut vincere[g] aut mori deliberat, et gravissima cedȩ debachata, adversarios fugerȩ coartat. Ibi Theodericus comes, miles fortissimus, magna pars victoriae, totus cum suis hostibus instans, more leonis circumquaque strages inmensas operatur; plures ingenui et militares trucidantur et capiuntur; inter quos et Bertolfus dux Karinthiorum, imperatori fidissimus, captus[h], ipsius comitis Theoderici[i] custodie mancipatur. Nullus preterea principalium virorum ex parte[k] Coloniensium aut captus refertur aut occisus preter Heinricum comitem de Kesle, virum egregium, qui per fraudem suorum, equorum pedibus suffocatus, Colonie iuxta ecclesiam maiorem beati Petri honorifice tumulatus[l] ȩst.

a) Trochm. *A* 1; Throhm. *A* 2; *cf. p.* 54 *n.* h. = b) Burgundionum *C* 2. c) *deest C* 2. d) bellicossime *C* 1; bellocissime *C* 2. e) Teod. *B* 1. f) *des. B* 1. *C* 2. g) aut m. aut v. *C* 2. h) est et *add. C* 2. i) *deest C* 2. k) ex parte *des. C* 2. l) tumulatur *C* 1.

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1115.

Imperator natalem Domini Goslarie celebrat. Duci Liutgero[a], episcopo Halverstatensi[b], palatino comiti Friderico, marchioni Rudolfo, ut curiae huic intersint, edicit. Non veniunt. In presidio Walbike interim[c] commorantur. Gumberto abbate[1] mortuo, successit Hamako. Bruninchus[d] Hildenesheimensi ecclesiae preficitur episcopus. Imperator Brunesvich occupat, Halverstat[e] devastat. Orlagemunden obsidione ab amicis eius vallatur. Contra quos dux Liutgerus[f] et principes predicti, adiunctis sibi Friderico comite Westfaliae, Heinrico, fratre eius, Henrico de Lintburg, Herimanno de Calvelage, tendunt. Imperator vero haut segniter eis in loco qui dicitur Welpesholt occurrit, ibique 3. Idus Februarii acriter cum eo congrediuntur et victoria plena potiuntur. Occiditur ibi ex parte regis Hagerus[2], vir fortis, et Cunradus[g] de Merigon[3] multique alii.

Teodericus sancte Romanae ecclesiae cardinalis presbyter cum frequenti Saxoniae principum conventu Goslariam venit[4] et quedam de ecclesiasticis negotiis utilia disseruit.

Sub eodem tempore domnus imperator Mogontiam venit, cum subito eiusdem urbis familia, tam nobiles quam ministeriales, ipsum adeunt, orant, ad omne servicium suum fidelissimos se ammodo promittunt, dum episcopum, quem iam triennio captum detinuit, eis reddat. Tandem precibus eorum victus, tum etiam quasi vi pro temporis articulo coactus, episcopum eis reddidit, et, quod regni primates non poterant, Mogontiacensium hoc conventicula in brevi obtinuit.

Anno Domini 1116.

In nativitate Domini non pauci de regni principibus

Recensio II. codd. B. C.

10. Anno Domini 1115.

Imperator Bruneswich ad iniuriam Lotharii ducis Saxonum occupat et Halverstat devastat. Contra quem idem dux cum Saxonibus, adiuncto sibi Friderico archiepiscopo cum Coloniensibus, Friderico comite Westfalie[h] cum Heinrico, fratre eius, Heinrico de Limburg[i], Herimanno de Calvelage, properat in loco qui dicitur Welpishold; ubi commisso certamine, imperator terga vertit, et plenam victoriam principes assecuntur.

Sub eodem tempore imperator Mogontiam venit; ubi episcopum loci iam triennio captum vi coactus civibus reddidit[k].

11. Anno Domini 1116.

In nativitate Domini multi principes Colonie conveniunt Theoderici

a) Lothario *A* 1. b) Halverstensi *A* 1. c) *deest A* 1. d) Brunnic *A* 2. e) *deest A* 2. f) Lotharius *A* 1. g) Cunrat *A* 2. = h) Wisfalie *C* 2. i) Lintburg *C* 1; Limbur *C* 2. k) reddit *C* 1.

1) *Patherbrunnensi; v. supra p.* 54. 2) *Hoyer de Mansfeld.* 3) *Mehringen? Sch.-B.* 4) in nativitate sanctae Mariae *Ann. Hild.*

Recensio I. codd. A.

Coloniae conveniunt predicti cardinalis Theoderici consilio, cuius fama iam per regnum celebris habebatur, de ecclesiae rebus dispusituri. Set idem cardinalis in itinere morte preoccupatus, Suelme[1] non sine lacrimis horum qui aderant obiit. Corpus eius humandum Colonie deportatur. Magna aeris inequalitas facta est.

Anno Domini 1117.

In octava sancti Iohannis euangelistae late per orbem terra terribili et inaudito hactenus terre motu concutitur; maxime vero in Italia minax hoc[a] per multos dies continue desevit, adeo ut montium collisione et subversione Edisii[b. 2] fluvii meatus per aliquot dies obstrueretur. Verona[c], civitas Italiae nobilissima, edificiis concussis, multis quoque mortalibus obrutis, corruit. Similiter in Parma et in Venetia aliisque urbibus, oppidis et castellis non pauca hominum milia interierunt. Unstrot fluvius, alvei sui profundo scisso, ex toto absortus est terre motu. Repleto autem ipso hiatu, licet post multa horarum spacia, solito fluebat lapsu. *Ian. 3.*

Dux Alsaciae Fridericus cum Mogontinis acriter dimicat. Occiditur ibi comes Emico, Folcholdus[d] de Malesburg[e. 3] capitur. Rursum ante natalem Domini occurrunt. Ibi ex parte ducis vulgi multitudo plurima perimitur. Gertrudis marchisa nobilissima et potentissima obiit. Paucis ante natale Domini diebus caelum post solis occasum rubeo colore late resplenduit, nec longe post radius quasi solis late emicuit. Luna quoque prodigiale intuentibus signum edidit.

Anno Domini 1118.

Domnus papa Paschalis feliciter ad Dominum migravit. Successor ei[f] eligitur Iohannes, ipsius antea cancellarius, qui

---

Recensio II. codd. B. C.

cardinalis consilio[g], cuius fama iam per regnum celebris habebatur, de aecclesiae rebus tractaturi. Sed idem cardinalis in itinere moritur, et corpus eius humandum Colonie deportatur[h]. Magna inequalitas aeris facta ęst.

12. Anno Domini 1117.

In octava sancti Iohannis euangelistae terre motus[i] maximus late per orbem plurima aedificia subruit[k]. In Ytalia sane tantum desevit, ut Verona sive Berna, civitas nobilis, eodem concussa, oppressis multis mortalibus, corrueret[l]. Similiter in aliis Ytalie urbibus pluręs interięrunt.

13. Anno Domini 1118.

Domnus Paschalis obiit; cui succęssor eligitur Iohannes, ipsius antea cancellarius, qui et Gelasius secundus dictus est.

a) hoc periculum *Ann. Hild.* b) Edise *A* 2. c) *superscr.* Berna *A* 1; V. Berna *A* 2. d) Folchot *A* 2. e) *littera* r *superscr. A* 1. f) eius *A* 1. = g) *deest B* 1. *C* 2. h) deportatum est *B* 1. *C* 2. i) fit *in marg. add. C* 2. k) corruere *C* 2. l) corruit *C* 1; corruere *B* 1. *C* 2.

1) *Schwelm.* 2) *Etsch.* 3) *Malsburg.*

Recensio I. codd. A.

et Gelasius dictus est. Imperator vero alium subrogat, Bracarensem scilicet episcopum, quem etiam Gregorium vocant. Quo facto, Iohannes electus apostolicus Beneventum secedit; imperatorem cum idolo suo — hoc enim nomine quem ipse substituit vocatus est — omnesque huic parti consentientes excommunicavit. Burchardus Monasteriensis episcopus Constantinopolim ab imperatore directus, in itinere quo rediit mortuus est[a].

Cuono[b] Prenestinus episcopus a domno Paschali missus, et eo mortuo, a successore suo, quem diximus, Gelasio ad officium sibi iniunctum per episcopum Vivariensem[c], virum litteris apprime[c*] eruditum, corroboratus, Coloniam venit, ibique synodum, convenientibus ad eum Saxoniae episcopis, celebrat.

Baldwinus[d] rex Iherosolimitanus moritur post multos pro christiana religione labores et iuxta fratrem suum Godefridum sepelitur. Iherosolimitani alium Baldwinum, nepotem suum, in locum eius substituunt.

Anno Domini 1119.

Domnus apostolicus Gelasius synodum in Francia celebraturus, apud Cluniacum moritur ibique sepelitur. Cui archiepiscopus Viennae, vir religiosus, succedit, Calixtus nomine.

Iun. 24. Imperator et principes regni in festo sancti Iohannis baptistae locuturi conveniunt et in concordiam redeunt, ita tamen, ut omnis causa, que hactenus ecclesiam disturbaverat et inter eos discordiae fomitem ministraverat, usque in pre-

Recensio II. codd. B. C.

Cuno[e] Prenestinus episcopus a domno Paschali missus, et ęo mortuo, a successore suo, quem diximus, Gelasio ad officium sibi iniunctum[f] per episcopum Vivariensem[g], virum litteris adprime eruditum, corroboratus, Coloniam venit[h], ibique, ad eum convenientibus Saxonie episcopis, synodum celebravit. Balduinus[i] rex Iherosolimitanus, frater Godefridi[k], moritur et iuxta eundem fratrem suum[l] sepelitur; cui alius Balduinus[m] de Burg subrogatur.

14. Anno Domini 1119.

Domnus apostolicus Gelasius synodum in Francia celębraturus, apud Cluniacum moritur ibique[n] sepelitur; cui archiepiscopus Vienne succedit, et vocatur Calixtus secundus. Ipse[o] papa synodum Remis in festo sancti Lucae cęlębrat; ubi imperator anathematizatur.

a) *deest A* 1. b) Cůnno *A* 2. c) Iuvariensem *A* 1? c*) aprime *A* 1. d) *littera* B *iam erasa A* 1. = e) Kuno *B* 1. *C* 2. f) s. iunctum *C* 2; o. sanctum *e corr. B* 1. g) ariensem ordinatus *in rasura B* 1, *ubi post* adprime *spatium duorum verborum deletorum usque ad* roboratus, *et manu recentiore add.:* auctoritatis patrem *B* 1. h) *deest B* 1, *qui aliis deletis manu rec. pergit:* multis clericis e. c. Wormacie syn. i) alduinus *iam manu rec. B* 1. k) mitanus frater Godefridi *manu rec. B* 1 l) *scriptura codicis B* 1 *evanescente, manus recentior* in sepulchrum suum *scripsit.* m) Balduui | *C* 2. n) et *B* 1 *manu rec.* o) Hic *B* 1. *manu rec.*

Recensio I. codd. A.

sentiam domni apostolici Calixti differretur ibique determinaretur.

Calixtus papa synodum Remis circa festum sancti Luce celebrat. Imperator non longe cum suis consistit, auditurus super synodalibus decretis [1], sicut in superiori principum conventu laudatum fuerat. Imperator anathematizatur, unde maior controversia recrescit. *Oct. 18.*

Imperator a Coloniensibus honorifice excipitur, episcopo absente; unde episcopus divinum officium Coloniensibus interdicit [2].

Anno Domini 1120.

Imperator natalem Domini Monasterii [3] celebrat.* Principes circa festum omnium sanctorum conveniunt, omnesque in concordiam cum imperatore redeunt [4]. Archiepiscopus Mogontiae cum aliquot episcopis restitit. Fridericus palatinus comes, vir bonae memorie, obiit. Castellum comitis Friderici Rudenberg [5] quidam ex hostibus eius ex insidiis occupant. *Nov. 1.*

Anno Domini 1121.

Dux Lotharius [a] **, comes Herimannus de Winceburg [b] numerosa et forti manu Monasterium vadunt [c] pro restituendo episcopo Theoderico. In qua restitutione incaute sancti Pauli templum, nobiliter constructum, incendio conflagravit [d]

*) *A* 1 *manu saec. XIII. ex. in marg. add.:* Hic cepit ordo Premonstratensis anno secundo Calixti pape, 26. Henrici quinti.

**) et comites de Cappenberg, Godefridus et Otto *add. A* 2, *qui pergit:* comes quoque.

Recensio II. codd. B. C.

Imperator a Coloniensibus honorificę excipitur [e], absente episcopo; unde episcopus divinum officium eis [f] interdicit.

15. Anno Domini 1120.

Terremotus factus est.

Principes cum imperatore in concordiam redeunt. Fridericus palatinus comes obiit.

16. Anno Domini 1121.

Domnus Herimannus, bonae memoriae abbas, postquam prefuit 40 annis, obiit, et successit Rudolfus.

a) *ita h. l. A* 1. 2. b) Wincenberg *A* 2. c) adeunt *A* 2. d) conflagrant *Ann. Hild.* = e) suscipitur *C* 2. f) ipsis *C* 1; eis (*del.*) d. o. i. *C* 2.

1) *Cf. Hessonis relationem, SS. XII, p.* 410 *sqq.* 2) divinum officium in civitate fieri prohibuimus. *Epist. Friderici archiepiscopi, Jaffé, Bibl. III, p.* 392. *Haec num ex Ann. Patherb. sumta sint, dubito.* 3) Wormaciae *Ekkehardus.* 4) *Haec dubiae fidei esse, Sch.-B. p.* 138. *monuit.* 5) *Rudenberg prope Arnsberg?*

Recensio I. codd. A.

cum omni fere[a] urbis loco[1]. Predictus dux omnes fere urbis defensores, tam nobiles quam ministeriales, captos abducit.*

Sept. 29. Circa festum sancti Mychahelis in sede episcopali Wirciburg[b] imperator et totius regni principes conveniunt et, misericordia Dei opitulante, in concordiam redeunt, iudicio et consilio domni apostolici causam regis determinandam reservantes[2].

Anno Domini 1122.

Mai. 14. Imperator festum pentecosten apud Traiectum celebrat. Ibique orta seditio inter armigeros de re modica, uti sepe fit, usque ad milites armatos pervenit, eóque excrevit, ut imperatoris amici episcopum cum suis intra monasterium fugere compellerent, plerosque caperent, aliquos etiam trucidarent. Ipse vero episcopus in monasterio captus et imperatori presentatus, custodiae regiae deputatur; a qua non longo tempore interiecto fuga elapsus solvitur[3]. Omnia hec machinatione cuiusdam Gisilberti, qui episcopum infestabat, acta esse aiebant. Imperator Falkenburg[c, 4], castrum comitis Gozwini, captum diruit.

Sept. 1. Circa festum sancte Marie[5] Spire[6] conventus principum fit. Ibi episcopus Hostiensis, vir religiosus, sanctae Romanae ecclesiae legatus, consulto domno apostolico Calixto, imperatorem banno absolvit. Imperator vero, ut ecclesiasticae iusticiae satisfaceret, investituras aecclesiasticarum dignitatum sancto Petro remisit, ita dumtaxat, ut, libera electione precedente et canonum gravitate conservata, impe-

*) *A 2 add.:* Porro comites Capenberg, qui huius facti videbantur auctores, penitencia ducti, seculo renunciaverunt, Capenberg castrum in claustrum commutaverunt, centum et quinque ministeriales copiose inbeneficiatos cum prediis multis sancto Paulo apostolo donaverunt.

Recensio II. codd. B. C.

17. Anno Domini 1122.

Fridericus [Coloniensis[d]] archiepiscopus cum Coloniensibus Carpene[e] castellum imperatoris obsidens, cepit et diruit.

Circa festum sancte Mariae Spire conventus principum fit; ubi Hostiensis episcopus, sanctae Romanae aecclesiae legatus, consulente apostolico Calixto, imperatorem banno absolvit. Imperator econtra

a) pene *A 2.* b) Werteburg *A 2.* c) r *superscr. A 1.* = d) *deest C 1.* e) Kerpene *alia manu s. XIII. superscriptum B 1; et ita C 2.*

1) *De tempore v. Sch.-B. p.* 194. 2) *Cf. LL. II, p.* 74. 3) *Aliter Ekkehardus a.* 1123. *rem narrat.* 4) *Cf. Anselmi cont. Sigeb., SS. VI, p.* 373. 5) *S. Mariae nativ.* 6) *Wormatiae.*

Recensio I. codd. A.

rialis auctoritas quod sui iuris est in constituendis episcopis sive abbatibus vel abbatissis non amitteret; et si in constituendis his dignitatibus discordia, ut sepe fit, oboriretur, imperialis potestas consilio horum quibus sanior mens est contrairet et eos qui rectum conturbarent reprimeret.

Bertholfus dux de Zeringon assultum incaute ad villam Mollesheim[1] faciens, occiditur, iuvenis egregius, imperatori fidissimus.

Anno Domini 1123.

Imperator circa[a] pentecosten ad fines occidentis descendit; Sculenburg[2] ad iniuriam episcopi Traiectensis Godebaldi obsidet. Dux Saxoniae Lotharius[b], episcopus Dietericus[c] Monasteriensis[d], ut predictum castrum ab obsidione solverent, contra imperatorem rapta acie vadunt et non longe ab invicem fixis castris considunt. Palus interiacens, ne congrederentur, eos detinuit. Tandem predictus dux motis castris super Daventere irruit, hoc modo sperans imperatorem ab obsidione discessurum et pugnandi sibi locum fieri. Quidam vero de Monasteriensis episcopi parte quasi predabundi villam predictam invadunt, vallum transcendunt, propugnacula magna ex parte diruunt; villani vero, prout ipsa res monebat, fortiter resistendo eos repellunt, sicque aliquot amissis, in campo proximo considunt. Quo audito, imperator castrum deserit, Daventeri auxilium laturus tendit; castellani ab obsidione solvuntur. Dux vero castellanis vires reparat, ipsum castrum victualibus replet. His actis, voti sui compos remeat. *Iun. 3.*

Imperator Wigberto marchiam in Misne tradit. Dux Lotharius[b] in eandem marchiam Cuonradum de Witen ducit et collocat. Quo facto, cum Adelberto[e] de Ballenstide usque ad Ilburg procedit, eorumque consensu qui in utrisque marchiis primates erant ambo marchias singulas regendas susci-

---

Recensio II. codd. B. C.

investituras aecclesiasticarum dignitatum beato Petro remisit, ita dumtaxat, ut[f], libera electione precedente, imperialis dignitas quod suum est in constituendis episcopis, abbatibus vel abbatissis non amitteret[g].

Bertolfus[h] dux de Zaringon assultum ad villam Mollesheim[i] incaute faciens occiditur, iuvenis[k] egregius, imperatori fidissimus.

18. Anno Domini 1123.

Gerhardus[l] abbas efficitur.

a) *h. l. vocabulum unum erasum est A 1, nihil tamen excidit.* b) *ita A 1. 2.* c) *h. l. nomen* Dietericus *fere erasum est A 1; deest A 2.* d) Monasterii *A 2.* e) Alberto *A 1.* = f) *deest C 2.* g) variaret *B 1 manu rec.* h) Gertolfus *littera* G *miniata B 1.* i) Molleseheim *C 1;* Mollenheim *B 1 manu rec.* k) vir vere *B 1 manu rec.* l) Gehardus *C 1;* Geh'dus *C 2.*

1) *Molsheim prope Strassburg.* 2) *Schulenburg.*

Recensio I. codd. A.

piunt. Wicbertus vero, auxiliantibus ei archiepiscopo Mogontino et duce Boemiae, duci Liutgero[a] congressurus venit, set quasi fugiens rediit. Dux vero Boemiae, multis amissis, in terram suam abiit. Dux autem Lotharius Libuze[1] obsidione vallat, acceptoque obside filio Heinrici Cum-capite, qui castello preerat, victor, uti semper consuevit, redit.

Anno Domini 1124.

Wormacienses quosdam infra urbem obtruncant, inponentes eis imperatorem factione eorum gravem et adversum eis effectum; unde imperator commotus munitionem in Nuehuson[2] ad nocendum eis edificat. Quam ipsi, arrepto tempore, soluta scilicet custodia, diruunt. Imperator vero, causa eum provocante, Wormatiam obsidet plerosque ex eis meliores capit, obtruncat. Tandem longa obsidione coacti deditionem faciunt, bina marcarum milia ei persolvunt. Episcopus Bucco, quem ipsi ob imperatoris contemptum receperunt, iterum expellitur.

Magnae molis grando cecidit 9. Kal. Aug. Eclipsis solis facta est 3. Idus Aug. Maxima fames accidit. Calixtus papa obiit; cui Honorius successit. Fridericus comes de Arnesberg obiit.

Anno Domini 1125.

Imperator Traiecti infra ebdomadam pentecosten obiit; corpus eius Spire humandum deportatur. In festo sancti
Aug. 24. Bartholomei apostoli omnes totius imperii principes Mogontiae conveniunt. Ibi episcopi, duces, marchiones, comites omnes unanimiter ducem Saxoniae Lotharium in regem eli-

---

Recensio II. codd. B. C.

19. Anno Domini 1124.

Magne molis grando cecidit[b] 9. Kal. Augusti. Eclipsis solis[c] facta est 3. Idus Augusti. Magna fames et[d] hiemps asperrima. Renus congelatur. Kalixtus papa obiit; cui Honorius succedit[e]. Fridericus comes de Arnesberg obiit.

Heinricus imperator Traiecti infra ebdomedam[f] pęntecostes obiit; corpus eius Spire humandum[g] deportatur.

Anni Lotharii.

Primus[h] annus. Anno dominice incarnationis 1125, ab Urbę autem condita 1876, annis ab originę mundi 5087[i], Lotharius dux Saxonum bellicosissimus et victoriosissimus[k],

a) Lothario *A* = 1. b) cadit *B* 1 *manu rec.* c) solaris est visa Idus *B* 1 *manu rec.* d) ingens estus asperrimum bellum consecutum est *B* 1 *manu rec.*, *et* R. c. *post in marg. add.* e) successit *C* 2; *B* 1 *aliis deletis manu rec.:* Kalixtus schismaticos et hereticos omnes, qui suo tempore invalescebant, coegit, obiit. Heinricus *etc.* f) ebdomadam *C* 1 g) h. Sp. d. *C* 2. h) P. a. *des. C* 2. i) 6324. *B* 1. *C* 2. k) victoriosus *C* 1.

1) *Lebus.* 2) *Neuhausen prope Wormatiam.*

Recensio I. codd. A.

gunt, virum iam inde ab adolescentia in bellis experientissimum et victoriis frequentissimum. Quocumque enim se verterat, speciali quodam fato quo Iulius Cesar usus[a], vicit; et quoniam ecclesiae studiosus defensor erat, 89. loco ab Augusto rex effectus, Coloniae ab eiusdem sedis archiepiscopo Friderico in regem una cum domna Rikenza, coniuge sua, consecratur. Radespone regio more excipitur. Rebus ibi rite dispositis, remeat.*

Anni Lotharii.

Anno Domini 1126.

Natalem Domini apud Argentinam celebrat. Fridericus dux Alsaciae nova quedam contra regem molitus[b], principum iudicio dampnatur. Rex ad patriam regreditur. Rotgerus Parthenopolitane urbis episcopus obiit; cui Norbertus successit.

Apud Corbeiam Wisura, glacię quasi obice eam repellente, inundando totam urbis aream occupat, pavimentum ecclesiae preciosi martyris[c] Viti more stagni contegit, set paulo post, opitulante eodem sancto, sine periculo ad solitum meatum redit. Preterea multis aliis in locis diversarum regionum magni terrores seu pericula ex nimia aquarum inundatione contigerunt.

Frequens principum conventus Goslariae rege presente fit. Expeditio post pentecosten contra ducem Fridericum ab omnibus collaudatur.

Rex, rapta acie admodum parva, in Boemiam pro restituendo Ottone, qui iniuste honore predictae provinciae privatum se querebatur, tendit, incaute quidem. Tria enim milia, non plus, secum assumpsit; hostium vero 20 milia aut amplius erant. Ducenti vero expeditiores regem precedebant, ad precidendas indagines silvae, que Boemiam a Saxonia disterminat, dispositi. Cumque hi per invia et abrupta silvae

*) *A 1 add.:* Anno Domini 1099. (?) Fridericus comes de[d] Arnesberg obiit, qui contra comites de Capenberg diu dimicaverat. Tandem cum eis in concordiam redierat, data maiori fratri Godefrido filia sua in coniugium.

Recensio II. codd. B. C.

89.[e] loco ab Augusto, ab[f] omnibus in regem eligitur, et Coloniae ab archiepiscopo Friderico cum coniuge sua domina Richeza consecratur, regnavitque[g] annis 13.

2. Anno Domini 1126.

Fridericus dux Alsatiae nova quedam contra regem molitus[h], principum iudicio dampnatur.

a) usu *A* 1. 2. b) molitur *A* 1? c) matyris *A* 1. d) der *A* 2. — e) 88. *post corr.* 89. *C* 2. f) ab omnibus *des. C* 2. g) que *deest C* 1. h) molitur *B* 1. *C* 2.

Recensio I. codd. A.

quasi repentes laborarent, tum[a] nivium magnitudine, tum indaginum incisione fatigati, hostium insidiis ex inproviso circumveniuntur. Obtruncantur ibi plerique terrae meliores, viri fortes et nobiles, domi militiaque clari. Quibus si in plano congrediendi copia esset, profecto, quantae virtutis essent, posteris innotuisset. Cadunt tamen non ut ignavi aut fugientes. Nemo ibi averso vultu, quod signum est fugientis, set adverso corruit. Quem quisque locum vivendo optinuit, eum moriendo non amisit. Hostium strages magna fuit. Otto quoque, cuius supra mentionem fecimus, inter hostium cadavera confertissima exanimis repertus est. Marchio Adelbertus[b], egregiae indolis iuvenis et militaris, capitur. Quo audito, rex atrocior in hostem concitatus et ut leo efferatus, pugnae se preparat, omnia experiri[c] malens quam turpi fuga sibique insolita vite consulere, et[d], ut de Iulio scriptum est[1]:

Ire[e] vel in clades properat, dum gaudia turbet.

Wotheiricus[f] vero — nam id nomen erat ei qui Boemiam obtinuit —, audita regis constantia de adversis casibus nil tremefacti, expavit, supplices ad regem legatos destinat. Tandem adductus coram rege, prosternitur. Denique gratia regis vix inpetrata, homo regis efficitur, ámodo se regi subditum et fidelem fore iuramento confirmat, captivos reddere repromittit, provinciam in beneficium accipit. His actis, rex admodum tristis super fortissimorum militum interitu regreditur.

Rex expeditionem movet super Fridericum ducem[g] Alsaciae; set eo in munitiora terrae suae sese recipiente, rex infecto negotio redit. Heinricus dux Baioariae et uxor eius Wilfhilt[h], filia ducis Saxonum Magni, obierunt.

Treveris apud Sanctum Eucharium reperitur corpus sancti Mathiae apostoli subtus altare Iohannis baptistae. Quo digne locato, deinceps ab omni populo Theutonico maxima devotione colitur.

Recensio II. codd. B. C.

Treveris[i] apud Sanctum Eucharium reperitur corpus sancti Mathiae apostoli subtus altare sancti Iohannis baptystae.

Heinricus dux Baioarie obiit.

a) tunc *A* 1. 2. b) Albertus *A* 1. c) experire *A* 1; experte quam *A* 2. d) velut *A* 2. e) Ire — clades *des. spatio vacante A* 2. f) Wothericus *A* 2. g) comitem Alsacie *A* 2; Alsaziae *A* 1. h) Wilf'ihlt *A* 1. = i) Trevera *C* 1.

1) *Lucan. Bell. Civ. VI*, 284.

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1127.

Rex natalem Domini Coloniae celebrat, absente episcopo; epyphaniam vero Aquisgrani. Ibi temerarius tumultus coram *Ian. 6.* rege exoritur, sed moderatione eius adnullatur. Theodericus episcopus[1] pridie Kal. Marcii obiit. Karolus comes *Febr. 28.* Flandriae et Willehelmus comes Burgundiae a suis crudeliter interimuntur, Karolus quidem in ecclesia in oratione prostratus, Wilhelmus vero noctu in cubiculo suo. Quidam nefarius homo Gissilbertus dictus, qui dominum suum episcopum Traiectensem et ecclesias Dei sub eo positas superioribus annis sepius infestabat[2], conprehensus iussu regis capitalem sententiam accepit[a. 3]. Rex Norinberg urbem munitissimam obsidione premit[b]; set nil relatu dignum actum est ibi. Heinricus Patherburnensis[c] obiit; cui Bernardus[d] successit. Godeboldus[e] Traiectensis obiit; cui Andreas Leodiensis prepositus successit.

Anno Domini 1128.

Rex natalem Domini Wirciburg celebrat. Ibi sinistro rumore percellitur, scilicet Cunradum[f], fratrem Friderici ducis Alsaciae[g], regium nomen usurpasse. Hac de causa Magadeburgensis[h] et Mogontinus archiepiscopi simulque plures alii qui tunc aderant episcopi eundem Cunradum excommunicaverunt, et postea eadem excommunicatio a domno apostolico confirmatur[i]. Circa festum sancti Iohannis baptiste *Iun. 24.*

Recensio II. codd. B. C.

3. Anno Domini 1127.

Rex natalem Domini Coloniae cęlębrat, absentę episcopo; epyphaniam vero Domini Aquisgrani. Ibi temerarius tumultus coram rege exoritur[k], sed moderacione ęius[l] adnullatur.

Karolus comęs Flandriae et Wilhelmus[m] comes Burgundiae a suis crudeliter occiduntur, Karolus quidem in oratione prostratus in aecclesia, Wilhelmus[m] vero noctę in cubiculo suo. Quidam nefarius homo Gisilbertus[n], qui dominum suum ępiscopum Traiectensem[o] et aecclesias Dei sub eo positas superioribus annis sepius infestabat, conprehensus iussu regis capitalem[p] sentenciam accępit.

4. Anno Domini 1128.

Rex natalem Domini[q] Wirziburg celebrat[r]; ubi sinistro rumore percellitur, scilicet Cunradum, fratrem Friderici ducis Alsatiae, regium nomen usurpasse. Hac de causa Magadeburgensis[s] et Mogontinus ępi-

a) accipit *A* 2. b) vallat *A*1. c) Partherb. *A* 1; Spatherb. *A* 2. d) Berhardus *A* 2. e) Godebol *A* 2. f) C. sc. *A* 1. g) Alsaziae *A* 1 *semper*. h) Magadeburg *A* 1. i) confirmata est *A* 1. = k) oritur *B* 1. *C* 2. l) illius *C* 2. m) Willelmus *C* 2. n) Ge *B* 1 *manu rec.* o) Traictensem *B* 1 *manu rec.* p) capitis *B* 1 *manu rec.* q) *deest C* 2; nativitatem *B* 1 *manu rec.* r) celebrat, Gelasius *B* 1 *manu rec.* s) Magab' *B* 1. *C* 1. 2.

1) *Monasteriensis.* 2) *V. a.* 1122. 3) *Cf. Ann. S. Disibodi a.* 1129, *SS. XVI, p.* 24.

Recensio I. codd. A.

expeditio regis contra Cunradum invasorem regni, obseditque urbem Spire, in qua ille invasor suum[a] presidium, expulso episcopo, collocavit. Acceptisque rex obsidibus cum iura-
Nov. 11. mento multorum nobilium, discessit circa festum sancti Martini.

Anno Domini 1129.

Rex natalem Domini Wormatie celebrat[b]. Ibi Gerhardus de Gellere[b*] absens accusatus ab Herimanno de Calvelage male in parte regis sensisse, inducias se expurgandi accepit.
Febr. 2. Rex festum purificationis sanctae Mariae Coloniae[1] celebrat, absente episcopo, quia tunc, sicut et[b] duobus superioribus annis, inimicicias exercebat contra regem. Ibi predictus Gerardus absque ulla conditione se in potestatem regis tradit; mille marcas pro eius liberatione et gratia regis inpetranda sui spondent.

In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus subito capilli circa capita multis ardere ceperunt.

Mai. 16. 17. Kal. Iunii frequens[b] conventus principum fit apud Corbeiam, presente etiam rege; ubi Fridericus Coloniensis archiepiscopus interventu principum regi reconciliatur. Post festum pentecosten rex Liutgerus[c] urbem Spire iterum obsidione circumdat, quia fidem, quam superiori anno spoponderant, et iuramentum, quod iuraverant, infregerunt.

Anno Domini 1130.

Rex natalem Domini cum multa frequentia principum circa urbem Spire in tentoriis celebrat. Tandem Spirenses, videntes constantiam regis, famę[b] insuper et bellis coacti,

Recensio II. codd. B. C.

scopi et alii plurės eundem Cunradum excommunicavęrunt, et postea eadem excommunicatio a domno apostolico confirmatur. Contra quem rex veniens Spiram, in qua illę suum presidium[d], expulso ępiscopo, collocavęrat, obsedit, sed[e] acceptis obsidibus, discęssit.

5. Anno Domini 1129.

Rex purificationęm sancte Mariae Coloniae cęlebrat, absentę episcopo, quia tunc[f], sicut et[g] duobus superioribus annis, inimicicias exercebat contra regem.

In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus subito capilli circa capita multis[g] ardere coeperunt.

Ipso tempore Fridericus Coloniensis[h] archiepiscopus regi reconciliatur.

6. Anno Domini 1130.

Rex Lotharius Spiram obsidens, civibus fame victis, urbem capit.

a) *deest A* 1. b) *deest A* 2. b*) Gellire *A* 2. c) Lotharius *A* 1, *et ita infra.* = d) p. s. *B* 1. *C* 2. e) et *C* 2. f) *deest B* 1. *C* 2. g) *deest C* 2. h) a. Col. *C* 2.

2) *Hac die Eltenae fuit; v. Sch.-B. p.* 152.

Recensio I. codd. A.

sese una cum urbe deditioni regis tradiderunt in natali sanc- *Dec. 28.*
torum Innocentum. Coniux ducis Friderici, que civibus ad
solacium a duce infra urbem relicta fuerat, fame et nuditate
acriter afflicta, a rege Liutgero regalibus donis liberaliter[a]
ditata, cum suis discessit. Rex autem cum suis ingressus,
epyphaniam Domini infra urbem coronatus celebrat. Tre- *Ian. 6.*
verensis episcopus contra regem sentiens, eo inconsulto Romam tendit, regis causam apud domnum apostolicum disturbare. Set in ipso itinere a Cuonrado, cui favebat, emulo regis, miro Dei iudicio capitur et in vincula conicitur ibique in captivitate moritur.

Honorius papa obiit; cui Innocentius successit. Post cuius constitutionem aliquot elapsis diebus, quidam Petrus, qui et Anacletus, filius Petrileonis[b], qui papatum multis retro temporibus affectaverat, militari manu papa substituitur, annitentibus quibusdam cardinalibus timore magis quam voluntariȩ.

Rex pascha Goslariae[1] celebrat, pentecosten vero Quide- *Mart. 30.*
lingeburg. Quidam principes inter se dissidentes ibi in con- *Mai. 18.*
cordiam redeunt. Norinberg, urbem munitissimam, quam superiori anno obsederat, rex in deditionem accepit. Burchardus de Lucca, amicus regis, in cimiterio ecclesie[c] occiditur, iussu ut dicitur Herimanni comitis de Winceburg[d]; unde rex non minima affectus animi tristicia, scilicet tam de interitu amici quam de perpetrata iniusticia, predictum castrum[2] obsidione circumdat.

Recensio II. codd. B. C.

Honorius papa obiit[e]; cui Innocentius secundus succedit, [qui[f] et[g] Gregorius].

Eodem tempore constituitur[h] et alius, Petrus, filius Petrileonis[i], et[k] Anacletus secundus vocatur. Hac dissensione Innocentius Roma[l] expulsus, ad regem in Gallia se contulit, et[m] ipso annuente vices apostolicas his[n] in partibus sibi vendicavit. Ceterum ex illa parte Alpium omnes[o] Anacleto favebant. Verum Innocentius[p] regis et optimatum regni corroboratus[q] auxilio, ex hac parte Alpium quatuor annis agens, concilia congregavit, decreta statuit, episcopos ordinavit, et omnia que iuris apostolici erant[r] libere ȩgit.

a) *deest A 1.* b) Peterleonis *A 1.* c) *deest A 1.* d) Wirceburg *A 1*; Wurczeburg *A 2.* = e) efficitur *B 1 man. rec.* f) *haec des. C 1.* g) qui m̄ Gr. *B 1 man. rec.* h) tempore astruitur ei *B 1 man. rec.* i) f. Chilionis *B 1 man. rec.* k) *deest B 1*; sec. *man. rec.* l) hinc *B 1 man. rec.* m) *deest B 1.* n) in p. hiis *C 2.* o) *deest C 2.* p) Noc. *B 1 man. rec.* q) conboratus *B 1 man. rec.* r) *deest C 1.*

1) *Ann. Magdeb., SS. XVI, p.* 183: Bavenberch. 2) *sc. Winceburg.*

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1131.

Rex natalem Domini[a] Ganderesheim[b] celebrat. Herimannus comes, diffidens rebus suis, sese una cum predicto castro potestati regis tradit[1]. Quem rex custodiae deputat, castrum vero solo tenus everti imperat. Dominica ante
Mart. 22. mediam quadragesimam, scilicet 11. Kal. Aprilis, celeberrimus conventus principum fit Leodii, domno apostolico Innocentio et rege Lothario presentibus, ubi multa tam de aecclesiasticis negociis quam de regni utilitatibus provide ordinata sunt. Ibi Halverstadensis episcopus Otto nomine, qui ab Honorio papa quorundam factione episcopali officio degradatus erat, interventu regis et principum officii sui plenam
Apr. 19. restitutionem ab apostolico promeruit. Rex pascha Treveris celebrat. Urbs[c] Traiectensis tota cum omnibus ecclesiis ibidem constructis incendio conflagravit. Similiter et in aliis pluribus locis multa incendia tam aecclesiarum quam aliarum edium facta memorantur. Fridericus dux Alsaciae depredationes aecclesiarum facit; contra quem rex expedi-
Iun. 7. tionem[d] movet circa pentecosten. Set duce locum pugne non dante, rex pleraque castella eius capit et destruit. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Bruno successit.

Rex, expeditione mota contra Danos, eos ad deditionem coegit; pro cuius gratia impetranda 4 milia marcarum persolvunt. Simili modo super rebellantes Sclavos irruit eosque[e] subiugavit.

Anno Domini 1132.

Rex natalem Domini Coloniae celebrat. Ibi Monasteriensis episcopus Ecbertus infirmatus obiit, reportatusque ad sedem suam honorifice tumulatur; cui Wernerus successit.

Recensio II. codd. B. C.

7. Anno Domini 1131.

Dominica ante mediam quadragesimam 11. Kal. Aprilis celeberrimus conventus principum fit Leodii, domno apostolico[f] Innocentio et rege Lothario presentibus. Urbs Traiectensis tota cum omnibus ecclesiis ibi constructis incendio conflagravit. Similiter et in aliis pluribus locis multa incendia facta sunt. Domnus Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit.

Rex Lotharius expedicionem super Danos et Sclavos movit eosque subegit.

8. Anno Domini 1132.

Rex natale Domini Coloniae celebrat, in cuius presentia gravissime partes fiunt utriusque ordinis, cleri scilicet et populi,

a) *deest A* 1. b) Gandereshim *A* 2. c) r *superscr. A* 1. d) c. p. e. m. *A* 2. e) que *deest A* 2. = f) I. ap. *B* 1. *C* 2.

1) *d.* 31. *Dec. Ann. Erphesf., SS. VI, p.* 538.

Recensio I. codd. A.

Eclipsis lunae facta est 5. Nonas Martii. Vehementissima vis ventorum innumera edificia subruit. Elevatio corporis domni Godehardi Hildenesheimensis episcopi; ubi Domini cooperante gratia plurima sanitatum dona infirmis prestantur. *Mart. 3.*

Circa festum assumptionis sancte Mariae profectio regis in Italiam pro consecratione sua ab apostolico apud Romam in cesarem. In quo itinere cum ad urbem Augustanam venisset, eam pacifice ingressus est; set quorundam civium factione seditio contra[a] socios regis exorta est, et hac de causa repentino igne, ut in tali tumultu fieri solet, civitas fere tota conflagravit, et multi tam gladio interfecti quam igne suffocati sunt. *Aug. 15.*

Anno Domini 1133.

Rex natalem Domini in Longobardia apud villam Medicinam dictam celebrat. Per Italiam pleraque munita loca sibi resistentia capit. Tandem 2. Kal. Mai. Romam cum *Apr. 30.* summo favore ingreditur ibique 2. Nonas Iunii, que tunc *Iun. 4.* dies[b] dominica exstitit, Lateranis in basilica sancti Iohannis baptiste a domno apostolico Innocentio in cesarem consecratur. Bernardus Patherburnensis episcopus, qui tunc cum rege aderat, usum rationalis in celebrationibus missarum[c] constitutis temporibus et in consecrationibus aecclesiarum seu ordinationibus aecclesiasticorum graduum in proprio tantum epi-

---

Recensio II. codd. B. C.

in electione domini Godefridi Santensis prepositi, presidentibus tribus cardinalibus, sancte Romanae ecclesie legatis, Wilhelmo[d] scilicet[e] Prenestino episcopo, Widone, qui Innocentio Romae successit, et Iohanne Cremensi ępiscopo. Tandem iudicio regis et principum et ipsorum cardinalium ad unanimitatem ecclesia perducitur, et[f] saniori consilio, Godefrido cessante, domnus Bruno, prepositus Sancti Gereonis, Coloniensi cathedrae intronizatur. Interim dum hec agenda tractantur, Ekbertus[g] Monasteriensis ępiscopus, primum decanus maioris aecclesiae beati[h] Petri Coloniensis, qui huic concilio intererat, ibidem infirmatus moritur, reportatusque ad sedem suam, tumulatur; cui Wernerus successit.

Vehementissima vis ventorum innumera edificia subruit. Ipso anno elevatum est corpus sancti Godehardi.

9. Anno Domini 1133.

Rex Romam proficiscitur ad restituendum Innocentium sedi apostolice. Transiens ergo[i] per Ytaliam, pleraque munita loca[k] sibi resistencia capit, tandemque 2.[l] Kal. Mai Romam summo

a) *vocabulum erasum A 1, sed nihil deest.* b) *deest A 1.* c) m. c. t. et in c. *des. A 2.* = d) Willelmo *C 2.* e) *deest C 2.* f) atque *B 1 man. rec.* g) Egbertus *C 1.* h) sancti *C 1.* i) autem *C 2.* k) *deest B 1. C 2.* l) pridie *C 2.*

Recensio I. codd. A.

scopatu sibi suisque successoribus a predicto apostolico Innocentio promeruit[1]. Post hec in reditu cum rex cum suis ad quendam locum venisset, qui propter situs angustiam Clus[2] quasi preclusus vocatur — quippe ex una parte excelsissimo[a] monte adiacente, ex altera parte profundissimo flumine currente, via in medio quatuor seu quinque itinerantium spacio patente —, et cum ibidem transitus regi ab incolis negaretur, ipse miro eventu et perspicuo Dei auxilio eundem locum celeriter irrumpendo, fugatis hostibus, cum suis pertransiit, et urbem in supercilio ipsius excelsissimi montis positam repentino assultu cepit, et principem eiusdem urbis, auctorem huius rebellionis, secum captivum abduxit.

Duo circuli, maior et minor, circa solem apparuerunt
Iun. 26. 6. Kal. Iulii circa horam terciam; minor circulus ambiens principale templum Paterburnensis sedis et maior circumdans ipsam civitatem, ut ibidem consistentibus videbatur. Ipsa die hora nona ipsum principale templum cum omni fere civitate, proh dolor! incendio[b] conflagravit.

Aug. 2. Eclipsis* solis facta est 4. Nonas Augusti circa horam 6, in tantum ut stellae in celo apparerent. Magna inequalitas aeris et pluviarum inundatio per totum tempus messis subsecuta est. Consobrinus imperatoris[3] occiditur Traiecti a Godefrido[4] et fratre eius Herimanno de Kuch[c].

Rex Dacorum pluribus advenis Theutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum facit. Hac de causa imperator expeditionem super eum movere intendit[d].

*) *A 2 ita:* Indictione 11, 4. Non. Augusti, luna 27. existente, hora diei 7, feria 4. eclipsis solis facta est, et obtenebratum est celum, stelle vise sunt.

Recensio II. codd. B. C.

favore ingressus, cum iam defunctus esset Anacletus[5], sedi apostolice restituit Innocentium, a quo etiam 2. Non. Iunii Lateranis in ecclesia sancti Iohannis in imperatorem consecratus, post bella et victorias aliquantas in Gallias[e] rediit, ducens secum captivum principem quendam Ytaliae.

Eclypsis solis facta est 4. Non. August., hora diei sexta, in tantum ut stellae in caelo apparerent. Magna inequalitas aeris et pluviarum inundatio per totum tempus messis subsecuta est. Consobrinus imperatoris occiditur Traiecti a Godefrido et fratre eius Herimanno de Kuch.

a) exc. m. adi. ex a. p. *des. A 2.* b) *deest A 1.* c) Kuhc *A 2.* d) tendit *A 1.* = e) Galliam *C 1.*

1) *V. chartam Reg. hist. Westf. II, p.* 15. 2) *Clausen ad fluvium Eisack.* 3) Florentius, filius Florentii comitis de provincia Hollant *Ann. S.* 4) *de Arnsberg.* 5) *Anacletus anno demum* 1138, *die* 25. *Ian. mortuus est.*

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1134.

Novus imperator natalem Domini Coloniae celebrat. Ibi temerarius tumultus urbicorum coram imperatore exoritur, et eo nondum sedato, inde discessit. Pascha Halverstat pera- *Apr. 15.* git. Ibi rex Dacorum [1] veniens, sese in potestatem imperatoris [a] tradit, obsides dat, iuramentum facit, se successoresque suos nonnisi permissu imperatoris successorumque suorum regnum adepturum; et pulchro spectaculo, nusquam retro prioribus temporibus audito, ipso sancto die paschae idem rex Dacorum, regio more coronatus [b], coram coronato de more imperatore gladium ipsius portat. Post hec in gratia imperatoris redire permissus, cum in patriam suam venisset, occiditur in sancto die pentecosten ab emulis suis, anniten- *Iun. 3.* tibus advenis Teutonicis, quos truncatione membrorum damnaverat. Norbertus* Magatheburgensis [c] episcopus obiit; cui Cuno [d] successit. Post festum sancti Iacobi imperator *Iul. 25.* expeditionem movens super Fridericum ducem Alsaciae, plura eius castella destruit, inter quae famosum eius oppidum in Suevia nomine Ulma [e. 2] captum incendio tradit, et regionem predabundus perambulat. Fridericus dux tandem diffidens rebus suis, gratiam imperatoris per quoscumque potest [f] obtinere [g] elaborat.

Anno Domini 1135.

Imperator natalem Domini Aquisgrani celebrat. Ibi Colonienses gratiam imperatoris optinent. Ibidem imperator et Coloniensis episcopus dissentientes ab invicem, discordati

*) *manu saec. XIII. ex. vel XIV. margini A 1 add.:* Norbertus, qui instituit ordinem Praemonstratencium.

Recensio II. codd. B. C.

10. Anno Domini 1134.

Novus imperator natale Domini Coloniae celebrat. Ibi temerarius tumultus urbicorum coram imperatore exoritur, et eo nondum sedato, inde discessit. Rex Dacorum veniens, se in potestatem imperatoris tradit, obsides dat, iuramentum facit, se successoresque suos nonnisi permissu imperatoris successorumque suorum regnum adepturos. Post hec cum pace redire permissus, in sancto die pentecost. ab emulis suis est occisus.

11. Anno Domini 1135.

Imperator natale Domini Aquisgrani celebrat; ubi Colonienses eius gratiam obtinent. Ibi etiam imperator et Coloniensis archiepiscopus

a) regis *A 1.* b) veniens — coronatus *bis exhibet A 2.* c) Magdaberg. *A 1,* Magda *in loco raso.* d) Bruno *m. s. XIV. superscr. A 1.* e) Olma *A 1.* f) potuit *corr.* potest *A 1.* g) *deest A 1.*

1) *Filius regis Nicolai Magnus.* 2) *Ulm.*

Recensio I. codd. A.

discedunt. Dominica ante[1] mediam quadragesimam, scilicet
Mart. 17. 16. Kal. Aprilis, frequens principum fere totius regni conventus fit apud Bavenberg, imperatore cum valida manu electorum militum et armorum copia presente. Dei gratia astipulante, predictus Fridericus dux Alsaciae, annitentibus principibus, in concordiam cum imperatore redit. Coloniensis episcopus ibidem interventu principum et satisfactione sua veniam promeruit delicti sui in imperatorem. In festo
Mai. 26. pentecosten apud Magatheburg[a] primum principes regni coram imperatore firmissimam pacem domi forisque ad decem annos iuraverunt, et deinde cetera multitudo plebis tam ibi quam per singulas regni[b] partes hec eadem facere suadetur et compellitur. Dux Boemiae[2] et dux Ungariorum inimicicias invicem habentes ibidem[3] confederantur. In festo
Sept. 29. sancti Mychahelis in loco qui dicitur Mulenhusen Cunradus, aliquando usurpator[b] regii nominis, frater Friderici ducis, imperatori reconciliatur.

Anno Domini 1136.

Imperator natalem Domini Spire celebrat. Ibi mortuus est Heinricus marchio, filius Wicberti comitis. Hoc[c] anno obsides numero 12 Godefridi comitis de Kuch[d] sese in potestatem regis tradunt. Ipse Godefridus cum fratre suo Herimanno ab imperatore proscribitur in terra ipsorum, scilicet salica, more antiquorum.

Irruptio Sclavorum in partes Saxoniae; contra quos Adelbertus[e] marchio exercitum movens, terram eorum non semel hostiliter invasit et depopulatus est.

Recensio II. codd. B. C.

dissentientes ab invicęm, discordati discedunt. Postea ipse et Fridericus dux Alsaciae interventu principum imperatori reconciliantur[4].

In festo pentecost. omnes principes regni coram imperatore firmissimam pacem ad decem annos iuraverunt, et deinceps cętera multitudo idem facere compellitur.

12. Anno Domini 1136.

Imperator natale Domini Spire celebrat. Ibi mortuus ęst Heinricus marchio, filius Wiberti comitis. Hoc anno obsides numero 12 Godefridi de Kuch sese in potestatem imperatoris tradunt. Ipse Herimannus, frater Godefridi, cum fratre suo proscribitur.

a) Magetheb. *corr.* Magatheb. *A* 1. b) *deest A* 1. c) H. a. *des. A* 2. d) Cuc *A* 2. e) Albertus *A* 1.

1) *Rectius* post *dixisset, ut monuit Sch.-B. p.* 161. 2) *Poloniae.* 3) *Merseburg; v. Ann. Erphesf., SS. VI, p.* 540. 4) reconciliantur *ex Ann. Brunv. fluxisse videtur.*

Recensio I. codd. A.

Circa festum assumptionis sancte Mariae expeditio imperatoris in Italiam. *Aug. 15.*

Inter Sosacienses et Arnesbergenses[a] depredationes, incendia, homicidia exercentur, absente imperatore.

Anno Domini 1137.

Imperator natalem Domini, similiter et paschale festum *Apr. 11.*
in Italia celebrat, pentecosten vero apud Barum cum gene- *Mai 30.*
rali conventu Italicorum principum. Ibi Bruno Coloniensis episcopus obiit; cui Hugo decanus Sancti Petri [apostoli[b]] successit; qui et ipse post paucos dies ibidem obiit; ibique ambo conditi iacent. Princeps Apuliae Röizir[c] nomine, ob cuius insolentiam maxime imperator Italiam intraverat, statuit castrum satis munitum in ipso latere civitatis Bare, in quod castrum multitudinem predonum collocaverat, qui terra marique, quoquo attingere poterant, inauditis miseriis et calamitatibus regiones opprimebant. Simili modo per totam pene[d] Italiam fecerat. Pentecosten celebrato, imperator castrum[e] cum exercitu vallat, quod nimio sudore devincens, igni tradit soloque coequat. Predones comprehensi suspensi sunt circa turrim exustam numero 500 vel eo[e] amplius. Quo terrore omnis civitas, omnis munitio regiae se potestati tradit. Exhinc imperator in Calabriam[f] ambulavit. Ibi legati

Recensio II. codd. B. C.

Circa festum assumptionis sancte Marie expedicio imperatoris in Ytaliam.

Inter Susatienses[g] et Arnesbergensęs[h] depredationes, incendia, homicidia *fiunt*, absentę imperatore.

13. Anno Domini 1137.

Imperator natale Domini et pascha in Ytalia celebrat, pentecosten vero apud Barim cum generali conventu Ytalicorum[i] principum. Ibi *dominus* Bruno *secundus* Coloniensis archiepiscopus obiit, et in ecclesia beati Nycholai ibidem honorificę tumulatur; cui *domnus* Hugo, decanus Sancti Petri, succęssit, et ab apostolico Innocentio ordinatus, eodem anno exul[k] moritur.

Princeps Apulie Růtgerus nomine, ob cuius insolentiam maximę imperator Ytaliam intraverat, statuit castrum satis munitum in ipso laterę civitatis Barę, in quod[l] predonęs collocaverat, qui terra marique inauditis calamitatibus regiones opprimebant. Simili modo per totam pene Ytaliam[m] fecerat. Pentecosten celebrato, imperator castrum cum exercitu vallat, quod *magno labore* devincęns, igni tradit soloque coequat[n]. Predones comprehęnsi suspensi[o] sunt circa turrim[p] exustam numero quingęnti vel eo amplius. Quo terrore omnis civitas et omnis munitio

a) Asnesb. *A* 1. b) *deest A* 2. c) Roͧczir *A* 2. d) fere *A* 1. e) *deest A* 1. f) Calabria *A* 1. — g) Susant. *C* 1. h) Arnesburgenses *C* 1. 2. i) pr. Yt. *B* 1, *C* 2. k) exul ordinatus m. *C* 2. l) quo *C* 1. m) Ytaliam pene 2. n) coequant *B* 1. o) *deest C* 1. p) murum *C* 2.

Recensio I. codd. A.

Grecorum ad eum magnifice veniunt, quos ipse magnificentius suscepit ac remisit.

Adelbertus[a] Mogontinus archiepiscopus obiit; post cuius obitum[b] civitas una cum principali templo, heu proh dolor! igne concremata est. Marchio Adelbertus[a], collecta valida manu, hyemali tempore terram Sclavorum predabundus perambulat.

Imperator, rebus in Italia compositis, cum iam repatriare disponit, in ipso itinere, tam senio quam infirmitate grava-
Dec. 4. tus, 2. Nonas Decembris obiit. Huius regis tempora iocunda fuere[c]. Nam bona aeris temperie, omnigena terrae fertilitate, cunctarum rerum copia non solum per regnum, set et pene per totum mundum exuberabat. Hic pace affluebat, concordia regnabat, tranquillitate imperabat, moderatione fulgebat. Pace belloque clarissimus erat. Merito a nobis nostrisque posteris pater patriae appellatur, quia erat egregius defensor et fortissimus propugnator, nichili pendens vitam suam contra omnia adversa propter iusticiam opponere. Et ut magnificentius de eo dicamus, in diebus eius populus terrae principem terrae non pertimuit nec violentorum manibus subiacuit. Unusquisque enim sua liberaliter pacificeque possidebat. Ergo pro pacificis erga Dei ecclesiam ab eo gestis optamus, ut alta pace in Domino quiescat et eterna beati-

---

Recensio II. codd. B. C.

regiae se potestati tradidit. Exhinc imperator in Calabriam ambulavit, ubi legatos Grecorum obviam habuit.

Ipso tempore Mogontia[d] una cum principali templo igne[e] combusta ęst.

Imperator, rebus in Italia compositis, cum iam rępatriare disponit, in ipso itinere tam senio quam infirmitate gravatus, 2. Nonas Decembris obiit, vir egregius et digne pater patrie appellandus; quo decedentę pax et tranquillitas et rerum copia, que[f] eo imperante vigebant[g], hactenus cessaverunt. Corpus eius delatum in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna, loco[h] dicto[i] Liutheron. [Huius[k] regis tempora iocunda fuere. Nam bona aeris temperie, omnigena terre fertilitate, cunctarum rerum copia non solum per regnum, sed et pene per totum mundum exuberabat. Hic pace affluebat, concordia regnabat, tranquillitate imperabat, moderatione fulgebat. Pace belloque clarissimus erat. Merito a nobis nostrisque posteris pater patrie appellatur, quia erat egregius defensor et fortissimus propugnator, nichili pendens vitam suam contra omnia adversa propter iusticiam opponerę. Et ut magnificentius de ęo dicamus, in diębus eius populus terre principem terre non pertimuit, nec violentorum manibus subiacuit. Unusquisque enim sua liberaliter pacificęque possidebat].

a) Albertus *A* 1. b) *in marg. prima man. suppl.* *A* 1. c) fuerae *corr.* fuere *A* 1. = d) Moguntia *C* 1. e) *deest* *B* 1. *C* 2. f) qui *B* 1. *C* 2. g) vigebat *C* 2. h) in loco *C* 2. i) qui dicitur *B* 1. *C* 2. k) *haec des.* *C* 1.

Recensio I. codd. A.

tudine perfruatur. Corpus eius delatum in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna, in loco dicto Liutheron.

Anni[a] Cuonradi tercii.

Anno Domini 1138.

Imperatrix Richinza indixit conventum principum in festo purificationis sanctae Mariae Quitelingeburg. Qui conventus *Febr. 2.* impeditus est ab Adelberto marchione et suis commanipularibus, tollentibus omne servicium imperatricis, quod ibi habere debuit, et introitum in urbem ei prohibentibus et plurima dampna tam rapinis quam incendiis ei inferentibus.

Colonienses episcopum sibi constituunt Arnoldum, prepositum Sancti Andreae; Mogontini quoque super se levant episcopum Adelbertum[b] iuvenem, prioris Adelberti[b] nepotem.

Cunradus Suevus, aliquando, ut supra dictum est, usurpator regii nominis, latenter primum levatus est in regem factione Adelberonis[b] Treverensis archiepiscopi et paucorum principum. Qui Cunradus regalia, que Heinricus dux Baioariorum, qui et dux Saxonum, gener Liutgeri[c] regis, sub se habuit, callide acquisivit, et eundem ducatu Saxonie privare voluit, dato eodem Adelberto[b] marchioni. Hinc cedes, rapinae, incendia per totam Saxoniam facta sunt. Unde[1] Heinricus dux fratri Welponi ducatum Baioariae cum pro-

---

Recensio II. codd. B. C.

Anni Conradi[d].

Anno dom. inc. 1138,

ab Urbe autem condita 1889.[e] Conradus[d] eiusdem nominis tercius[f], dux Alemannie, frater Friderici ducis Alsatiae, 90. loco ab Augusto* eligitur in regem, regnavitque annis 14.[g]

Coloniae archiepiscopus levatur Arnoldus, primus prepositus Sancti Andreae.

Ipso anno sedicio gravissima inter cives et ipsum[h] episcopum oritur, et vix tandem post magnam tumultuacionem sedatur.

Conradus[d] rex effectus regalia, que penes Heinricum ducem Saxonie et Bawarie, generum Lotharii imperatoris, erant, callide acquisivit, et ipsum ducatu Saxonie privare voluit, dato eodem Adelberto marchioni. Hinc cedes, rapine, incendia per totam Saxoniam facta sunt. Unde Heinricus dux fratri Welphoni ducatum Baioarie cum pro-

*) communi consensu pari consilio ab omnibus in regem eligitur *C* 2.

a) *haec des. A* 2. b) Alb. *A* 1 *semper.* c) Lotharii *A* 1. = d) Cunrad. *B* 1. *C* 2. e) 1888. *C* 1. f) heres tercius *C* 2. g) 13. *C* 2; *columnam sequentem codicis totam fere Conradi tertii imago occupat.* h) *deest C* 2.

1) *Haec ad a.* 1139. *pertinent; sed minus recte tradita sunt; cf. Bernheim, 'Forschungen' XV, p.* 252.

Recensio I. codd. A.

vincia committens, valida manu Saxoniam tendit, et similis factus leoni in operibus suis, diruens urbes et castella, perscrutatus est iniquos qui terram perturbabant, ipsumque[a] auctorem totius mali Adelbertum marchionem post dominum suum regem exulare coegit. Tunc Bernardus de Plozeke[b], cognatus imperatricis, licet sero penitentia ductus, tandem post subversionem urbis et distractionem facultatum suarum, domnam imperatricem adiit, pro admissa infidelitate veniam petiit et impetravit. Herimannus etiam de Wincenburg[c] a rege suscipiens bona minus sibi profutura, beneficia scilicet ad regia[d] vexilla pertinentia, que hactenus comes Sifridus de Homburg[e. 1] possederat, ab ipso comite plurimis preliis lascescitur, devastatur; unde et viribus diffidens, datis sacramentis, tam duci quam comiti reconciliatur.

Anno Domini 1139.

Rex natale Domini Goslariae celebrat. Andreas Traiectensis episcopus obiit; cui Hartbertus successit. Circa
Iul. 25. festum sancti Iacobi apostoli expeditio regis in Saxoniam contra Heinricum ducem; set illo viriliter cum magno exercitu iuxta Crucenberg[2] occurrente, rex infecto negocio re-

Recensio II. codd. B. C.

vincia committens[f], valida manu Saxoniam tendit et ipsum Adelbertum marchionem post regem exulare fecit.*

2. Anno Domini 1139.

Circa festum sancti Iacobi expedicio regis in Saxoniam contra Heinricum ducem; sed illo viriliter cum magno exercitu iuxta Crucenberg[g] occurrente, rex infecto negocio rediit. Nec multo post idem dux veneno, ut fertur, vitam finivit. Albertus marchio morte ducis exhyla-

*) *hoc loco C 2 (fol. 64 col. 1 med.) historiam Hildegardis prophetissae inserit, sic pergens:* In huius regis Cunradi temporibus floruit quedam prophetissa nomine Hildegardis et *(imago Hildegardis hic inserta)* hec multa de futuris temporibus in sua prophetia prenuntiavit. Unde ista dabuntur indicia ante scisma illud, sub quo episcopi et clerici de locis propriis expellentur. Ex libro divinorum operum capitulo nono secunde partis *(rubrica hucusque)*. Cum peccata hec — — et propterea timeo, quod in brevi veniant super nos omnia que scripta in libro hoc. Explicit prophetia sancte Hildegardis, que prophetavit in tempore Cunradi regis. Sequitur cronica secundi anni Cunradi regis *(f. 101' col. 1. med.)*.

a) que *deest A* 1. b) Pluz. *A* 1. c) Wircenb. *A* 1; Wurzenb. *A* 2. d) v. r. *A* 2. e) Hoinburg *A* 2. = f) promittens *C* 1. g) Crucenber *C* 2.

1) *Idem qui alibi de Bomeneburg dicitur.* 2) *Kreuzberg ad Werram.*

Recensio I. codd. A.

diit[1]. Nec multo post idem dux veneno, ut fertur, vitam finivit. Adelbertus marchio morte ducis exhilaratus, cum forum apud Bremam circa festum omnium sanctorum gloriabundus adiret, ut a turbis inibi[a] confluentibus magnifice quasi dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventns, fuga usus vix cum paucis suorum evasit. *Nov. 1.*

Anno Domini 1140.

Rex urbem Welponis ducis Baioariorum Winesberg dictam obsedit et in deditionem accepit, matronis[2] ac ceteris feminis ibi repertis hac regali liberalitate licentia concessa, ut quaeque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati ceterorum consulentes, obmissa suppellectili descendebant viros humeris portantes. Duce[b] vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositati[c] feminarum dixit, regium verbum[d] non decere immutarę.

Anno Domini 1141.

Rex festum pentecosten Wirciburg[3] celebrat. Ibi celebris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; set infecto huius rei negotio discessum est. Imperatrix Richinza piae memoriae obiit. *Mai 18.*

Ethelmarus de Rietbike[e, 4] adversus se in bellum provocans comites Ecbertum de Tekeneburg et Ottonem de

---

Recensio II. codd. B. C.

ratus, cum forum apud Bremam gloriabundus adiret, ut á turbis inibi confluentibus quasi dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventus, fuga usus cum paucis evasit.

3. Anno Domini 1140.

Rex urbem Welphonis[f] ducis Bawariorum Winesberg[g] dictam obsedit et in dedicionem accepit, matronis ac feminis ibi repertis hac regali liberalitate licentia concessa[h], ut queque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati caeterorum consulentes[i], omissa suppellectili, descendebant humeris viros suos portantes[k]. Duce vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositati mulierum dixit, regium verbum non decere immutari.

4. Anno Domini 1141.

Rex festum pentecost. Wirziburg[l] celebrat. Ibi celebris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; sed

a) ibi *A* 1. b) Duci *A* 1. 2. c) subdolositi *A* 1. d) *deest A* 2. e) Riethike *A* 2. = f) Welponis *C* 2. g) Weinesberg *C* 1; Winesber *C* 2. h) c. l. *C* 2. i) cons. cet. *C* 2. k) deport. *C* 2. l) Wirliburg *C* 1; p. habuit Wircibur *C* 2.

1) *De conventione cum Heinrico duce facta v. Jaffé, 'Konrad III', p.* 26. 2) *Haec non ex Ann. Patherbrunnensibus sumta esse, probavit contra Sch.-B. Bernheim, 'Forschungen' XV, p.* 251. 288. 3) *Ann. S. Disibodi SS. XVII, p.* 26: apud Radisponam; *sed cf. Giesebrecht KG. IV, p.* 464. 4) *i. e. de Rietberg; idem qui de Oldenburg dicitur.*

Recensio I. codd. A.

Ravenesberg[a], ab eis primo congressu vincitur et fugatur, set denuo congressuri, ante conflictum capiuntur. Ex adverso enim insidiis deputatis, cum peringens palus transeundum eis esset, ac inarmati incederent, subito in eos insiliit, sicque inter hostes ac paludem inclusos quosque militares cepit, reliquos debilitavit.

Adelbertus Mogontinus episcopus subito obiit; cui Marcholfus successit. Siwardus Mindensis episcopus obiit; cui Heinricus, eiusdem civitatis Insulae[1] abbas, successit.

Anno Domini 1142.

Iun. 7. Rex pentecosten Frankenvort[2] celebrat, coadunata principum tam Baioariae quam Saxoniae dignitate. Ibi quorundam familiarium[b] suorum principum fretus auxilio, domnam Gertrudam, famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Liutgeri[c] imperatoris et predicti ducis Heinrici viduam, uni e fratribus nomine Heinrico matrimonio copulavit, prudenti et satis necessario omni regno usus consilio, quo animadvertit posse una femina[d] pacificare omnia[3]. Quod et factum est. Nam principes qui hactenus resistebant regi ibi reconciliantur, omnem fidelitatem ei promittentes; quibus et ipse reconciliatus, quod cuiusque dignitatis erat restituit, ac deinde ipsos principes inter se dissidentes, ut decuit regem, pacificare curavit. Novae vero cognatae suae trecentas marcas, quas ipsa pridie pro obtinenda gratia sua persolvendas devovit, reindulsit, ac sic per 14 dies regali apparatu nuptias per se amministravit.

Recensio II. codd. B. C.

infecto huius rei negocio discessum est. Domna imperatrix Richiza pie memoriae obiit.

5. Anno Domini 1142.

Rex pentecosten Frankenefurt celebrat, coadunata principum tam Bawariae quam Saxoniae dignitatę. Ibi quorumdam familiarium suorum[e] principum fretus auxilio, domnam Gerthrudem[f], famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Lotharii imperatoris et predicti Heinrici ducis viduam, uni e fratribus suis coniunxit, sciens, hac coniunctione multos confederari. Quod et factum est. Nam principes hactenus discordantes hac occasione regi reconciliantur. Celebrantur ergo nuptiae regali apparatu per 14 dies, quas ipse rex per se amministravit.

a) Ravenesburg *A* 1. b) famiarium *A* 1. c) Lotharii *A* 1. d) feria *A* 1? = e) pr. s. *C* 2. f) Gertrudam *C* 1; Gerthruđ. *B* 1.

1) *Monasterii S. Mauricii in insula prope Mindam.* 2) *Immo Pragae; v. Lehmann p.* 33. 3) *De hoc loco cf. Bernheim l. l. p.* 251.

Recensio I. codd. A.

Marcholfus Mogontinus[a] episcopus obiit; cui Heinricus, ipsius maioris aecclesiae decanus, successit. Wezel[b] Monasteriensis canonicus ab aecclesia Osnaburgensi episcopus eligitur, set Coloniensium archiepiscopo aliisque quibusdam resistentibus, suspensione divini officii ecclesia a legitima electione arcetur; unde Philippum prepositum Daventerensium in eius locum suscipiunt.

Anno Domini 1143.

Hoc anno hyemps validissima et prolixa exstitit. Domna Gertrudis[c] predicta ductrix ob difficultatem partus diem clausit extremum et apud patrem et matrem necnon priorem coniugem suum Heinricum cum merore totius Saxoniae in Liuthero[1] sepelitur.

Rex in quadragesima partes Saxoniae iterum intrare *Febr.*
attemptans, usque Goslariam et Hildenesheim processit, cum *Mart.*
subito dux Baioariae Welp, consociato sibi consobrino suo, filio scilicet ducis Friderici, Sueviam ingressus, quaeque regis erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est. Quae res regem remeare coegit.

Tota aestate et autumpno pluviae intolerabiles[d]. Inno-

Recensio II. codd. B. C.

Wecel Monasteriensis canonicus ab aecclesia Osnaburgensi ępiscopus eligitur, sed Coloniensium archiępiscopo aliisque quibusdam resistentibus, suspensione divini officii aecclesia a legitima electione arcetur; unde Phylippum prepositum Daventrensium[e] in eius locum suscipiunt.

6. Anno Domini 1143.

Hoc anno hyems validissima et prolixa fuit[f]. Domna Gertrudis[g] predicta ductrix, coniunx Heinrici fratris regis, ob difficultatem partus diem clausit extremum, et apud patrem et matrem et priorem coniugem suum Heinricum cum merore tocius Saxoniae sepelitur in Lůtheron[h].

Rex in quadragesima Saxoniam[i] iterum intrare attemptans[k], usque Goslariam et Hildensheim[l] processit, cum subito Welpho[m] dux Baioariae, consociato sibi consobrino suo Friderico, qui postea regnavit, filio scilicet Friderici ducis, Sueviam ingressus, queque regis erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est. Que res regem remeare coegit.

Tota estate et autumpno pluviae intolerabiles.

a) Mogontinorum *A* 2. b) Wezelinus *A* 1. c) Gerthrud *A* 2. d) inundabant *A* 1. = e) Davant. *C* 1; D. prep. *C* 2. f) *B* 1 *add. in marg. eadem manu:* R. (*et ita C* 1), *unde Eccardus* Romae. g) Gerthrud *B* 1; Gerthud *corr.* dutrix *C* 2. h) Lotheron *C* 2. i) it. Sax. *C* 2. k) appetens *C* 2. l) Hildesheim *C* 2. m) dux Bai. Welpo *C* 2.

1) *Königslutter. Arnoldus Lub. I,* 2, *SS. XXI, p.* 116, *eam in castro Neuenburg (Klosterneuburg) sepultam esse tradit; id quod Sch.-B. p.* 198. *refutare studet.*

Recensio I. codd. A.

centius papa obiit; cui Celestinus successit. Adelbero[a] Corbeiensis abbas obiit; Heinricus, frater Sifridi comitis, successit. Hic a domno apostolico ad decus ecclesiae suae promeruit anulum, antecessoribus suis non concessum.

Anno Domini 1144.

Celestinus[1] papa obiit; cui Lucius, qui et Gerhardus successit.

Recensio II. codd. B. C.

Innocentius papa obiit; cui Celestinus secundus, qui et Wido, successit.

7. Anno Domini 1144.

Cęlestinus papa obiit; cui Lucius secundus, qui et Gerhardus[b], successit.

a) Albero *A* 1. b) Gerardus *C* 1; Gehardus *C* 2.

1) Celestinus — successit, *quae etiam in Ann. Palid. leguntur, fortasse ex Patherb. hausta sunt.*

PARS TERTIA

genuina.

Recensio I. codd. A.

Natus est regi filius nomine Heinricus, quem alii Beringerum ex[a] nomine avi eius vocant. Hic postea[1] unctus est in regem. Deinde[b] natus est ei[c] Fridericus, qui totius Alamannie ducatum adeptus est[2].

Anno Domini 1145.

Lucius papa obiit. Cui communi electione Bernhardus[d] Clarevallensis monachus successit, et Romano more nomine mutato, vocatus est Eugenius.

Anno Domini 1146.

Cometa apparuit, in cuius ortu astrologi aiunt famem aut pestilentiam aut mutationem regnorum prefigurari, que cuncta nunc impleta sunt. Gravis dissensio inter Harpernum[3] episcopum Traiectensem et Ottonem[4] principem, filium Ottonis palatini, patruelem Herimanni Salmonis, quem Colonienses in prelio Tuiciensi[5] ceperant, orta est; set prelio

---

Recensio II. codd. B. C.

8. Anno Domini 1145.

Lucius papa obiit; cui Eugenius tercius, qui et Bernhardus[e] Clarevallensis monachus[f], successit. Natus est regi filius nomine Heinricus, quem alii Beringerum ex nomine avi eius vocant. Deinde[g] natus ei[h] est Fridericus, qui tocius Alamannie ducatum adeptus[i] est.

9. Anno Domini 1146.

Cometa apparuit. Renus fluvius alveum suum Coloniae egressus[k], inaudita antea magnitudine excrevit. Ipso anno gravis dissensio oritur inter Harpertum Traiectensem episcopum et Ottonem principem, filium Ottonis palatini comitis, patruelem Herimanni Salmonis, quem Colonienses in prelio Tuiciensi ceperant, in tantum

a) v. ex n. a. e. *A* 1. b) Dein *A* 1. c) *deest A* 2. d) Bernardus *A* 1. = e) Bernardus *C* 1; Brenhardus *C* 2. f) abbas *C* 2. g) Dein *B* 1. h) est ei *C* 2. i) est ad *C* 1. k) egr. Col. *C* 2.

1) *a.* 1147. *Iam a.* 1137. *natus videtur.* 2) *Anno* 1152, *obiit a.* 1167; *cf. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' II,* 101 *sq. P.* 3) *Hartbertus; v. Ann. Egmundanos a.* 1143, *SS. XVI, p.* 455. 4) *de Rinekke.* 5) *Cf. de hoc bello a.* 1114, *ubi tamen de Hermanno nihil refertur.*

Recensio I. codd. A.

inito, idem Otto ab episcopo captus est, post vero reconciliatus ac dimissus est. Rex quoque Herimannum[1], fratrem Heinrici de Kazinelinboche[a*], palatinum constituit; unde gravia bella et incendia inter Ottonem et eundem Herimannum orta sunt.

Anno Domini 1147.

Eclipsis solis facta est. Sequitur fames maxima per totam Galliam et Germaniam, ita ut maldrum siliginis 12 solidis emeretur, panis vero qui pro denario dabatur vix pugillum palmae excederet[2]. Erat videre miseriam, eos qui nuper deliciose vivebant pro panis inopia domos circuire. Famem quoque secuta est ingens pestilentia, ita ut deficientibus sepulchris multitudo fossis pariter immitteretur[a].

[De[a] expeditione Iherosolimitana.]

Igitur eodem anno, qui est annus decimus Cuonradi tercii Romanorum augusti, mota sunt omnia regna Occidentis et accensa desiderio eundi in Ierusalem et visitare sepul-

---

Recensio II. codd. B.

ut pugna conserta ipse Otto ab ępiscopo caperetur et custodiae traderetur. Sed postea reconciliatus ei et dimissus, pugnavit cum Herimanno palatino comite, a quo iterum capitur abductus[b].

10. Anno Domini 1147.

Oct. 26. * Eclypsis[3] solis facta est 7. Kal. Novembris circa horam diei pene 4. Ipso anno fames maxima facta est, ita ut modius siliginis 12 solidis Coloniensis monete venderetur in mense Iunio[c]. Famem etiam pestilentia et mortalitas subsecuta est intolerabilis.

Wolbero abbas[4] ęfficitur, cum Gerhardus[d] abbas senio gravatus curam pastoralem administrare non sufficeret, et baculum in presentia domni archiepiscopi[e] et priorum[f] reddidisset.

11. Anno Domini 1148[5].

Expeditio Hierosolimitana secundo facta ex omni regno Occidentis per Cunradum regem, anno regni sui 11, indictione 11, cum quo et Ludowicus rex Francorum et plures alii principum

a*) Kazen. *A* 1. a) i. De e. Ih. *des. A* 2, *ubi legitur*: Anno Domini. = b) et abducitur *C* 2. c) Iulio *C* 1. d) Gerardus *C* 1; Gehardus *C* 2. e) a *B* 1; episcopi *C* 2. f) prior *C* 1.

1) *de Stalekke, qui iam a.* 1143. *comes palatinus constitutus est.* 2) *Cf. Ann. Brunv. a.* 1146, *SS. XVI, p.* 727; *Rem. et Col. ib. p.* 733. 3) *Haec et alia his annis a recensione codd. A ita recedunt, ut non ex hac, sed ex communi fonte sumta esse videantur; quae * notavi.* 4) *Sancti Pantaleonis.* 5) *Annum auctor fortasse ideo mutavit, quia maior exmis pars a.* 1148. *evenit. Et hac re adductus videtur, ut etiam ios mutaret.*

Recensio I. codd. A.

chrum Domini ac dimicare contra gentes quae ignorant Deum et dilatare terminos christiani imperii in Oriente. Huius viae auctores maxime fuerunt Bernardus abbas Clarevallensis et quidam monachus nomine Ruodolfus. Ergo, ut diximus, non solum plebeii et milites, set et ecclesiarum multarum antistites, duces, comites, principes, ipsi etiam reges in hanc se expeditionem contulerunt. Rex etiam Cuonradus et rex Francie Luodewicus, innumerabili stipati bellatorum agmine, iter hoc aggressi sunt. Nec[a] vero aliquis poterit credere, quanta[b] hominum multitudo cum eis et per eos adunata sit. Non ad excidium Troie tantam Grecia militiam misit, numquam Cirus rex tanta hominum vallatus est acie, et heu proch dolor! quo plures et forciores erant, eo minora virtutis suae reliquere vestigia[c]. Nil quod Regie Cronice dignum sit imprimi hoc actum est itinere[d], tantum[e] ea quae Romano plena sint rubore et infortunio. Periit maxima ex parte innumerabilis ille conventus fame, peste, paganorum gladio; plurimi a Turcis et Sarracenis capti, feda servitute et vinculis consenuerunt. Solum Damascum, nobi-

---

Recensio II. codd. B.

proficiscuntur cum innumerabili multitudine bellatorum ęquestris et pedestris exercitus[f], accensi desiderio[g] eundi in Iherusalem, visitare sepulchrum Domini ac dimicare contra gentes quae ignorant Deum et dilatare terminos[h] christiani imperii in Oriente. Huius viae auctores maxime fuerunt Bernardus abbas Clarevallensis et quidam monachus nomine Rudolfus[i]. Ergo, ut diximus, non solum plebei[k] et milites, sed et aecclesiarum multarum antistites, duces, comites, principes, ipsi etiam reges in hanc se expeditionem contulerunt[l]. Nec vero aliquis poterit credere, quanta[m] hominum multitudo cum eis et per eos adunata sit. Non ad excidium Troie tantam Grecia militiam misit, numquam Cirus rex[n] tanta hominum vallatus est acie. Et heu pro dolor! quo plures et fortiores erant, eo minora virtutis reliquere vestigia. Nil quod Regie Cronice dignum sit inprimi hoc actum est itinere, tantum ea que Romano plena sint rubore et infortunio. Periit maxima ex parte innumerabilis ille conventus fame, peste, paganorum gladio, plurimi a[o] Turcis et Sarracenis capti, feda servitute et vinculis consenue-

a) Rex *A* 2. b) quanto *A* 1; quia *A* 2. c) v. r. *A* 1. d) in it. *A* 1. e) tanta *ut videtur A* 1. =f) *verba omnino transposita sunt in cod. C* 1, *nam post verba:* equestris et pedestris exercitus *sequuntur haec:* Facta est et navalis expeditio in Hyspaniam ad Ulixibonam civitatem munitissimam in monte positam mari adiacente, ubi miro Dei auxilio capta urbe, Sarracenis occisis et eiectis, Teuthonicus exercitus omnem regionem circumiacentem obtinent et incolit; *subiunguntur his extrema huius anni:* Eodem tempore Heinricus dux Saxonum — domnus Gerhardus abbas obiit; *deinde sequitur:* 12. An. D. 1149. *usque ad verba:* multis claruit. *Deinde sequitur ipsa narratio expeditionis:* accensī desiderio *etc.* — apud Ulixibonam miraculis claruerunt; *tum inseritur locus:* Istis taliter patratis — prospero applicuerunt. g) accensis desideriis *C* 2. h) suos *add. C* 2. i) Radolfus *C* 1. k) plebii *C* 1. l) receperunt *C* 2. m) q̊uia *C* 1. n) rex Cirus *C* 2. o) plurima Turcis *B. C.*

Recensio I. codd. A.

lissimam Syrie urbem, bello aggressi sunt[1], ubi Adolfus[a], fortissimus adolescens, filius Adolfi[a] comitis de Berge, infatigabiliter cedi Sarracenorum instans occisus est. Et cum iam civitas in manus regis Conradi tradenda esset, perfidia Ierosolimitanorum et quorundam principum avaricia seducti, ab ea sine victoria continuere manus. Ditata et repleta est terra paganorum de spoliis et armis, que a Romano exercitu in hac expeditione ceperunt. Ergo quia omnia, que hac via gesta sunt, plena[a*] sunt luctus et miseriae et nullius victoriae, melius est inde silere et Romano parcere[b] pudori nec tradere cognitioni futurorum.

[De[c] Ulixibona capta.]

Apr. 27. Per[2] idem tempus in[d] octava paschae, quae fuit 5. Kal.
Mai 20. Mai, movit exercitus navalis de Colonia, et 13.[d] Kal. Iunii venerunt in portum Angliae, ubi comitem de Arscoth cum 200 fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium inve-
Iun. 6. nerunt. Deinde in portum Hyspaniae venientes, 6. feria ante pentecosten in portum Galitiae applicuerunt[e], qui portus a Sancto Iacobo[f] octo miliaribus distat. Ad cuius venerabile
Iun. 7. sepulchrum in vigilia pentecosten venientes, sanctam sol-
Iun. 8. lempnitatem exegerunt. Deinde per alveum fluminis qui

Recensio II. codd. B. C.

runt. Solum Damascum, nobilissimam Syriae[g] urbem[g] bello, aggressi sunt, ubi Adolfus[h], fortissimus adolescens, filius Adolfi[h] comitis de Berge, infatigabiliter cedi Sarracenorum instans occisus est. Et cum iam civitas in manus regis Cunradi tradenda esset, perfidia Iherosolimitanorum et quorumdam principum avaricia seducti, ab ea sine victoria continuere manus. Ditata et repleta est terra paganorum de spoliis et armis, quae a Romano exercitu in hac expedicione ceperunt. Ergo quia omnia, que hac via gesta sunt, plena sunt luctus et miserie et nullius victoriae, melius est[g] inde silere et Romano parcere pudori nec tradere cognitioni futurorum[i].

Per idem tempus in octava paschae, quae fuit 5. Kal. Mai, movit exercitus navalis de Colonia, et 13.[k] Kal. Iunii venerunt in portum Angliae, ubi comitem de Arscoth cum 200 fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium invenerunt. Deinde in portum Hyspanie venientes, 6. feria ante pentecosten in portum Galiciae[l] applicuerunt, qui portus a Sancto Iacobo octo miliaribus distat. Ad cuius venerabile sepulchrum in vigilia pentecosten venientes, sanctam sollempnitatem exegerunt. Deinde[m] per alveum fluminis qui Tagus dicitur intrantes, in vigilia

a) Adholf. *A* 2. a*) pl. s. *des.* *A* 2. b) parce *A* 1. c) *haec des.* *A* 2. d) *deest* *A* 2. e) applicaverunt *A* 2. f) apostolo *add.* *A* 1. = g) *deest* *C* 2. h) Adholf. *C* 1. i) Francorum *C* 1. k) 14. *C* 2. l) Galatie *C* 1; Gallatie *C* 2. m) Dein *B* 1.

1) *a.* 1148, *m. Iulio.* 2) *Haec sumta sunt ex relatione qualem exhibet epistola Arnulfi, Martene, Coll. I, p.* 800. *Initio vero magis cum iis conveniunt quae Ann. Maydeb., SS. XVI, p.* 189, *ex simili fonte hauserunt; cf. etiam epistolam Annalibus S. Disibodi, SS. XVII, p.* 27, *insertam.*

Recensio I. codd. A.

Tagus dicitur intrantes, in vigilia apostolorum Petri et Pauli *Iun.* 28. ad Ulixibonam applicuerunt. Quae civitas, sicut tradunt hystoriae Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troiae condita, mirabili structura tam murorum quam turrium super montem humanis viribus insuperabilem fundata est. Circa quam figentes tentoria, Kalendis Iulii suburbana eius divina *Iul.* 1. virtute adiuti ceperunt. Post haec circa muros assultus varios non sine magno suorum et illorum detrimento facientes, machinas et turres erexerunt, et usque ad 12. Kalendas No- *Oct.* 21. vembris eam obsederunt. Interea Sarraceni, qui habundabant alimentis, suis concivibus egentibus victum adeo negabant, ut plurimi fame morerentur, quidam autem eorum canes et cattos devorarent. Horum pars plurima christianis ultro se optulit et baptismi gratiam suscepit. Erat autem[a] turris lignea a christianis erecta et bellicosis impleta viris, quae muro supereminebat, in qua et milites regis Hyspaniae pugnabant. Qui milites magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter resistebant, donec Theutonici eis auxilio venerant. Videntes autem Sarraceni Lotharingos tanto fervore turrim ascendere, tanta formidine sunt territi, ut arma submitterent et dextras sibi dari peterent. Unde factum est, ut Algaida princeps eorum hoc pacto cum christianis conveniret, ut exercitus omnem suppellectilem cum auro et argento acci-

---

Recensio II. codd. B. C.

apostolorum[b] Petri et Pauli ad[b] Ulixibonam applicuerunt. Que civitas, sicut[c] tradunt hystorie Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troiae condita, mirabili structura tam murorum quam[d] turrium super montem humanis viribus insuperabilem[e] fundata est. Circa quam figentes tentoria, Kal. Iulii suburbana eius divina virtute adiuti ceperunt. Post haec circa muros assultus varios non sine magno suorum et illorum detrimento facientes, machinas et turres erexerunt, et usque ad 12. Kal. Novembris eam obsederunt. Interea Sarraceni, qui habundabant alimentis, suis concivibus egentibus victum adeo negabant, ut plurimi[f] fame morerentur; quidam autem eorum canes et cattos devoraverunt. Horum pars plurima christianis ultro se obtulit[g] et baptismi gratiam suscepit. Erat autem turris lignea a christianis erecta et bellicosis impleta[h] viris, que muro supereminebat, in qua et milites regis Hyspaniae pugnabant. Qui milites magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter resistebant, donec Teuthonici eis auxilio venerant. Videntes autem Sarraceni Lotharingos tanto fervore turrim ascendere, tanta formidine sunt territi, ut arma submitterent et dextras sibi dari peterent. Unde factum est, ut Algaida princeps eorum hoc pacto cum christianis conveniret, ut exercitus omnem suppellectilem cum auro et argento acciperet, rex autem Hyspanie totam civitatem cum nudis

a) *deest A* 1. = b) *deest B* 1. *C* 2. c) ut *B* 1. *C* 2. d) q. t. *post suppl. B* 1. e) insuperabilis *C* 2. f) plures *B* 1. *C* 2. g) se obt. ultro *C* 2. h) v. i. *B* 1. *C* 2.

Recensio I. codd. A.

peret, rex autem Hyspaniae totam civitatem cum nudis Sarracenis et tota terra obtineret. Consummata[a] est autem haec divina, non humana victoria in ducentis milibus et quingen-
Oct. 21. tis viris Sarracenorum in festivitate 11000 virginum. Quorumdam christianorum corpora variis occisionibus exstincta, apud Ulixibonam sepulta[b], miraculis claruerunt.

Eodem anno Heinricus dux Saxoniae et Wernerus Monasteriensis episcopus expeditionem super gentem Sclavorum moverunt.

Anno Domini 1148.

Eugenius papa venit Treveris in natali Domini[1], ubi ab[c] Alberone archiepiscopo honorifice suscipitur, et per plures dies ibi moratur. Deinde per Gallias rediens, Remis concilium celebre habuit, ubi congregatis ex Gallia et Germania catholicis patribus, multa correcta sunt. Archiepiscopus Coloniensis ab officio suo suspenditur, quia huic concilio non interfuit.

Recensio II. codd. B. C.

Sarracenis et tota terra obtineret. Consummata est[d] autem hec divina, non humana victoria in ducentis milibus et quingentis viris Sarracenorum in festivitatę 11 milium virginum. Quorumdam christianorum corpora variis occisionibus extincta[e], apud Ulixibonam sepulta, miraculis claruerunt.

[Istis[f] taliter patratis, christiani Tortuosam[2] civitatem pari modo aggressi devicerunt, et tropheum crucis erigentes inibi, militari manu munierunt. Classem deinde solventes, Christo duce Iherosolimam intento prospero applicuerunt.][g]

Eodem tempore Heinricus dux Saxonum et Wernerus Monasteriensis episcopus expedicionem fecerunt super Sclavos.

* Otto princeps in custodia Herimanni comitis moritur, vel, ut quidam dicunt, ab[h] ipso comite strangulatus.

Domnus Gerhardus[i] abbas[3] obiit.

12. Anno Domini[k] 1149.

Domnus apostolicus Eugenius Remis concilium habuit, congregatis ibi ex omni Gallia et Germania ępiscopis et aecclesiarum primatibus; ubi Coloniensis archiępiscopus ab officio suo suspenditur, quia se huic concilio subtraxerit. Ibi plurima de utilitate aecclesiae tractata sunt.

a) Consumpta a. e. *A* 1. b) *deest A* 1. c) *deest A* 2. = d) est a. hec *des. C* 2. e) sepulta ap. Ul. m. *C* 2. f) *haec des. B* 1. *C* 2. g) *post haec cod. C* 1. *exhibet locum, qui infra anno* 1151. *legitur:* Igitur Conradus rex *usque ad finem anni; tum omissis verbis, quae annum* 1148. *claudunt:* Eodem tempore Heinricus — Gerhardus abbas obiit, *quippe quae in initium huius anni transposita sint, statim locus inseritur ex a.* 1151: Sed licet favorem — episcopi molimen anullans. *Sequitur denique annus* 1150. h) ab i. *des. B* 1. *C* 2. i) Gerardus *C* 1; Gehardus *C* 2. k) dominicae *B* 1.

1) *Iam mense Novembri.* 2) *Tortosa ad Ebro fluvium.* 3) *Sancti Pantaleonis.*

Recensio I. codd. A.

Rex Cuonradus de Ierusalem rediit[1].

Otto princeps ab Herimanno palatino captus et in castro ipsius quod Sconeburg[a.2] dicitur relegatus, ibidem iussu eius, ut ferunt, strangulatur[b.3].

Anno Domini 1149.

Rex filium suum Heinricum ungi fecit in regem Aquisgrani[4]; qui non multo post obiit[5].

Sanctus Malachias Lemoriensis[6] archiepiscopus ex Hybernia veniens ad Clarevallense cenobium, migravit ad Dominum et miraculis multis claruit.

Anno Domini 1150.

Hyemps valida extitit. Archiepiscopus Coloniensis Romam veniens, domno papa in sententia sua perseverante, minime reconciliari potuit et sine restitutione officii sui rediit.

Urbs Traiectum tota cum aecclesiis incendio flagravit. Ibi crux lignea de alto cadens templi loco, in[c] incendio illesa

---

Recensio II. codd. B. C.

Eodem anno Cunradus[d] rex de Hierosolima rediit, filium etiam suum Heinricum ungi fecit in regem Aquisgrani; qui non multo post obiit.

Sanctus Malachias Lemoriensis archiępiscopus ex Hybernia veniens ad Clarevallense cenobium, migravit ad Dominum et miraculis multis claruit.

13. Anno Domini 1150.

Hyems validissima et nimium diuturna. Ignee acies.

* Urbs Traiectum tota cum aecclesiis et edificiis incendio[e] conflagravit; ubi crux quedam lignea[f] de alto cadens, desuper cadente templi tecto cum trabibus, illesa permansit; que etiam diutissime in incendio posita, postmodum incorrupta est inventa, solummodo clavis patibuli, quibus dominica[e] ymago detinebatur, liquefactis. Hec ad memoriam miraculi in templo sancti Bonifacii[g] honorificę servatur.

Ipso tempore in[h] mense Maio Coloniae pars aliqua civitatis exusta et[e] dampna inrecuperabilia facta sunt.

Hoc anno ignis et aqua per diversas mundi partes innumeras clades operantur. Ipse totus annus plenus miseriarum subsequenti presagium erat. Domnus etiam Arnoldus[i] Coloniensis archiępiscopus Romam veniens, domno papa in sentencia sua perseverante, minime reconciliari potuit et sine restitutione officii sui

a) Sconebrug *A*1. b) est strangulatur *A*1. c) *deest A*1. = d) Conr. *C*1 *saepius.* e) *deest C*2. f) de alto cadens lignea *C*2. g) Bonef. *C*1.2. h) t. Maio mense *C*2. i) Arnuldus *C*1.

1) *a.* 1149. 2) *Schöneberg, prope Kreuznach, ad septentrionem versus. P.* 3) *Cf. Annales Palidenses a.* 1149. 4) *a.* 1147. 5) *a.* 1105. 6) *Armaghiensis a.* 1148.

Recensio I. codd. A.

permansit. Wernerus Monasteriensis episcopus obiit[1]; cui Fridericus, eiusdem ecclesiae canonicus, successit.

Anno Domini 1151.

Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Arnoldus, cancellarius regis et prepositus maioris ecclesiae, licet plurimum renitens, successit. Et non multo post Romam tendens, consecrationis gratiam a domno apostolico reverenter percepit.

Anno Domini 1152.

Rex Cuonradus apud Babinberg infirmitate decubans et diem mortis sibi adesse sentiens, duci Friderico, filio fratris sui, regalia tradidit, filium suum Fridericum adhuc parvulum commendavit et ut pro regno sibi[2] adquirendo principibus loqueretur suasit; sicque rex vita decessit 11.[a] Kal. Martii[3], anno regni sui 14, sepultusque est in predicta civitate[b]. Huius regis tempora admodum tristia fuerunt. Nam inequalitas aeris, famis[c] et inedie perseverantia, bellorum varius tumultus sub eo vigebant. Erat tamen vir militari virtute strenuus et, quod regem decuit, valde animosus; sed quodam infortunio res publica sub eo labefactari ceperat.

Recensio II. codd. A. B.

rediit. Wernerus Monasteriensis ępiscopus obiit; cui Fridericus, eiusdem[d] aecclesie canonicus, successit.

14. Anno Domini 1151.

Domnus Arnoldus[e] Coloniensis archiępiscopus obiit, et successit domnus Arnoldus secundus, cancellarius regis et prepositus maioris domus.

Ipso anno fames horrenda[f] et omnium rerum inaudita penuria.*

Igitur Cunradus rex apud Bavinberg[g] infirmitate decubans et diem mortis sibi adesse sentiens, duci Friderico, filio fratris sui, regalia tradidit, filium suum Fridericum adhuc parvulum commendavit et ut pro regno sibi adquirendo principibus loqueretur suasit; sicque rex vita decessit 11. Kal. Mart., anno regni sui 14, sepultusque est in predicta civitate. Huius regis tempora[h] admodum tristia fuerunt. Nam inaequalitas aeris, famis et inedie[i] perseverantia, bellorum varius tumultus sub eo vigebant. Erat tamen vir militari virtute strennuus et, quod regem decuit, valde animosus, sed quodam infortunio res publica sub eo labefactari ceperat. Post cuius mortem celebris conventus principum

*) *C.* 1 *add.*: Conradus rex moritur Kl. Mar. anno regni sui 14; qui annus in sequentem computabitur.

a) 9. *A* 1. b) c. p. *A* 1. c) *deest A* 2. = d) *deest C* 1. e) Arnuldus *C* 1. f) horrida *C* 1. g) Babimgert *C* 1; Bavinber *C* 2. h) *deest C* 1. i) inedia *corr.* inedie *B* 1.

1) *a.* 1151. 2) *Utrum Friderico nepoti an Friderico filio, non satis constat.* 3) *Obiit* 15. *Febr.* (15. *Kal. Mart.*).

Recensio I. codd. A.

Anni[a] Friderici regis.

Igitur post mortem Cuonradi regis celebris conventus principum et episcoporum apud Frankenvort habitus est. Ibi summo favore cunctorum predictus Fridericus dux Sueviae in regem eligitur*, regnavitque 91. loco ab Augusto, anno ab Urbe condita 1903[b]. Nec mora in dominica *Letare Ierusalem*, quae 6. Idus Martii[1] illuxerat, unctus est in regem Aquisgrani ab Arnoldo Coloniensi archiepiscopo. Ipsa die consecratus est ibi Fridericus Monasteriensis[c] episcopus. *Mart. 10.*

Anno Domini 1153.

Heinricus Mogontinus archiepiscopus instinctu et voluntate regis depositus est a duobus cardinalibus Gregorio et Ber-

*) *A2. add.*: quem de sacro fonte levaverat dominus Otto nobilissimus quondam comes de Capenberg, sed postea ibidem religiosus prepositus.

Recensio II. codd. B. C.

et ępiscoporum apud Frankenvort habitus est. Ibi summo favore cunctorum predictus Fridericus dux Sueviae in regem ęligitur[d].

[Sed[e] licet favorem multorum haberet, Henricus episcopus Maguntiensis unanimitatem quorundam circa ipsum invectivis[f] quibusdam debilitare[g] conatus est, asserens, quod fastu quodam inductus inter consecretales suos concionatus fuerit, quia regnum adepturus esset nolentibus omnibus qui adfuissent[h]. Cuius obiectionis malum archiepiscopus Coloniensis mitigavit, regem ab intemptamentis excusans et episcopi molimen anullans[i]].

Anni[k] Friderici imperatoris.

Anno dominicae incarnationis 1152,

ab Urbe autem condita[l] 1903[m], annis ab originę mundi 6303[n], Fridericus dux, filius Friderici, fratris Cunradi regis, ab omnibus in regem electus, 91. loco ab Augusto regnare coepit, postea ab Arnoldo[o] Coloniensi archiępiscopo unctus Aquisgrani palacio.

Domnus Arnoldus Romam proficiscens, ab apostolico Eugenio ordinatur, a quo etiam honorifice accepto[p] pallio remissus, coepit pacem diu neglectam toto studio reformare, predones severis legibus et iudiciis arcere, presidia eorum evertere; inter quae Seine[2], fortissimum presidium comitis Everhardi[q], combussit et solo coaequavit.

2.[r] Anno Domini 1153.

Eclypsis solis facta est 7. Kal. Febr.

* Heinricus Mogontinus archiępiscopus[s] depositus est a

a) *des. A2.* b) *in loco raso A1*; 1904. *A2.* c) Fridericus ....iensis *corr.* Arnoldus Coloniensis *A1.* = d) *h. l. sequitur imago Friderici I. in cod. C2.* e) *haec des. B1. C2.* f) invictivis *C1.* g) debilitate *C1.* h) a fuissent *C1.* i) anulans *C1.* k) *haec desunt C2.* l) *deest B1.* m) 1904. *B1. C2.* n) ccciii *in loco raso B1*; 6104 *C1.* o) Arnoldo *C2.* p) suscepto *C2.* q) Euhardi *C1*; Euh'di *C2.* r) *deest C2.* s) episcopus *C2.*

1) *Dominica Laetare a.* 1152. 7. *Idus Martii fuit.* 2) *prope Neuwied.*

Recensio I. codd. A.

nardo; in cuius locum rex Arnoldum cancellarium suum substituit. Mindensis quoque episcopus Heinricus, pro obcecatione cuiusdam clerici cum se expurgare non posset, auctoritate Eugenii papae depositus, et in monachico habitu usque ad terminum vitae perstitit in Insula ipsius civitatis, ubi quondam abbas fuerat.

Cuono [1] archiepiscopus Magadeburgensis obiit, et [a] electus est Gerhardus, maior prepositus; set imperator Wichmannum Zizensem episcopum eis prefecit [2].

Coloniae [a] quidam Iudeus [a] ex [a] patre [a] Iudeo [a], set [a] converso [a], dum in pascha corpus Domini oretenus susciperet, ecclesiam egressus, in cimiterio humo operuit. Superveniens vero sacerdos fossam aperiens, formam infantis invenit, quam cum ad ecclesiam reportare vellet, lux caelitus advenit, et cum eadem luce manibus eius elapsa caelos petiit.

Ian. 26. 7. Kal.Febr. facta est eclipsis solis circa meridiem.

Sept. 10. Quarto Idus Septembris [3] capta est Ascalona [b] a christianis.

Eugenius papa felicis memoriae obiit; cui Anastasius, qui et Cunradus, successit.

Recensio II. codd. B. C.

duobus cardinalibus, Gregorio scilicet et Bernhardo; cui substitutus est Arnoldus, regis cancellarius et Aquensis prepositus. Item Heinricus Mindensis ȩpiscopus [4], dum propter clericum quendam, qui in civitate a suis, ipso consentiente ut dicebatur, cecatus fuerat, expurgare se non posset, multis pertesus [c] adversitatibus, coram [d] prefatis cardinalibus ȩpiscopatui renunciavit; cui successit Wernerus [e], eiusdem aecclesiae maior prepositus.

Eugenius papa obiit, et succedit Anastasius, qui et Conradus.

* Colonie quidam ex patre Iudeo, sed converso, dum sacramentum corporis Christi in paschali festivitate oretenus suscepisset et aecclesiam egressus, nescio quid exinde acturus, domum inferrȩ cogitasset, divinitus territus exhorruit, et nescius quo se verteret, id in cimiterio facta fossa sepelivit. Sed superveniens sacerdos et rem discens, fossam aperuit et formulam infantuli inveniens, ad aecclesiam cum reverencia asportare voluit, sed mirum dictu, luce caelitus ȩmissa, cum ipsa e manibus ȩius elabens caelos petiit.

a) *haec des. spatio vacuo relicto A 2.* b) Aschalona *A 1.* = c) percesus *C 1*; pertesus *post corr.* pertensus *C 2, ubi* adv. c. *desunt.* d) a *C 2.* e) Warnerus *C 1.*

1) *Potius Fridericus I, qui sedit annis* 1142—1152. *P.* 2) *Iam a.* 1152. 3) *d.* 12. *Augusti alii referunt*; *v. Wilken III*, 2, *p.* 26. 4) *Cf. Annal. Palidenses a.* 1153, *sub finem. P.*

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1154.

Rex expeditionem[a] suam in Italiam indixit, quo imperiali benedictione a domno apostolico sublimaretur. *Sept. 29.* Anastasius papa[b] obiit; cui Nicholaus Albanensis successor electus est et Romano more vocatus est Adrianus[c].

Albero Treverensis archiepiscopus obiit[1]; cui Hillinus successit.

Rex[2] Italiam ingressus, primo Placentiam, Emiliae civitatem[3], edomuit, quaedam etiam castella ob insolentiam Mediolanensium igne devastat. Terdonem quoque munitissimam civitatem per septem et amplius septimanas obsidens vicit. Spoletum, nobilissimam Umbriae civitatem, concremat[4], licet non magno exercitu vallatus esset, et sic versus mare Romam iter suum disposuit. Quo veniens, gloriose a domno Adriano apostolico, presentibus cardinalibus, multis astantibus episcopis, coronatus et unctus, 14. Kal. Iul. cesar *Iun. 18.* et augustus est appellatus. His rite gestis, ecce Romani repente armata manu imperatorem et suos bello petunt[d], set milites imperatoris fortiter eos excipientes, trans Tiberim in forum remittunt, ibique in eos tanta cede debachati sunt, ut Tyberis cruore occisorum sanguinolentus incederet. Sedatis itaque imperatoria potentia Romanis, cesar, in Italia compositis rebus, regredi statuens, in regressu magis quam in accessu de temeritate et superbia Mediolanensium certificatus est, qualiter Laudam[e] et Cumam, duas scilicet episco-

---

Recensio II. codd. B. C.

3.[f] Anno Domini 1154.

* Circa festum sancti[g] Mychahelis expedicio regis facta est *Sept. 29.* in Italiam. Anastasius papa obiit; cui Nykolaus cardinalis et ępiscopus Albanensis successit, et vocatur Adrianus.

* Rex, in Ytaliam traiecto exercitu, primo impetu Placentiam, Aemiliae civitatem, ędomuit, quedam etiam castella ob insolentiam Mediolanensium et Cremensium igne devastat; deinde Spoletum, opulentissimam Umbrie civitatem, totam incendio concremat, sicque versus mare cum exercitu pacificę transiens, Romam[h] venit. Ubi a pontificę Romano et omni senatu honorificę susceptus, in imperatorem consecratur[i], post-

a) in It. e. s. i. *A* 2. b) *deest A* 2. c) A. D. 1155. *h. l. add. A* 1. d) premunt *A* 1. e) Lardam *A* 2. = f) 2.—1159. *C* 2. g) *deest B* 1. h) *deest C* 1. i) consecratus *C* 1.

1) *a.* 1152. 2) *Auctor haec perperam in a.* 1154. *posuit.* 3) *Immo burgum Placentinum prope Laudam; v. Lehmann p.* 35. 4) *Quod post coronationem factum esse constat.*

Recensio I. codd. A.

pales urbes, destruxerint[a, 1] et omnes in circuitu regiones et civitates aut subiecerint aut devastaverint, preter solum Ticinum, quae et Papia dicitur, quae iam quasi in extremo spiritu posita adiutorium cesaris flagitabat. His ergo imperator commotus, et totum commovens exercitum, quid animo gereret, postea rerum probavit eventus.

Anno[b] Domini 1155.

Imperator de Italia redit, perturbatores regni et pacis terrore adventus sui refrenat.

Nov. 25. Inundatio aquarum insolita fuit 7. Kal. Decembris.

Anno Domini 1156.[c]

Imperator domnam Beatricem de Burgundia duxit uxorem, repudiata priori[2]. *Nov. 1.* Circa festum omnium sanctorum Coloniam venit et ab archiepiscopo et civibus honorifice suscipitur, ibique quidam miles nomine Bernhardus[c*] accusatus a duce Saxoniae, quod in nece comitis Herimanni de Winceburg noxius teneretur, iussu imperatoris capite punitur.

Recensio II. codd. B. C.

que sollempnem ordinationem a quibusdam vulgaribus facta seditione, ex inproviso tempore meridiano[d] bello inpetitur. Imperator vero et sui subito armati, hostes strictis gladiis trans Tyberim remittunt, et tanta in eos cede deseviunt, ut ipse alveus fluminis totus sanguine occisorum immutaretur. Hac cruenta victoria 14. Kal. Iulii parva manu suorum perpetrata, sequenti die non moratus reditum instituit, et exercitum incolumem in patriam reduxit.

4.[e] Anno Domini 1155[f].

* Imperator de Italia Galliam reversus, perturbatores regni et pacis adeo edomuit, ut in brevi quies firmissima terrorę sui adventus redderetur.

5.[g] Anno dominicae incarnationis 1156.[h]

* Imperator Coloniam circa festum omnium sanctorum veniens, ab archiepiscopo Arnoldo et civibus honorificę suscipitur; ubi quidam miles Bernhardus[i] nomine, qui in necem Herimanni de Winceburg conspirasse a duce Saxonum convictus est, inconsulte procedens, iussu ipsius imperatoris decollatur.

a) destruxerunt — subiecerunt — devastaverunt *A* 2. b) *ita A* 2, *ubi* Anno D. 1155. Imp. — Decembris *post add.* c) 1155. *A* 2. c*) Bernardus *A* 1. = d) mediano *corr.* meridiano *B* 1. e) 3. *C* 2. f) 1155. *post corr.* 1154. *C* 2. g) 4. *C* 2. h) *post corr.* 1155. *C* 2. i) Bernardus *B* 1.

1) *Urbes iam ante subiectae, non tamen destructae sunt.* 2) *Iam a.* 1153; *cf. Ann. Aquenses, SS. XXIV, p.* 38.

Recensio I. codd. A.

Arnoldus[a] Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Fridericus, prepositus Sancti Georgii, successit.

Gravis[1] dissensio inter papam et domnum imperatorem oritur[2]. Nam papa quondam Innocentius Romae in muro pingi fecerat se quasi in throno pontificali sedentem, imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclina-

---

Recensio II. codd. B. C.

6.[b] Anno Domini 1157.[b*]

Domnus Arnoldus archiępiscopus obiit[3]. Deinde generali ęlectione clerus et populus habita, gravi partium scissione a se invicem dividuntur, et una pars Gerhardum[c] Bonnensem prepositum, altera Fridericum prepositum Sancti Georgii acclamando variatur. Sed utrimque iusticiam[d] partis suae defensantes, cum magna animositate pro confirmatione et investitura electorum primo apud Nůrinberg[e], postremo apud Radasponam[4] ad audientiam imperialem et principum proficiscuntur; ubi tandem voluntate et iudicio imperii, dum partes non conveniunt, Fridericus investitur[f], indeque continuo cum suis ęlectoribus digrediens Romamque veniens, á domno Adriano in archiępiscopum consecratur[5]. Post hoc etiam accepto pallio, cum summo suorum tripudio Coloniam regrediens, in brevi castrum Randenrode[g, 6] ad favorem Gozuini[h] de Heismesberg[i] et iniuriam Harperni[k], eiusdem castri tutoris, obsidet et deicit; quod postmodum in melius restruitur et firmiori vallo circumdatur.

*Eodem tempore inter domnum apostolicum Adrianum atque imperatorem Fridericum graves controversiae oriri ceperunt, quae huiusmodi causam habuisse feruntur. Papa Innocentius, eius[l] nominis secundus, Rome quondam in muro pingi fecerat se ipsum quasi in sedę pontificali residentem, imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclinatum, coronam imperii suscipientem. Accessit huic, si

a) Arnolfus C. episcopus *A2.* = b) 5. *C2.* b*) *post corr.* 1155. *C2.* c) Gerardum *C1.* d) u. partem suam *C2.* e) Růrinberg *C1.* f) investitus inde c. *C1.* g) Randerode *C2.* h) Goswini *C2*; Goluunt *C1.* i) G. Růrinberg *C1.* k) Narperni *C1.* l) eiusdem *C2.*

1) *Quae sequuntur quamvis a.* 1156. *addita, non tam huius anni quam longioris temporis historiam continere, patet. Auctor secundae recensionis haec partim aliter disposuit, partim omisit.* 2) *Cf. Gesta Frid. III,* 10. 3) *a.* 1156. 4) *a.* 1156, *Sept.; cf. Otto Fris. Gesta Frid. II,* 32, *SS. XX, p.* 415. 5) *Cf. Cat. I. archiepiscoporum Colon., SS. XXIV, p.* 342, *quem hoc chronicae loco usum esse negaverim; cf. Platner p.* XIII *n.* 6) *Randerath, prope Heinsberg.*

Recensio I. codd. A.

tum coronam imperii suscipientem. Fuit et aliud incentivum et fomes discordiae. Imperatore enim curiam habente cum
1157. primoribus regni apud Bisuntium in Burgundia, affuerunt ex parte papae duo cardinales litteras apostolici ad eum deferentes, in quibus inter alia hoc continebatur: *Beneficium*[1] *coronae tibi contulimus, neque penitencia moveremur, si excellentia tua maiora*[a] *a nobis beneficia suscepisset.* Hoc[b] verbum pro feodo interpres cesari interpretatus est. Hoc audito, imperator in iram nimiam accenditur, set et cuncti principes et amici imperatoris predictum verbum nimium ventilantes, in tantam iram exarserunt, ut eosdem cardinales acerrima morte peremissent, nisi auxilio et ductu imperatoris liberati citius migrassent. Ait ergo imperator: 'Quod a solo Deo habemus, hoc ipsi pro feodi beneficio computant? Numquam in hoc consentientes erimus, set primam vocem electionis regiae episcopo Mogontiensi recognoscimus, regalem consecrationem episcopo Coloniensi, imperialem consecrationem Romano pontifici, coronam vero[c] imperii soli Deo attribuimus. Picturae deleantur, scripturae corrigantur, alioquin inter me et eum numquam erit pax'. Audita itaque Romae[d] ira et

Recensio II. codd. B. C.

dici debet, contumeliae aliud quiddam persimile, quod novae commotionis atque dissensionis magnum seminarium fuit. Imperatore[e] ętenim cum primoribus regni curiam habente in Burgundia apud civitatem Bisunzium[f], affuerunt cardinales duo litteras apostolici Adriani deferentes, in[g] quibus inter alia hec continebantur: *Beneficium corone tibi contulimus, neque penitencia moveremur, si excellentia tua maiora a nobis beneficia suscepisset.* Quod verbum, scilicet beneficium, hii qui circa imperatorem erant usualiter interpretantes et in contumeliam ipsius positum asserentes, animum eius in iram concitaverunt atque predictos cardinales iniuriis affectos e conspectu suo eiecerunt. Ait itaque imperator: 'Quod a solo Deo habemus, coronam videlicet imperii, non Romano pontifici, sed soli Deo attribuimus. Primam vocem regiae electionis episcopo Mogontiensi recognoscimus, regalem consecrationem archiępiscopo Coloniensi permittimus, imperialem consecrationem Romano pontifici assignamus. Picturae itaque deleantur, scripture corrigantur, alioquin inter regnum et

a) a n. m. *A* 1. b) H. v. *des. A* 2. c) i. v. *A* 2. d) *deest A* 1. = e) vero *add. C* 1. f) Bizuncium *C* 2. g) in q. i. a. h. cont. *des. C* 2.

1) *Verba epistolae in Gestis III*, 9. *servatae non satis accurate reddita sunt.*

Recensio I. codd. A.

causa irae imperatoris, magno timore papa et omnes[a] cardinales et cuncti Romani perculsi sunt, et crebris epistolis, quas ad eum et proceres dirigebant, mitigare furorem animi eius nitebantur, dicentes, quod non recte verbum illud, scilicet beneficium, interpretatum esset, eo quod apud eos beneficium non feodum, sed quasi benefactum haberetur[1]. Illud ergo seminarium discordiae inter Romanos et imperatorem erat. Nec hoc latet, quod domnus papa, audito imperatoris adventu ad vincula sancti Petri Roma discedens, iuxta pra- 1159.
tum quoddam cum cardinalibus suis consilium habuerit, ut *Aug.* 1.
domnum imperatorem excommunicaret, et vix peracto hoc consilio, noctu vita decesserit; et quod plurimi cardinales hoc se voto constrinxerint, quod, si domnum papam vita decedere contigisset, nullum ei successorem, nisi qui eiusdem esset propositi et voluntatis contra imperatorem, eligerent. Unde post obitum eiusdem papae magna discordia et scisma lugendum omnibus ecclesiae filiis in aecclesia Dei factum est, ceteris cardinalibus conventionem et votum eorum ignorantibus,

A 2.	*A* 1.
et usque in hanc diem huius scismatis perseverat periculum.	duravitque per 16 annos.

Anno Domini 1157.

Imperator, habita generali curia cum principibus, expeditionem in Italiam contra Mediolanum indixit. Fridericus Coloniensis episcopus castrum Randerode[b] destruxit[2].

Anno Domini 1158.

Imperator Italiam intraturus, Reinoldum cancellarium suum, virum omni probitatis genere mirabilem, et Ottonem palatinum comitem premisit[3]. Qui Bononiam venientes, peractis ibi

Recensio II. codd. B. C.

sacerdotium concordia et pax stare non poterit'. At Romani indignationem et iram imperatoris metuentes, aliam interpretacionem nominis huius protulerunt, et beneficium quasi benefactum[c] intelligi debere dixerunt.

7.[d] Anno dominicae incarnationis 1158[e].

Imperator Italiam intraturus Reginaldum cancellarium suum, postea archiepiscopum, et Ottonem palatinum comitem premisit.

a) *deest A* 2, *ubi* et omnes R. b) Raudenrohde *A* 2. = c) beneficium *C* 1. d) 6. *C* 2. e) 1158. *corr.* 1157. *C* 2.

1) *V. epist. Hadriani Gesta III*, 22. 2) *Cf. Ann. Aquenses l. l.* 3) *Haec narratio desumpta est ex epistola Reinaldi cancellarii et Ottonis palatini comitis ad imperatorem data, quam typis expressit H. Sudendorf, Registr. II*, 131. *P.*

Recensio I. codd. A.

Ep. Rein. negotiis suis, iter suum versus Ravennam dirigunt. Venientes itaque ad eandem civitatem, archiepiscopus eiusdem civitatis[a] habens secum 14 episcopos, quos ob reverentiam imperatoris convocaverat, cum magno honore eos suscepit. Cumque legationem imperatoris civibus intimare voluissent, Willehelmus[b] prefectus eiusdem urbis totaque civitatis nobilitas et militia Anchonam profecti sunt, pecuniam[c] a Greco sibi promissam[c] accepturi et iuramentum fidei suae ei prestaturi. Iuratum est enim ab eis eidem Greco, qui Anchone morabatur, quod ipsi personam eius et res contra omnem hominem tueri deberent. Reinoldus ergo cancellarius et Otto palatinus Ravennae morantes, reditum illorum petente episcopo prestolabantur. Cumque non redirent, Reinoldus et Otto ira moti egressi sunt de civitate post illos, et ecce illi ab Anchona revertentes occurrerunt eis, magnum pondus auri, quod a Greco acceperant, deferentes. Erant autem fere 300. Reinoldi autem milites non amplius quam 10 erant. Irruit ergo spiritus fortitudinis in Reinoldum, et in Domino confisus multitudinem illorum cum paucis suis assiliit. Inito certamine, captus est idem prefectus Willehelmus et filius eius Petrus et sex de nobilioribus civitatis, ceteri fuga vix elapsi sunt. Dum autem Reinoldus et sui Ariminum appropinquarent[d], premiserunt nuncios ad consules civitatis, imperantes eis, ut sibi occurrerent et eos cum captivis suis susciperent. Quod illi statim cum magno honore fecerunt. Sequenti autem die versus Anchonam iter suum dirigunt. Tantus autem terror omnes finitimas civitates et oppida invasit, ut singuli clamarent: 'Ex quo Ravennates, qui domini terrae istius dicuntur, capti sunt, quis poterit evadere de manibus tantorum legatorum'? Transeuntes itaque[e] per omnes maritimas civitates, videlicet Pisaurum, Fanum[f], Senogallum, honorem et terrorem advenientis cesaris diffa-

---

Recensio II. codd. B. C.

Qui Bononiam venientes, peractis ibi negociis imperialibus, Ravennam secesserunt, ibique ab archiępiscopo civitatis ipsius et multis aliis ępiscopis honorifice suscepti sunt. Cumque causam adventus sui civibus intimare voluissent, prefectus eiusdem urbis et caeteri quique nobiliores ex urbe secedentes, Anchonam profecti sunt, quasi non imperatori Romanorum, sed Grecorum pro pecunia sibi promissa fidelitatem debitam servaturi. Quibus redeuntibus accepta pecunia, predictus cancellarius eis occurrit, et, inito certamine, cum 10 suis 300 illorum fugere compulit, ipsum prefectum cum filio et sex[g] nobilioribus cępit secumque Ariminum deduxit[h]. Sequenti autem die versus Anchonam iter arripuit, et dum eum suscipere renuerent, urbem cum exercitu circumdedit civesque ad deditionem coegit. Post hec intercedente archiępiscopo Ravennati pro civibus suis, quos cancellarius captos tenebat, eorum absolutionem meruit, totaque civitas domno imperatori fidelitatem iuramento firmavit, quod ante 200 annos nulli imperatorum exibitum fuerat.

a) urbis *A* 2. b) Wilhelmus *A* 1. c) pecunia — promissa *A* 1. d) prop. *A* 1. e) Transeuntesque *A* 1. f) Fermum *epist. l. c.* = g) 7 *C* 2. h) duxit *C* 2.

Recensio I. codd. A.

mabant. Anchonitani vero Greco fidem servantes, ad eos exire noluerunt. Qua de causa Reinoldus cancellarius et Otto palatinus, collectis undique tam militum quam peditum copiis, castra metati sunt iuxta mare, volentes civitatem assultu petere et quicquid extra muros erat devastare. Cives vero videntes periculum sibi imminere, rogaverunt Grecum, ut eis occurreret et iram eorum[a] mitigaret. Qui, misso ad eos uno comite Alexi, peciit, ut et civitati vellent pro ipsius amore et obsequio parcere et ipsum alloqui et videre. Quod et factum est. Exivit enim ad eos idem Grecus cum omnibus soldariis suis prope castra eorum, et ipsi nichilominus cum timpanis[b] et vexillis et equis faleratis eum susceperunt. Haec autem omnia egit Reinoldus pro gloria imperatoris. Cum ergo sic in unum convenissent, cancellarius et palatinus ceperunt Greco obicere quae de eo eis fuerant nunciata. De quibus omnibus ipse se manifeste et competenter excusavit, asserens, se ipsum et totam pecuniam domini sui regis Grecorum ad beneplacitum Romani imperatoris expositurum. His ita compositis, ab expeditione et armis manum continuerunt, accepto[c] tamen ab Anchonitanis fidei iuramento. Archiepiscopus vero Ravennae ibi existens, pro liberatione hominum suorum[d] laborans, precibus hoc obtinuit, quod captivos cum integritate rerum suarum dimiserunt, hac conditione, quod tota civitas debitam imperatori iuravit fidelitatem, transactis scilicet 200 annis, ex quo Ravenna nulli imperatorum fidelitatem fecit. Haec itaque operatus est[e] Reinoldus, cum adhuc esset imperatoris cancellarius. *Ep. Rein.*

Igitur imperator, maximo exercitu Theutonicorum adunato, animose et gloriose Lombardiam ingreditur, multis sibi associatis imperii principibus, inter quos precipui erant rex Boemiae, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Heinricus dux Saxoniae[1], Fridericus dux Alamanniae, Bertholfus[f] dux Alsatiae[2], Heinricus dux Karintiae, Ludowicus lantgravius, Cuonradus palatinus Rheni, et alii quam plures Romanae virtutis proceres. Transcensis itaque Alpibus, ventum est ad fluvium qui Adua nuncupatur. Mediolanenses vero pontes omnes eiusdem torrentis destruxerant, ut imperatori impedi-

Recensio II. codd. B. C.

Igitur imperator eodem anno[g], propter insolentiam Mediolanensium valido exercitu adunato, Longobardiam ingreditur, multis se comitantibus regni principibus, quorum precipui erant rex[h] Boemie, Heinricus dux Saxoniae, Fridericus dux Alamanniae, Bertolfus[i] dux Karinthie, Heinricus dux Alsaciae, Lůdewicus[k] lantgravius, Cunradus comes palatinus, Fridericus Coloniensis archiępiscopus. Transcensis itaque Alpibus, cum ventum fuisset ad fluvium qui Adua nuncupatur, et eum sine gravi periculo nemo transire[l] potuisset, eo quod Mediolanenses omnes pontes eius diruissent, Boemii

a) eis *A* 2. b) tymphanis *A* 2. c) recepto *A* 2. d) suique *A* 2. e) *deest A* 1. f) Berchtolfus A 1. = g) eodem anno *paullo infra post* adunato *ponit C* 2. h) dux *e corr. B* 1. i) Bertholfus *C* 2. k) Ludow. *C* 1. l) transsire *B* 1.

1) *Qui huic expeditioni haud interfuit, sed dux Heinricus Bavariae; v. Lehmann p.* 36. 2) *de Zaringen.*

Recensio I. codd. A.

mentum itineris facerent, mutata superbia illa qua ante cesari mandaverant, scilicet non sibi necesse esse, ut se usque Mediolanum fatigaret, quoniam apud Aduam fluvium ei vellent occurrere. Itaque quidam ex militibus freti audatia, subvecti fortibus equis, fluvium transvadare ceperunt; set multi ex ipsis nimietate undarum pressi submergebantur, aliqui, equis submersis, vix evaserunt, ac quosdam Mediolanensium, quos in ripa offenderant, fugaverunt. Boemi vero quendam de Longobardis capientes, minis extorserunt, ut eis vadum torrentis ostenderet[a]. Quo demonstrato, certatim evadentes, constratis pontibus tutum omni exercitui transitum fecerunt per triduum. Cesar vero ut ulteriores attigit ripas, regiones Mediolanensium ingreditur, cum ecce Papienses et Cremonenses cum valido exercitu se ei iunxerunt, qui et ipsi inimici erant Mediolanensium. Nec mora, castrum cui Trittium[b, 1] nomen est, ubi presidia Mediolanensium erant, obsessum ceperunt. Imperator vero Mediolano[c] appropinquans, premisit marscalcum[d] suum cum 50 militibus, ut videret, quo loco castra cesaris circa civitatem locarentur. Secuti sunt autem eundem marscalcum plus quam 500 milites, quorum de numero comes Austriae[2] Ekkebertus[e] nomine erat, absque iussu imperatoris cum illis profectus. Venientes itaque Mediolanum, vident civitatem omni parte munitam, obseratis omnibus firmiter portis, et nec sonum in ea aliquem omnino facientem. Considerantes ergo[f] cum ociosa oportunitate civitatem, fossata, stratas et loca, ubi aptius castra metarentur, nullum,

Recensio II. codd. B. C.

quendam Longobardum capientes, minis extorserunt, ut eis vadum fluminis ostenderet, et sic demum constratis pontibus per triduum incolumis transivit exercitus omnis. Post hoc Papienses et Cremonenses cum valido exercitu se imperatori coniungentes, quia et ipsi hostes Mediolanensium existebant, repente castrum cui Trittium[g] nomen erat, ubi presidia Mediolanensium fuerant[h], obsidentes et expugnantes cęperunt. Imperator vero Mediolanio[i] appropinquans[k], premisit marscalcum suum cum 50 militibus ad investiganda oportuna castrorum loca[l]. Quibus dum se Ekkebertus comes Austriae cum 500 et eo amplius militibus sociasset, consideratis castrorum locis, dum redirent, et comes predictus aliquantu-

a) ostenderent *A* 1. b) Trictium *A* 2. c) et M. *A* 2; Mediolanum *A* 1. d) m. s. c. 50 m. p. *A* 1. e) Eckebertus *A* 1 *semper*. f) igitur *A* 2. = g) Trucium *C* 2. h) erant *C* 2. i) Mediolano *C* 2. k) appropians *C* 2. l) l. castr. *C* 2.

1) *Trezzo; iam antea captum; v. Lehmann p.* 36, *qui etiam de sequentibus fusius egit.* 2) de Bubingov, *Ottonis Fris. cont. Sanbl.* c. 11, *SS. XX, p.* 308.

Recensio I. codd. A.

ut diximus, ex urbe contra se bellicum motum senserunt[a], sicque citato cursu ad imperatorem redire ceperunt. Comes vero Ekkebertus cum paucis suorum infausto auspicio tardius ac morose regrediebatur. Quod intuentes qui in urbe erant, pene ad 2000 e portis eruperunt, et eos insecuti, grave bellum commiserunt. Ibi fortissimus comes Ekkebertus occisus est cum nonnullis, aliqui vero captivati sunt. Quo comperto cesar inter cenandum, predictum comitem satis luctuose deploravit, alios de inobedientia coarguit, ipse vero sequenti die cum omni exercitu Mediolanum accessit et castra sua ante portam quae Romana dicitur locari fecit, reliquis principibus circa alias portas et oportuna loca observantibus, excisis vineis quae in circuitu urbis erant. Sic ergo Mediolanum a toto exercitu omni parte obsessum est. Nec vero omnia quae in illa obsidione gesta sunt describenda suscepimus, quia nec nostrae cuncta patent cognitioni, quoniam qui singula describere vellet modum Regiae Cronicae excederet, licet a nonnullis haec studiose perscripta noverimus. Cum ergo sic[b] Mediolanenses obsessi essent, quadam die, quietis caesarianis, arma corripiunt[c] et e tribus portis audacter erumpunt, ex una scilicet ubi imperatoris[d] castra erant, ex alia ubi rex Boemiae observabat, ex tercia ubi dux Saxoniae erat. Commissum est itaque grave prelium, caesarianis pro gloria, Mediolanensibus pro salute pugnantibus. Victi sunt tandem Mediolanenses et in urbem redire coacti. Ergo per aliquot dies sic obsessis[e], multitudine ruricolarum intus conglobata, cum animalia ad pascua exire nequirent, fetor ingens in urbe prevaluit. Considerantes quoque Medio-

---

Recensio II. codd. B. C.

lum moras faciens tardius sequeretur, Mediolanenses ad duo pene milia subito é portis eruperunt, et commisso prelio comitem cum nonnullis peremerunt, quosdam vero captos abduxerunt. Hac temeritate eorum motus imperator, die sequenti cum omni exercitu ad loca castrorum accessit, et excisis vineis quae in circuitu civitatis erant, ipsam obsidione forti circumdedit. Cum ergo sic[f] Mediolanenses obsessi essent, quadam die, quietis[g] cesarianis, arma corripiunt et e tribus portis audacter erumpunt, ex una scilicet ubi imperatoris[h] castra erant, ex alia ubi rex Boemiae observabat, ex tercia ubi dux Saxoniae erat. Commissum est itaque grave prelium, cesarianis pro gloria, Mediolanensibus pro salute pugnantibus. Victi sunt tandem Mediolanenses et in[i] urbem redire coacti.

Ergo per aliquot[k] tempus sic obsessis, multitudine ruricolarum intus conglobata, cum animalia ad pascua exirę nequirent, fetor ingens in urbe prevaluit. Considerantes quoque Mediolanenses nequaquam se

a) ... senserunt *A*1. b) M. sic *A*1. c) arripuerunt *A*1. d) i. c. e. ex a. u. *des.* *A*2. e) obsis *A*1. = f) Mediol. sic *C*2. g) *deest* *C*1. h) c. imp. *C*2. i) ad *C*2. k) aliquod *C*2.

Recensio I. codd. A.

lanenses nequaquam se[a] imperatoriae maiestati resistere, deditionem facere disposuerunt. Episcopo itaque precedente, et clero ac deinde militibus, ad extremum plebe sequente, pulchro spectaculo ad tentoria imperatoris processerunt, pacem et misericordiam postulantes. Imperator itaque ex consilio principum veniam pacemque victis indulsit sub congruenti conditione et annui tributi redibitione[1]. Facta est conditio
Sept. 8. huius victoriae in nativitate Dei genitricis Mariae. Ipsa die caesar coronatus Mediolanum intravit, multis ante se[b] imperatoribus hoc ingressu negato. Itaque imperator victoriosus inde digressus, acceptis obsidibus fere 500, velut de Mediolano securus, ad alia negotia intendit animum. Nec multo post[2] Reinoldum cancellarium et Cuonradum[3] palatinum[c] misit Mediolanum pro conditione tributi, quod eis victis inposuerat. Mediolanenses vero ingenitae sibi fraudis memores, necare legatos imperatoris et bellum innovare disposuerunt. Quod cum cancellario et palatino innotuisset, mutato habitu nocte de civitate fugientes, ad imperatorem venerunt et ei singula quae acciderant indicaverunt. Quibus cognitis, imperator furore succensus, directis undique nuntiis, principes et exercitum readunari iussit ac denuo Mediolanum obsideri mandavit; sicque per triennium in obsidione et vastatione non urbis, sed regionis insudavit.

Recensio II. codd. B. C.

imperatoriae maiestati resistere, dedicionem facere disposuerunt. Ępiscopo autem precedente, et clero ac deinde militibus, ad[d] extremum plebe sequentę, pulchro spectaculo ad tentoria imperatoris processerunt, pacem et misericordiam postulantes. Imperator itaque ex consilio principum veniam pacemque victis indulsit sub congruenti conditione et annui tributi redibitione. Facta est conditio huius victoriae in nativitate Dei genitricis Mariae. Ipsa[e] die cesar coronatus Mediolanum intravit, multis ante se imperatoribus hoc ingressu negato. Itaque imperator victoriosus inde digressus, acceptis obsidibus fere 500, velut de Mediolano securus, ad alia negocia intendit animum. Nec multo post Reinoldum cancellarium et Cunradum palatinum misit Mediolanum pro conditione tributi, quod eis victis imposuerat. Mediolanenses vero ingenite sibi fraudis memores, necare legatos imperatoris et bellum innovare disposuerunt. Quod cum cancellario et palatino innotuisset, mutato habitu nocte de civitate fugientes, ad imperatorem venerunt et ei singula quae acciderant indicaverunt. Quibus cognitis, imperator furore succensus, directis undique nunciis, principes et exercitum readunari iussit ac denuo Mediolanum obsideri mandavit; sicque per triennium in obsidione et vastatione non urbis, sed regionis insudavit.

a) i. m. se *A 1*. b) *deest A 1*. c) palent. *A 2*. = d) *deest C 2*. e) Ipso *C 2*.

1) *Haec nimis ampliata sunt.* 2) *Ianuar.* 1159. 3) *Ottonem de Witilincbach; cf. Gesta Frid. IV,* 21.

Recensio I. codd. A.

Eodem anno apud Papiam Fridericus Coloniensis episcopus obiit.

Anno Domini 1159.

Imperator natale Domini in Lonbardia celebrat, exercitu regiones Mediolanensium obsidente. Colonienses vero pari voto et communi electione Reinoldum cancellarium in pontificem sibi elegerunt, qui adhuc in Italia cum imperatore erat.

His diebus imperator, coadunato universo exercitu, Cremam urbem munitissimam per septem menses expugnabat [1]. Hi autem qui in urbe erant loci munimine freti, duos Theutonicos milites captos in conspectu caesaris suspenderunt. Quibus visis, tam imperator quam exercitus urbem assultu[a] inpetebant. Nec pacis aut[b] veniae locus erat, set quicumque ex[c] utraque parte capiebantur statim suspendebantur. Interea dux Saxoniae circa ortum cuiusdam diei cum militibus fere 40 agris Mediolanensium astitit, viditque eos agriculturae operam dare et pone[d] unumquodque aratrum equitem armatum incedere. Nacta ergo oportunitate, cum clamore militari in eos irruit. Qui, dimissis aratris, fugae presidium arripuerunt. At hi qui in civitate erant, viso duce, portas clauserunt nec fugientes socios intromiserunt. Alii[e] ergo a militibus ducis occisi, alii sunt capti. Captus est ibi a duce ex Mediolanensibus miles pulcherrimus[f], armis decorus ac sericis indutus et omni membrorum qualitate spectabilis[2]. Dux itaque Cremis ad imperatorem revertitur.

Recensio II. codd. B. C.

Eodem tempore Fridericus Coloniensis archiępiscopus, qui erat in eadem expeditione, casu de ęquo corruens, ruptis interioribus, post paucos dies apud Papiam vitam finivit, corpusque eius exossatum ad sedem propriam relatum est.

8.[g] Anno dominicae incarnationis 1159.[h]

[Domnus[i] Reinoldus imperatoris cancellarius, de quo multa iam premisimus, ipso imperatore missis et scriptis petente et suggerente, archiepiscopus Coloniensis ecclesie eligitur et constituitur, sed nondum consecratur. Hisdem diebus imperator, coadunato universo exercitu, urbem Cremam munitissimam per 7 menses oppugnabat. Hiis autem qui intus erant viriliter repugnantibus, et multis

a) assaltu appetebant *C* 2. b) ac *A* 2. c) ex u. *des.* *C* 2. d) prope *C* 2. e) Alii — capti *des.* *A* 1. f) pulcherrimis a. decoris *A* 2. = g) 7. *C* 2. h) 1159. *corr.* 1158. *C* 2. i) Domnus — cyneres redegit *des.* *B* 1. *C* 2, *qui narrationem codicum* *A*: Imperator coadunato universo — felix uterque (*p.* 103) *repetunt.*

1) '*Quaecunque de Cremae obsidione prodita invenimus, eae maxima ex parte narratiunculae sunt, unde ad res gestas cognoscendas nihil redundare possit*'. *Lehmann p.* 37. 2) *Cf. similem narrationem Gesta Frid. IV*, 46.

Recensio I. codd. A.

Miles vero ille pro vita sua duo milia marcarum spopondit; sed caesar vindictam animo gerens, equa sorte ut ceteros iubet eum ante portam urbis suspendi, multis etiam ex Theutonicis pro forma illius compatientibus. Tandem Cremenses vim militum ferre non valentes, petitis dextris imperatoriae se et urbem[a] tradunt potestati[1]. Dedit autem imperator facultatem singulis, ut quaeque humero gestare[b] potuissent, efferrent[c]; ubi matrona quaedam neglectis opibus virum suum debilem permissu caesaris humeris impositum urbe eduxit[d]. Sic itaque Crema victa et subacta est, in qua spes maxima Mediolanensium erat. Interea[e] legati Coloniensium Italiam veniunt, domnum Reinoldum cancellarium[f] sibi in pontificem deposcunt. Gavisus ergo imperator, quod locum honoris deferendi[g] ei invenisset, grato animo Coloniensem episcopatum et quae sui iuris erant tradidit. Nec multo post idem Reinoldus, accepta licentia imperatoris, de Italia Coloniam venit, novam militiam imperatori adducturus. Susceptus itaque honorifice a capitaneis et civibus Coloniensis ecclesiae, dispositis in brevi negotiis suis[g], cum 300 electis militibus rursum in Lonbardiam[i] ad imperatorem revertitur[2].

Illis diebus imperator, relictis tentoriis ac somariis et omnibus impeditivis, expedite cum militibus et armis per diem et noctem rapuit se in terram et montana Brixiensium, destruens pontes et castella pontium per diversas aquas, unde[k] mercatus adduci poterat Mediolanensibus, villas quoque innumeras circumquaque devastans[l]. Erat quidam burgus civitati comparabilis[3], clausus lacu, Alpibus et palude, tam natura et[m] situ loci fortissimus, quam[n] omni divitiarum[o]

Recensio II. cod. C 1.

hinc et inde corruentibus, Cremenses tandem rebus suis diffidentes in deditionem venerunt, seque et urbem imperatoris arbitrio tradiderunt. Sic itaque Crema victa et subacta est, in qua spes maxima Mediolanensium erat. Post hec imperator, in terram Brixiensium traiecto exercitu, pontes et castella pontium per diversa flumina, unde mercatus Mediolanensibus apportari poterat, villasque quam plurimas devastabat. Erat quidam burgus clausus lacu, palude et montibus, natura et situ loci nvictissimus omnique genere divitiarum opulentus, adeo ut Brixienses

a) *deest A 2.* b) gestare — deportavit *maiori littera scripta sunt A 1.* c) ex urbe afferrent *B 1. C 2.* d) deportavit *A 1.* e) Igitur *A 2.* f) c. suum electum dep. *B 1*; suum cancellarium sibi electum d. *C 2.* g) ei d. *A 1.* h) *deest A 1.* i) Longobardiam *B 1. C 2.* k) inde *B 1.* l) destruxit *A 2.* m) quam *C 2.* n) et *C 2.* o) g. d. *C 2.*

1) 1160, *Ian.* 26. 2) *a.* 1159, *Octobr.* 12. *apud Cremam erat; Ficker, 'Reinald' p.* 33. 3) *De cuius situ non constat.*

Recensio I. codd. A.

genere opulentus, adeo ut[a] Brixienses ibi plus quam in Brixia fiduciam haberent, et, ut dicebatur, Mediolanenses ibi se recipere cogitaverant, si Mediolano pellerentur. Cum igitur[b] milites Brixienses et habitatores loci illius innumerabiles[c] fossatis ac vectibus et multiplici munitionis genere ad defensionem se preparassent, ubi per paludem artissimus patebat introitus attemptati a militibus Theutonicis, subito victi, fugati, cesi et captivati sunt innumeri, civitas capta, et preda mirabilis in ipsa est deprehensa. Totus exercitus huius predae copia ditatus[d] esset, nisi intempesto[e] noctis silentio ignis furtim immissus predam ipsam simul et civitatem in cineres redegisset. Accessit huic[f] fortunae, quod ante festum beati Laurentii capti sunt ex Mediolanensibus 1161? *Aug.* 10. amplius quam 500, innumeri occisi, militibus Coloniensibus pugnam incipientibus[1] et a meridie usque ad noctem cum magno hostium dampno viriliter perseverantibus, imperatore circa vesperum tantum cum centum quinquaginta militibus eis succurrente et ita ibidem ante ipsam portam Mediolani militante. Ibi sub eo equus suus optimus est interfectus, et ipse inter clipeum et corpus lancea[g] crudeliter est petitus. In alium tamen transiliens equum, per gratiam Dei intactus et omnino incolumis evasit, miles strennuus, imperator incautus, felix uterque.

Anno Domini 1160.

Imperator natale Domini in Italia celebrat, necdum Mediolano subacto; fraudulenter tamen deditionem facere disponebant. Offerebant siquidem destruere partem fossati, destruere etiam 40 ulnas muri ad introitum et exitum civitatis, ut transeat imperator cum exercitu, et deicere 30 turres equales domibus et preterea excellentem turrim Sanctae Mariae, dare 300 obsides, decem milia marcarum et tributum singulis annis de civitate et provincia. Itaque

---

Recensio II. cod. C1.

in ipso amplius quam in Brixia fidutiam haberent et, sicut dicebant, Mediolanenses ibi se recipere cogitabant, si Mediolano pellerentur. Igitur habitatores loci illius dum se ad repugnandum confidenter preparassent, a militibus Teutonicis per paludem, ubi artissimus patebat introitus, ingressis subito victi, fugati, cesi et capti sunt. Civitas capta, et preda magnifica in ipsa deprehensa. Sed intempesto noctis silentio ignis furtim inmissus, predam ipsam simul et civitatem in cyneres redegit].

a) adeo Brixiensis ut *corr.* ibi *B* 1. b) ergo *A* 2. c) innumerabilibus *C* 2. d) e. d. *B* 1. *C* 2. e) intempeste *C* 2. f) et huic *C* 2. g) et lanceam est cr. *A* 1.

1) *De pugna a.* 1161, *de qua refert Otto Morena, SS. XVIII, p.* 633, *sermo esse videtur; cf. Lehmann p.* 37.

Recensio I. codd. A.

imperator, conscius doli illorum, haec respuit universa. Illi tamen fortiter instabant pacto, regem Boemiae et lantgravium sollicitantes precibus et promissis, ut per eos gratiam imperatoris recuperarent; set ceteri principes odio lantgravii et Boemii pactum quod offerebant imperatorem recipere non paciebantur[1].

Illis diebus imperatore curiam habente apud Parmam civitatem Italiae[2], advenit Stephanus, frater regis Ungariae, regnum laborans percipere ab imperatore, et ei tria milia marcarum per singulos annos persolvere promittebat; set ea res effectum non habuit. Ibi et nuntii Veneciorum caesarem adeunt, pacem et gratiam eius obnixe postulantes, cum quibus ipse honorabiles legatos remisit. Affuit etiam ibi quidam episcopus Sardiniae, legationem ad imperatorem a principe Sardiniae, viro potenti et ditissimo, afferens[a]. Promisit siquidem idem princeps investituram et coronam regni Sardiniae ab imperatoris manu[b] suscipere[c] et tributum honestum annuatim ei persolvere. Dux etiam Welpho ei curiae interfuit, ducatum Spoletanum ac marchiam totius Tusciae superbe[d] ac minaciter postulans. Set imperator talia tantaque nimis inportune requirenti nil ex omnibus his concedens, inexauditum et quasi confusum abire permisit.

Eodem anno[3] Arnoldus Mogontiensis archiepiscopus a civibus suis occisus est. Populus enim furens[d], immo demonium habens, eundem pontificem in civitate obsessum,

---

Recensio II. codd. B. C.

9.[e] Anno dominicae incarnationis 1160.

Imperatore curiam apud Parmam urbem Ytaliae habente[f], [advenit[g] quidam Stephanus, frater regis Ungarie, regnum laborans percipere ab imperatore, et ei tria milia marcarum per singulos annos persolvere promittebat; sed ea res effectum non habuit]. Affuerunt [etiam[h]] nuncii Venetiorum, pacem et gratiam imperatoris obnixe postulantes, cum quibus ipse honorabiles legatos remisit. Affuit etiam ibi quidam episcopus legatus principis Sardinie, viri potentis et ditissimi. Promisit namque idem princeps investituram et coronam regni Sardiniae a manu imperatoris suscipere et tributum excellentie eius condignum[i] annuatim persolvere. Dux etiam Welpho[k] ei[l] curiae interfuit, ducatum Spoletanum[m] ac[n] marchiam tocius Tusciae superbe ac minaciter postulans. Sed imperator talia tantaque[o] nimis importune requirenti nil ex omnibus his concedens, inexauditum et quasi confusum abire permisit.

a) efferens *A* 2; *deest A* 1. b) manibus *A* 1. c) recipere *A* 2. d) *deest A* 2. = e) 8. *C* 2. f) tenente *C* 2. g) *haec desunt C* 1. h) *deest C* 1. i) tr. c. exc. ei. a. exsolvere *C* 2. k) Welpo *C* 2. l) eidem *B* 1. *C* 2. m) Spolit. *B* 1. *C* 2. n) et marchia t. s. T. ac punaciter (pertinaciter?) *C* 1. o) namque *C* 1.

1) *Haec certe in a.* 1161. *collocanda sunt.* 2) *De hac praeterea nihil constat; sed a.* 1164. *curiam Parmae habuit, ubi episcopus Sardiniae affuit; Lehmann p.* 39. *Sed quae de Welfone narrantur ne huic quidem anno conveniunt.* 3) *Anno* 1160.

Recensio I. codd. A.

deinde ad monasterium Sancti Iacobi[a], quod in superiori parte urbis situm erat, fugientem persequens, ipsum monasterium cum claustro penitus succendit et eum intus latitantem crudeliter peremit[b].

Anno Domini 1161.

Adrianus papa obiit[1], et ea acta sunt quae superius retulimus[2]. Nam cardinalibus ad electionem considentibus[c] et in electione Ruolandi, cancellarii prioris papae, ex magna parte concordantibus et eum inmantare cupientibus, refugit obstinatissime, indignum se hoc honore et onere vociferans. Hoc illi audientes qui imperio favebant, Octavianum cardinalem, virum nobilem, elegerunt et Romano more immantatum Victorem appellaverunt et in iubilo vocis in sede beati Petri collocaverunt; qui mox Romae consecratus est Nonas Octobris[3]. Quidam vero ex cardinalibus nono die *Oct. 7.* apud Cisternam castrum[4] convenientes, predictum Ruolandum rursum eligentes, inmantatum ibidem consecraverunt

---

Recensio II. codd. B. C.

Eodem[d] anno Arnoldus Mogontiensis archiepiscopus a[e] civibus suis, cum quibus diu contenderat, apud monasterium Sancti Iacobi, quod in superiori parte urbis situm erat, crudeliter peremptus est, ipsumque monasterium cum claustro igne penitus consumptum[f].

9. Anno Domini 1161.

Adrianus[5] papa, audito imperatoris adventu, circa festum beati Petri quod dicitur ad vincula, cum cardinalibus suis Romam egressus, consilium habuit, ut ipsum imperatorem excommunicaret; sed nocte ipsa morte preoccupatus consilium, infectum reliquit. Sed dum cardinales quidam hoc sę voto pertinaci constrinxissent, quod nullum ei successorem, nisi qui eiusdem propositi et voluntatis erga imperatorem ęssęt, eligerent, domnum Růlandum[g], prioris pape cancellarium, concorditer elegerunt. Quem dum Romano more inmantarę voluissent, restitit obstinatissime, indignum sę hoc honore, quin immo onerę, contestatus. Hoc illi audientes qui imperio favebant, Octavianum cardinalem, virum nobilem, elegerunt et Romano more inmantatum Victorem appellaverunt et in iubilo vocis in sede beati Petri collocaverunt; qui mox Rome consecratus est Nonas Octobris. Quidam vero ex cardinalibus nono die apud Cisternam castrum convenientes[h], favore Siculi et eorum qui discordiam inter regnum et sacerdotium facerę nitebantur, predictum Rulandum rursum[i] eligentęs, inmantatum

a) apostoli *add. A* 1. b) interemit *A* 1. c) consed. *A* 1. = d) Eodem — consumptum *in loco raso B* 1. e) cum *C* 2. f) c. est *C* 2. g) Roll. *C* 1; *mox* Rol. h) venientes *C* 2. i) rursus *B* 1. *C* 2.

1) 1159, *Sept.* 1; *supra p.* 95. 2) *a.* 1157. 3) *Victor IV. die* 7. *Septembris electus et die* 4. *Octobris Farfae consecratus est. Cf. Jaffé, Regest. p.* 679. *P.* 4) *Inter Ariciam et Terracinam situm. Sed etiam haec minus recte sunt relata.* 5) *V. rec. I. a.* 1157, *supra p.* 95.

Recensio I. codd. A.

et Alexandrum vocaverunt. Itaque imperator, qui adhuc in obsidione Mediolani[1] morabatur, ut hoc scisma sanctae ecclesiae removeret, curiam et concilium generale in octava
1160. epyphaniae apud Papiam indixit omnibus episcopis et prin-
Ian. 13. cipibus tam totius Alamanniae quam Lonbardiae, Tusciae, Ungariae et Franciae, misitque episcopos Praiensem[2], Verdensem et Mantuanum, vocans utrosque electos et electores ad iudicium ecclesiae. Itaque Octavianus, qui et Victor, cum suis fautoribus curiae et concilio se devote presentavit. Ruolandus vero, qui et Alexander, audita legatione imperatoris, venire recusavit. Qua de causa omnes episcopi qui presenti concilio aderant Ruolandum excommunicaverunt et Octavianum pro apostolico susceperunt. Similia acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremone habuit
Mai 21. in dominica quae est ante ascensionem Domini. Qui autem plenius eventum rei scire voluerit, ex litteris predicti papae Victoris, quas Coloniensi archiepiscopo misit, colligere potest. Scripsit enim ei quae subiecta sunt:

Credimus indubitanter, frater carissime, quod tua discretio nostre promotioni in Domino congratuletur, et qualiter facta sit, ardentissime nosse laboret. Quocirca te, quem hactenus dileximus et deinceps propensius diligere intendimus, super hac certificari volumus. Domino itaque et patre nostro bonae memoriae papa Adriano viam universae carnis ingresso, placuit saniori parti fratrum nostrorum, episcoporum, presbiterorum, diaconorum cardinalium et cuncto

---

Recensio II. codd. B. C.

ibidem consecraverunt [et[a] Alexandrum vocaverunt]. Itaque imperator, qui adhuc in obsidione Mediolani morabatur, ut hoc scisma sancte aecclesie removeret, curiam[b] et concilium generale in octava epyphanie apud Papyam indixit omnibus episcopis et principibus tam tocius Alemannie quam Longobardie, Tusciae, Ungariae et Franciae, misitque episcopos Praiensem, Verdensem[c] et Mantuanum, vocans utrosque electos et electores ad iudicium aecclesiae. Itaque Octavianus, qui et Victor, cum suis fautoribus curie et concilio se devote presentavit. Růlandus vero, qui et Alexander, audita legatione imperatoris, in hec verba respondit: 'Ego vocare debeo, non vocari; ego iudicare debeo, non iudicari'. Quod eius responsum a sanioribus[d] valde detestatum est, eo quod iudicium aecclesie refugeret[e]. Qua de causa omnes episcopi qui presenti concilio aderant Rulandum excommunicaverunt et Octavianum pro apostolico susceperunt. Similia acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremonae habuit in dominica quae est ante ascensionem Domini.

a) *haec desunt C1.* b) conc. et cur. *B1. C2.* c) et V. *B1. C2.* d) sen. *C1.* e) fugeret *C2.*

1) *Cremae.* 2) *i. e. Pragensem.*

Recensio I. codd. A.

clero Romano, ut ad peticionem universi populi Romani et ad assensum totius fere senatus et capitaneorum, baronum, nobilium tam extra quam infra Urbem commorantium, nos in regimen[a] *apostolicae sedis eligerent et in sede beati Petri*[b] *collocarent, quod quidem non nostris meritis, set divina providentia evenisse, nullatenus dubitamus. Etsi iniquorum nos turba lacessat, confidimus tamen in domino Iesu, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, quod haec omnia ipsius misericordia ordinante fiant, videlicet ut iam nunc a granis paleae separentur, ab agnis edi*[1]*, a bonis piscibus mali, sicque de regno eius iam scan dala multa colligantur. Novit liquido tua, dilecte frater, discretio, quanta orta fuerit inter ecclesiam Dei et imperium, inter regnum et sacerdotium discordia, ad quam sedandam spem habemus in eo confortari qui in se confidentium*[c] *disponit saluti. Testis est nobis Dominus, quod huius rei fiducia hoc onus precipue suscepimus. Idcirco te, frater carissime, in Domino exhortamur, ut una nobiscum auctorem omnium exorare non desistas et dilectissimum filium nostrum Fridericum Romanum imperatorem victoriosissimum in id*[d] *ipsum admoneas, ut ipsius pio adiutorio cunctos Christi inimicos et scismaticos superemus.*

Simili modo Ruolandus[e], qui et Alexander, de istis scripsit, Victorem et suos sequaces scismaticos appellans.

Itaque imperator et qui sub Romano imperio erant Victorem pro catholico papa habebant. Aliarum autem provinciarum reguli et populi Alexandrum pro apostolico, nescio an odio imperatoris an respectu iusticiae, excolebant.

Eodem anno patriarcha Aquileiensis[2] obiit; cui successor electus est quidam nobilis iuvenis, cognatus impera-

---

Recensio II. codd. B. C.

Itaque imperator et qui sub eius erant imperio Victorem loco summi pontificis habebant, aliarum autem reges et principes provinciarum, episcopi et abbates populique omnes Alexandro tamquam catholico pape parebant. Qui post hec[f] transiens in Franciam, a rege Francie omnibusque[g] episcopis et abbatibus honorifice suscipitur, a quibus etiam per aliquot[h] tempus habundantissime sibi suisque necessaria subministrantibus detinetur[i].

a) regnum *A* 2. b) apostoli *add. A* 1. c) confitent. *A* 1. d) *deest A* 1. e) Ruland. *A* 1; Roland. *A* 2. = f) hoc *C* 1. g) que *deest C* 1. h) aliquod *C* 2. i) *h. l. in cod. B* 1. *manus paullo recentior saec. XIII. duobus foliis post adiectis, narrationem de excidio Mediolani ex rec. codd. A. ad verbum descriptam inseruit, verba scilicet:* Anno Domini 1162. Mediolanum devictum atque destructum est — in civitate vero nulli permittebatur habitatio.

1) *i. e. hoedi.* 2) *Peregrinus I, qui sedit ab anno* 1132—1161, *Aug.* 8.

Recensio I. codd. A.

toris, nomine Uodalricus. Quo Cremonam[1] ad curiam perducto et ab imperatore regalibus investito, cum sponsionem ei fecisset, se domno papae Victori obediturum et ad ipsum se statim iturum, infirmitatem simulans et per Padum fluvium navigio descendens, neglecto papa, qui tunc apud Regium morabatur, pertransiit. Miserat autem imperator cum eo legatum suum[2] simulque Heinricum ducem [illustrem[a]] Karintiae. Qui cum versus Aquileiam iter tenerent, mutata societate patriarcha cum legato imperatoris versus Tarvisium[3] per paludes girabant, dux vero ceptum iter peragens, cum omnes sui forti navigio veherentur, ipse in navicula, segregatus a suis omnibus, a quatuor nautis Venetis ferebatur. Cumque portum transfretare deberet, ubi flumen Taliamentum in mare decurrebat, estuantibus undis ex collisione maris et fluminis impetu, dux ille inclitus cum vita pariter et navi pelago est involutus[4]. O infortunium miserabile! Quem nuper missum in Greciam foris tot extera maria servaverant, domi patriae flumen absorbuit; qui a vitae cunabulis nunquam a suis solus est inventus, in mortis navicula omnium suorum unicus morti est deputatus! Dux itaque novem diebus sub aqua volutatus, decima a Venetis repertus et in civitate quae Caberloge dicitur sepultus est, set per comitem Aquileyae[5] tam prece quam precio redemptus et per Aquileyam ad monasterium Rosaz[6], quod in montanis[b] situm est, delatus et in sepulchro patris sui reconditus est; planxitque eum universa terra illa et imperii curia tota.

Interea Mediolanenses totis iam viribus exhausti, veram deditionem facere cogitabant. Litigabant siquidem intra urbem unus contra alium, clericus contra monachum, monachus contra clericum, senex contra iuvenem, populus contra

Ep. Burch. principes, eo quod urbem caesari tradere voluissent. Famam quoque invictissimi imperatoris omnes ceteri terrarum reges contremiscebant, et qui semper inimicitiis inter se bachari consueverant, nunc mutua pace firmata convenerunt in unum adversus dominum suum Romanum imperatorem, animis, non preliis, fraudibus, non viribus, in tantum quod eodem anno quinque regum nuntii propter hoc foedus faciendum in uno loco convenerant. Grecus cum Ungaro treugam fecit per quinquennium. Scripsit etiam idem rex Greciae regibus Turchiae, Babiloniae, Persidis et Comaniae, nuncians illis, quod Romanus imperator terram suam et illorum occupare intendat, si de Mediolano finem faciat. Idem timebant reges Hispanus, Barcilonensis, Francigena et Anglicus. Sic enim scripserunt eis Ruolandus et cardinales eius, excitantes odium imperatori.

a) *deest A* 1. b) monte *A* 1.

1) *Verba sequentia desumta sunt ex epistola Burchardi notarii ad Nicolaum abbatem Sigburgensem, quam impressit Sudendorf, Registr. II,* 134. *P.* 2) *scil. Burchardum notarium.* 3) *Treviso.* 4) *In Ionio mari periisse Heinricum narrant Annal. Admuntens. Contin. a.* 1161. *P.* 5) *scil. Engelbertum comitem de Goritia, advocatum ecclesiae Aquileiensis* (1150—1186); *Sudendorf l. l. p.* 136 *not.* ††. *P.* 6) *Haud longe ab oppido Cividale ad meridiem situm, hodie Rosazzo.*

Recensio I. codd. A.

Anno Domini 1162.

Mediolanum devictum atque destructum est. Quod qualiter acciderit, succincte expediendum est. Clausis[1] igitur *Ep. Burch.* per hyemem stratis, cum illi fortiter iam artarentur, animos principum callidis propositionibus attemptabant, ut, si quo modo tamquam re peracta eos securos facerent, ipsi interim vel de Brixia vel de Placentia coadunatis viribus mercatum ducerent[a]. Set cum nil proficerent et tam ingenio quam viribus iam deficerent, tandem post multos terminos et machinationes plurimas, suprema[b] necessitatę famis et inediae coacti, in capite ieiunii termino constituto duo proponebant, videlicet ut sine *Febr. 21.* omni tenore se dederent vel per conventionem gratiam invenirent. Conventio talis erat: totum fossatum planare[c], muros et omnes turres destruere, 300 obsides dare, quoscumque eligeret imperator, et ut hii per tres annos in captivitate tenerentur, potestatem quam vellet imperator sive Theutonicam sive Longobardicam recipere, omnia regalia dimittere, pecuniam solvere, imperatori palacium, quantum et ubi vellet, sive infra sive extra urbem, suis expensis levare, nec unquam de cetero fossatum vel murum sine verbo caesaris facere, nec cum aliqua civitate aut populo confederari aut iurare, tria milia hominum extra civitatem eicere et imperatorem cum exercitu intra urbem quamdiu velit recipere. Super his igitur agitato consilio, magna pars principum, quorum caput Coloniensis episcopus, conditionem recipiendam consuluit, quia tunc plena esset victoria et imperator vindictam et misericordiam pro velle posset exercere. Quidam etiam utrumque honestum esse[d] dicebant imperio. Maior etiam pars, cuius caput[e] Blandratensis, conventionem recipiendam persuasit, tum quia Mediolanenses ad hanc promptiores viderentur, tum quia ipsam solvere non possent, et tunc imperator in misericordia minus peccaret, si, conventione non soluta, fortius in eos vindicaret; et tandem omnes, licet[f] inviti, in hanc consenserunt, eo quod quasi certum haberetur, conventionem servari non posse, cum strata ad transducendum mercatum non aperiretur[g], nisi

Recensio II. codd. B. C.

* 11.[h] Anno dominicae incarnationis[i] 1162.

Mediolanenses longa obsidione totis iam viribus fracti, interventu quorumdam principum adiuti, imperatorie potestati

*) *B* 1. 2 *et C* 2 *praemittunt:*

Circulus annorum post sexaginta duorum
Mille cum centum fit M[k] digammate victum.

Hos versus olim Sibylla in capitolio Mediolani conscripserat, sed tunc[l] primo cives devicta civitate[m] consideraverunt, numerum illum ab anno dominice incarnationis ęssę completum et duo gamma esse F, primam litteram nominis Friderici imperatoris.

a) v. c. m. adducerent *B* 1. b) supprema *A* 1. c) fossam cumplanare *A* 1. d) *deest B* 1. e) c. erat *B* 1. f) *deest A* 2. g) aperietur *A* 1. = h) 10. *C* 2. i) Anno Domini *C* 1. 2. k) Mediolanum *superscr. B* 1. l) nunc *C* 2. m) devicta civitate *infra post* completum *posuit C* 2.

1) *Quae sequuntur ex epistola Burchardi notarii ad Nicolaum abbatem Sigburgensem (apud Freherum, SS. rer. Germ. I,* 236, *vel editionis tertiae cura B. G. Struvii p.* 330*) desumta sunt. P.*

Recensio I. codd. A.

Ep. Burch. tota vel maior pars conventionis prius impleretur; [quod[a] fieri non posset]. Protractis igitur aliquot diebus pro remissione sacramenti, quo Mediolanenses Brixiensibus et Placentinis tenebantur, cum difficultatem conventionis attenderent et rerum exitus longius metirentur, stupefacti, et dimissa conventione, ipsi deditionem elegerunt et ad solius misericordiae propitiatorium se contulerunt. In Kalendis igitur[b] Martii, id[c] est prima die mensis, consules Mediolanensium cum aliis nobilibus numero quasi viginti se cum civitate, cum rebus et personis, remota omni simulatione fraudis, qua in prima deditione imperatorem circumvenerant, sine omni tenore vel conditione, prostrati cum nudis gladiis in cervicibus, palam in plena curia domno imperatori reddiderunt, prestantes sacramenta quaecumque iubebantur pro se et pro ceteris omnibus Mediolanensibus. Rursum sequenti die dominica qua con-
Mart. 4. venienter cantabatur[d] *Reminiscere miserationum tuarum, Domine*, plus quam trecenti electissimi milites Mediolanensium cum prefatis consulibus venientes, item presidente domno imperatore prociderunt, et tam pulchre quam miserabiliter perorantes, solam[e] misericordiam invocabant, claves civitatis obtulerunt, omnium portarum atque acierum resignantes vexilla principalia, quae erant numero[f] 36, et ipsi sacramenta eadem
Mart. 6. quae consules prestiterunt. Postea tercia feria venit populus cum barrocio[1], quod apud nos standart[g] dicitur, et cum reliqua militum multitudine, afferens omnium viciniarum[h] vexilla numero 100 et paulo plura. Per ordinem igitur Novam Laudam ingressi, populus trium portarum currum precedebat, reliqua vero multitudo sequebatur usque ad imperatoris palacium. Qui in solio excelsior residens, quam cito[i] ab illis videbatur, tubicines stantes in curru tubis ereis fortius intonabant et superbiae suae tunc morienti ibidemque sepeliendae[k] quasi supremas exequias compulsabant, et finito clangore imperatoriae receptioni sunt oblatae tubae[l]. Deinde singuli viciniarum[m] maiores procedebant, profitentes et vexilla sua per ordinem a primo usque ad ultimum resignantes. Stabat autem currus multiplici robore conseptus[n], ad pugnandum desuper satis aptatus, ferro fortissime ligatus, de cuius medio surrexit arbor procera, ab imo usque ad summum ferro, nervis et funibus tenacissime circumtexta. In huius summitate supereminebat crucis effigies, in cuius anteriori[o] parte beatus depingebatur Ambrosius ante prospiciens et benedictionem intendens quocumque currus verteretur. Is post omnis[p] Mediolanensium honoris resignationem ultimus accessit, et ipse caput suum declinaturus. Cui qui preerant[q] arte totam machinam illam et arborem illam usque ad terram declinabant, adeo ut nos, qui iuxta solium domni imperatoris eramus, ruinam machinae veriti

Recensio II. codd. B. C.

se et civitatem tradiderunt. In Kal. namque Martii consules Mediolanensium cum aliis nobilioribus 20 ante conspectum imperatoris venientes et ante pedes ipsius procidentes gladiosque nudos cervicibus suis imponentes, veniam pro se et caeteris[r] omnibus postulabant, facturi animo volenti quecumque[s]

a) q. f. n. p. *des.* *A* 1. *B* 1. b) *deest* *B* 1. c) id — numero quasi *des.* *A* 2. d) cantabant *A* 2. e) solum *A* 1. f) in n. *A* 2. g) standare *A* 1. *B* 1. h) vicinarum *A* 1. 2. *B* 1. i) in c. *A* 2. k) *in loco raso* *A* 1. l) *deest* *A* 1. *B* 1, *sed in A 1 eiusdem manus glossa legitur* id est tubae. m) vicinarum *A* 2. n) septus *B* 1. o) interiori *A* 1; auctiori *A* 2. p) omnes *B* 1. q) preerat *A* 1. = r) et pro ceteris *C* 2. s) quecumque postularet aut iuberentur *C* 2.

1) *i. e. carrocio.*

Recensio I. codd. A.

excuteremur; set arbor deflexa nec cecidit nec reascendit, donec imperator fimbrias[a] vexilli collegit currumque reascendere fecit et stare subiugatum. Tunc milites et populus unanimiter in facies suas ceciderunt plorantes et misericordiam invocantes. Post haec quodam consule miserabiliter perorante, finita oratione, omnis multitudo rursus procidit, et cruces quas tenebat extendens, cum eiulatu magno in virtute crucis misericordiam invocavit. Unde vehementer moti sunt ad lacrimas quicumque audierunt, set imperatoris facies non est immutata[b]. Tertio comes Blandratensis pro illis olim amicis suis miserabiliter perorans, vim fecit omnibus, ut possint[c] lacrimari, et ipso crucem preferente et tota multitudine item cum ipso suppliciter procidente, set solus imperator[d] faciem suam firmavit ut petram. Deinde ab episcopo Coloniensi facta est deditionis eorum pura distinctio, et ab ipsis responsa est mera confessio. Porro imperator implorantibus illis respondit quaecumque eum decebant[e], et oportuno tempore misericordiam[f] se facturum ex consilio promisit, et sic dimittens universos, sequenti die item omnes presentari fecit. Illi autem spe misericordiae cruces, quas tenebant in manibus, per cancellos in caminatam imperatricis proiciebant, cum ante conspectum eius introitum non haberent. Illis igitur altera die presentatis et plorantibus, respondit imperator, se velle facere principium misericordiae et principium iudicii, dixitque, si iusticiae iudiciis[g] esset agendum, omnes eos vita debere privari, set nunc misericordiae locum dari oportere. Illi vero hoc verum esse ex legibus affirmabant, istud respectu divinae miserationis fieri optabant. Iussit igitur [dominus[h]] imperator omnes consules et exconsulares, maiores et milites, legistas et iudices in obsidatu teneri, populum vero tamquam minus culpabilem tantum sacramento affectum in civitatem remitti. Deinde missis magistratibus in civitatem, iussit, ab omnibus qui duodennes essent vel ultra sacramenta prestari; quod et factum est. Aussit et singulas portas[i] civitatis et circa portas fossatum et muros[k] complanari, ut ad singulas portas singulis aciebus lata fronte equabili gressu pateat introitus; factumque[l] est ita. Et cum de duobus milibus castrorum tantum quatuor ipsis superfuissent, eadem iussi[m] resignaverunt, et hoc ad iudicium. Ita[n] domnus imperator, cum Mediolanum vicisset, a misericordia victus est, et ne[o] communione proscriptorum peccaretur et ut misericordiae satisfaceret, personas Mediolanensium a banno imperiali absolvit. Deinde muri civitatis et fossata et turres paulatim destructae sunt, et sic tota civitas de die in diem magis ac magis in ruinam et desolationem detracta est. Mediolanensibus autem preceptum est, ut quilibet ad villas et domos suas reverteretur, et ut agricolae agrorum culturae darent operam. In civitate vero nulli permittebatur habitatio.

Imperator vero[p] in pascha Domini Papiae coronatus[1] *Apr. 8.*

Ep. Burch.

Recensio II. codd. B. C.

iuberentur. Iussit igitur imperator omnes consules et exconsulares, maiores, milites, legistas et iudices in obsidatu teneri, populum vero tamquam minus reum sacramento constrictum in civitatem remitti, muros civitatis cum turribus funditus destrui, fossatum impleri.

Imperator pascha Papiae magnificę cęlebrat. Secunda feria

a) fimbriam *A* 1. *B* 1. b) immuta *A* 1. c) possent *A* 2. d) *deest A* 1. e) decebat *A* 1. 2. f) *deest B* 1. g) iudicis *A* 1. h) *deest A* 1. *B* 1. *Epist.* i) c. p. *B* 1. k) murum planari *B* 1. l) que *deest B* 1. m) iussu *B* 1. n) Item *A* 1. o) *deest A* 2. p) in p. *A* 2.

1) *i. e. cum corona procedens.*

Recensio I. codd. A.

magnificam ac sollempnem curiam cum ingenti omnium gaudio ibidem celebravit cum universis Lonbardiae principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis ac consulibus. His omnibus coram se de sumptu regio habunde
Apr. 9. fecit ministrari. Feria secunda paschae Pisani fidelitatem imperatori iuraverunt et expeditionem ei facere promiserunt in Apuliam, in Calabriam, in Siciliam, in Sardiniam, in[a] Corsicam et versus Constantinopolim. Dedit etiam eis im-
Apr. 10. perator[b] suum vexillum. Feria tertia[1] Brixienses similia im-
Apr. 15. peratori iuraverunt. Octava paschae apud Taurinum[2] curia celebris est habita, et sic tota Lonbardia ac Tuscia et Romania ad nutum imperatoris fuit inclinata.

Illis diebus legati regis Franciae in Italiam ad imperatorem venerunt pro componenda pace et unitate sanctae ecclesiae — quorum de numero Heinricus comes de[c] Plús[3] erat —, orantes imperatorem, ut curiam generalem indiceret et Victorem papam interesse faceret, pollicentes sub sacramento fidei, regem Franciae eo venturum et Alexandrum papam secum adducturum, ut iudicio[d] ecclesiae iusticia utriusque patesceret. Annuit his imperator, et generali sinodo indicta in municipio quod dicitur Leona[4] super fluvium Saonam in episcopatu Bisontino, maximam ibi domum in longitudine et latitudine per totam estatem fabricari fecit. Itaque in
Aug. 29. decollatione sancti Iohannis baptistae imperator cum Victore papa advenit, set et maxima multitudo archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, principum presenti sinodo aderat. Rex autem Franciae Luodowicus ex altera parte fluminis pridie advenerat, set griseorum monachorum[5], ut

Recensio II. codd. B. C.

paschae Pisani fidelitatem imperatori iuraverunt, et expeditionem prompto animo in Apuliam, in Calabriam, in Siciliam, in Sardiniam, in Corsicam et versus Constantinopolim facerę promiserunt. Feria tercia Brixienses similia[e] iuraverunt.

Eodem tempore Ludewicus rex Franciae legatos ad imperatorem[f] pro componenda pace et unitatę sanctae aecclesiae misit, quos ipse gratanter suscepit.

Igitur generali synodo indicta in municipio quod Leona dicitur super fluvium Saonam[g] in ępiscopatu Bisontino, imperator cum papa Victore multisque archiępiscopis, ępiscopis[h] et abbatibus affuit in decollatione sancti Iohannis baptistae. Rex autem Franciae ex altera

a) et in *A* 1. b) i. eis *A* 1. c) vel Plōs *A* 2. d) *deest A* 1. = e) similiter *C* 2. f) misit pro c. p. et u. e. *C* 2. g) Soanam *C* 2. h) *deest C* 1.

1) die dominica post octavas paschae *Acerbus Morena p.* 638. 2) *Haec quoque ex epistola Burchardi ubi legitur:* Porro in octavis paschae apud Taurinum curia celebrabitur; *sed haec ita non est habita*; *Lehmann p.* 41; *Prutz 'Friedrich I.' Vol. I, p.* 288 *n.* 3) *i. e. Blois. P.; qui et Trecensis.* 4) *S. Iean de Losne.* 5) *i. e. Cisterciensium.*

Recensio I. codd. A.

ferunt, seductus consilio, subtraxit se, et in proximo castro cui Divion vocabulum est resedit et Alexandrum papam sicut pollicitus fuerat[a] minime presentavit. Affuit huic curiae rex Danorum nomine Waldimarus, qui ibidem coronam de manibus imperatoris suscipiens, homo eius[b] factus est. Igitur imperator et rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum, sicut in prima et secunda synodo, Victorem universalem papam nominaverunt et Alexandrum cum sequacibus eius scismaticos iudicaverunt. Caesar vero predictum comitem Heinricum et alios fideiussores regis Franciae in obsidatu tenuit, donec beneficia quae a rege habebant de manu imperatoris suscipientes, hominium ei fecerunt, et sic imperator victrices aquilas iterum in Italiam convertit[1].

Anno Domini 1163.

Imperator de Italia rediens, curiam celebrem apud Magontiam habuit in dominica Misericordia Domini plerosque *Apr. 7.* convictos de interfectione archiepiscopi digna ultione multavit et ad edomandam superbiam civium murum civitatis destrui mandavit. Quendam vero cognatum suum[2] nomine Cuonradum episcopum eis prefecit[3]; set ille non multo post contra imperatorem in parte Alexandri papae sentiens, sponte episcopatum deseruit et ad partes Rulandi transivit[4]; unde im-

Recensio II. codd. B. C.

parte fluminis pridie advenerat[c], set ex consilio papae Alexandri et sibi parentium in proximo castro resedit n e c a d i m p e r a t o r e m p e r v e n i t. Affuit huic s y n o d o rex Danorum Waldimarus, qui ibidem coronam de manibus imperatoris suscipiens, homo eius factus est. Igitur imperator et rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum, sicut in prima et secunda synodo, Victorem universalem papam nominaverunt et Alexandrum cum suis sequacibus scismaticos d e s i g n a v ẹ r u n t.

12. Anno Domini[d] 1163[e].

Imperator curiam celebrem apud Mogontiam habuit, e t q u o s d a m convictos de interfectione archiepiscopi Arnoldi digna ultione multavit, et ad reprimendam civium insolentiam murum civitatis[f] destrui mandavit. Quendam e t i a m cognatum suum nomine Cunradum episcopum eis s u o a r b i t r i o prefecit; qui non[g] multo post contra[h] imperatorem sentiens, sponte ẹpiscopatum t a m q u a m p r o i u s t i c i a deseruit et ad partem Alexandri papae, eo quod sibi probabilior videretur, transivit. Unde imperator Christianum cancellarium suum i n e i u s l o c o s u b r o g a v i t.

a) erat *A 2*. b) ei *A 2*. = c) adv. pri. *C 2*. d) dominice incarnationis *C 1*. e) 1164. *corr.* 1163. *C 2*. f) d. c. *B 1*. *C 1*. g) nec *B 1*. h) *deest C 1*.

1) *Haec narratio ex coaeva relatione, epistola ut videtur encyclica imperatoris, sumta esse videtur; cf. encyclicam LL. II, p.* 132*:* victrices aquilas feliciter convertemus; *neque cum his pugnat, quod a.* 1164. *Fridericus* quarto *Italiam ingressus esse dicitur, ut Lehmann p.* 9. *statuit.* 2) *De hac cognatione nihil constat; Lehmann p.* 35. 3) *Iam a.* 1161*; v. Varrentrapp, 'Christian von Mainz' p.* 103 *sqq.* 4) *a.* 1165.

Recensio I. codd. A.

perator Christianum, cancellarium suum, episcopum constituit.

Hoc etiam anno quidam heretici de secta Catarorum de Flandriae partibus Coloniam venientes, ibi deprehensi sunt,
Aug. 5. et extra urbem igne concremati sunt Nonis Augusti quatuor mares et iuvencula, quae se igni invito etiam populo iniecit[1]. Et cum hora combustionis eorum in civitate vehementissima nimis foret pluvia, ita ut clerus, qui in civitate totus remanserat, pluviam exhorreret, propter fidem debilis vulgi ne una quidam gutta tam vehementis pluviae ubi combusti sunt cecidit.

Ipso anno archiepiscopus Salzeburgensis occisus est a ministerialibus Sancti Ruoberti[a].

Recensio I. et II.

[13.[b]] Anno Domini[c] 1164.

Imperator iterum in Italiam regreditur[2].

Occeanus limitem suum 12 pene miliariis 14. Kal. Marcii[d] egressus, multa milia hominum diversi sexus et etatis maxime circa fluvium[e] Wiseram submersit.

Apr. 10. In parasceue, 4. videlicet Idus Aprilis, celebrante[f] Ruolando[g]* apud Senonas[3] divina, horribiles tenebrae factae sunt, et dum quidam cardinalis passionem Domini[h] legeret, in ipsa ubi dicitur: *Consummatum est,* fulgur tam stupendum cecidit, et deinde[i] tantus fragor intonuit, ut Ruolandus** dimisso

*) papa Alexandro cel. *A2.* **) papa *A2.*

Recensio II. codd. B. C.

* Hoc etiam anno quidam heretici de secta eorum qui Kattari nuncupantur de Flandriae partibus Coloniam advenientęs, prope civitatem in quodam horręo occulte mansitare[k] ceperunt. Sed dum neque dominico die ecclesiam intrarent, a[l] circummanentibus deprehensi[m] et detecti sunt. Qui ecclesie catholice representati et satis[n] diu de secta sua examinati, dum nullis probabilibus documentis corrigi possent, set in suo proposito pertinacissime persisterent, eiecti sunt ab aecclesia et in manus laicorum traditi. Qui eos extra urbem educentes, Non. Aug. ignibus tradiderunt, mares quatuor et iuvenculam unam. Que dum miseratione populi prope servaretur, si forte interitu aliorum terreretur et saniori consilio acquiesceret, subito de manibus se tenentium elapsa, ultro ignibus[o] se iniecit et periit.

Ipso anno archiępiscopus[p] Salzburgensis á ministerialibus Sancti Rutberti[q] crudeliter interemptus est[r].

a) Rubberti *A 2.* b) *deest A, et ita deinceps; neque in codd. C ubique hi numeri leguntur.* c) d. incarn. *B 1.* d) Octobris *A 1.* e) flumen Wisaram *C 2.* f) *post* divina *alia manu suppl. B 1.* g) Rol. *C 1.*; Rul. *C 2, et ita saepius.* h) *deest B 1. C 2.* i) dein *A 1.* = k) manere *C 2.* l) et *C 1.* m) comprehensi *B 1. C 2.* n) d. s. *B 1. C 2.* o) se ign. *C 2.* p) episcopus *C 2.* q) Ruberti *C 2.* r) *codd. B. C deinceps cum A conveniunt.*

1) *Cf. Caesarium Heisterbacensem lib. V, cap.* 19. *P.* 2) *mense Octobri a.* 1163. 3) *Sens; cf. Sigeberti cont. Burburg., SS. VI, p.* 458.

Recensio I. et II.

altari et diaconus dimissa lectione et omnes qui aderant fuga consulendum sibi[a] esse iudicarent.

Victor papa apud Lukkam[b] obiit ibique sepultus est; cui Wido[c] Cremensis episcopus substitutus est 10. Kal. Mai. et ab Heinrico Leodiensi episcopo ordinatus est 6. Kal. Mai. et Romano more Paschalis est appellatus.

Hoc anno cum Cuonradus palatinus, frater imperatoris[1], Coloniensem episcopatum pro libitu transire ac predari vellet et montem qui Rinekke[d. 2] dicitur occupare intenderet, Reinoldus Coloniensis electus, qui in Italia cum imperatore erat, hoc[3] fidelibus Coloniensis[e] ecclesiae per[f] legatos intimans, predictum montem preoccupari fecit. Cum autem palatinus se preventum cerneret, bellum Coloniensibus posito termino secunda feria in[g] rogationibus indixit in campo Anturna- *Mai. 18.* censi[4]. Ex industria vero Coloniensium prelatorum tantus equestris ac[h] pedestris, insuper ac[i] navalis occurrit exercitus, qualem nostra memoria ex Theutonicis cum tot fortibus, tot preclaris, tot nobilibus viris nunquam in acie constitisse percepimus. Plures enim erant qui in bellatorum numero computati sunt quam[k] 125 milia. Unde nec[l] palatinus nec aliquis suorum apparere ausus est, cum 12 diebus eius[m] expectassent[n] adventum[5].

Interea domnus Reinoldus Coloniensis electus cum imperatore in Italia degens, super omnes qui aderant principes fidelius ac devocius servivit. Auditoque huius leticiae ac victoriae nuntio, impetrata ab imperatore licentia, cum integritate gratiae eius rediit, acceptis ab eo preciosissimis muneribus, trium scilicet magorum corporibus, qui infantiam Domini misticis muneribus venerati sunt, duobusque martiribus Felice et Nabore, qui cum predictis magis apud Mediolanum venerabiliter[m] reconditi erant. Itaque cum prefatis et illustrissimis donis in vigilia beati[o] Iacobi[p. 6] Coloniam *Iul. 24.* ingressus, gloriose ac[q] magnifice suscipitur, maxime pro reliquiis, quas ad perpetuam Germaniae gloriam Coloniae intulit.

a) esse sibi *B* 1. *C* 1. b) Luccam *B* 1. *C* 2; Luceam *C* 1. c) W. successit Cr. ep. 10. *B. C.* d) Rinecke *A* 1; Rineckke *A* 2. e) e. Col. *C* 2. f) p. l. *des.* *B* 1. 2. *C* 2. g) f. rogationum *B* 1. *C* 2. h) et *B* 1. *C* 2. i) et *C* 2. k) q. 125 m. *des.* *A* 2. l) non *C* 1. m) *deest* *C* 2. n) spectarent *C* 2. o) sancti *C* 2. p) apostoli *add.* *A* 1. q) et *C* 1.

1) Ludovicus Turingie lantgravius et Fredericus Alamanie, Conradi olim tercii filius, *add. Chron. praes. Colon. p.* 18. 2) *Rheineck.* 3) Philippo maiori decano Coloniensi, qui sibi in episcopatu successit et *add. Chron. praes. l. l.* 4) *Andernach.* 5) Dictus igitur Philippus decanus cum ministerialibus et fidelibus Coloniensium in dicto monte castrum posuit ad munimen Coloniensis ecclesiae *etc. Chron. praes. l. l.* 6) in crastino Marie Magdalene, *Ann. Agripp., SS. XVII, p.* 736; *quibuscum facit Necrol. Colon., Böhmer, Fontes III, p.* 343.

Recensio I. et II.

In Kalendis Octobris imperator de Italia rediens, curiam
Nov. 18. celebrem apud[a] Babinberg habuit in octava sancti Martini[b, 1],
ubi aliquantulum electo Coloniensi durius locutus est pro palatino, fratre suo; set industria ac sapientia eiusdem electi indignatio haec sedata est.

[14]. Anno Domini[c] 1165.

Natus est imperatori filius nomine Heinricus apud Noviomagum[2]. Imperator celeberrimam curiam Wirci-
Mai 23. burg in pentecosten habuit, ubi tam ipse imperator quam omnes principes iuraverunt, quod domnum apostolicum Paschalem nunquam desererent nec ad partem Ruolandi aliquando transirent; et tunc primum domnus Reinoldus
Mai 29. ibidem sabbato quatuor temporum in presbiterum ordinatus est, et quam plures cum eo alii electi. Postea vero 6. Non.
Oct. 2. Octobris ordinatus est Coloniae in archiepiscopum a Philippo Osenbrucgense[d] episcopo, presente imperatore et imperatrice.*

[15.] Anno Domini 1166.

1165. Imperator natalem Domini Aquisgrani celebravit. Ibi
Dec. 29. 4. Kal. Ianuarii cum frequentia pontificum ac principum magnoque cum tripudio cleri ac populi extulit de sarcophago[e] ossa Karoli Magni imperatoris, ubi sepultus quieverat annis 352, et quedam regalia xenia in vasis aureis et palliis sericis tam imperator quam regina eidem contulerunt ecclesiae, additis 10 marcis annuatim.

Eodem anno Reinoldus archiepiscopus et Gerhardus[f] prepositus[g] Bunnensis beatissimos martires Cassium, Floren-
Mai 2. tinum et Mallusium[h] 6. Non. Mai. cum inenarrabili cleri devotione et[i] multitudine populi transtulerunt, invento sicco quidem[k], sed evidenti sanguine ipsorum, cum annis[l] 973 passio ipsorum transacta fuerit.

Imperator expeditionem suam in Italiam indixit, tum pro confirmatione sui[m] papae Paschalis, tum pro[n] perfidia Mediolanensium, qui sine permissu eius civitatem reedificabant. Nec mora, Reinoldus[o] episcopus, tam a clero quam a populo Coloniensi accepta licentia, cum centum loricatis militibus ante egressum imperatoris, persona sua rebusque
Oct. 31. omnibus salvis, transalpinavit, et in vigilia omnium sanctorum usque Ypoream[3] pervenit. Indeque domno imperatori, qui ex altera parte per vallem advenit Tridentinam, quantocius

*) *B* 1. *C* 2. *add.*: Domnus Wolbero pie memorie abbas obiit: cui Wichmannus[p] successit.

a) *deest B. C.* — Bavinberg *corr.* Bavinberg *C* 2. b) episcopi *add. A* 1. c) d. inc. *B. C.* d) Osenburgense *A* 1; Osinbrucge *C* 2; Osenbringense *C* 1. e) sarchoph. *A* 1. f) Gehardus *C* 2; Berhardus *C* 1. g) B. pr. *A* 1. — Bonnensis *C* 1. h) Malusium *C* 2. i) ac *B. C.* k) *deest C* 2. l) *deest A* 1, *ubi* 773. m) domni *B. C.* n) *deest A* 1; *post add. A* 2. o) *deest A* 1. p) Wicm. *C* 2.

1) *V. LL. II, p.* 134. 2) *Cf. Ann. Aquenses, SS. XXIV, p.* 38. 3) *Ivrea.*

Recensio I. et II.

occurrit. Episcopi quoque et barones totius Lonbardiae[a] cum gaudio imperatorem susceperunt.

[16.[b]] Anno Domini[c] 1167.

Terrae motus factus est 13. Kal. Februar. media nocte. Grando etiam maxima 3. Nonas Aprilis cecidit, ita ut ova columbarum magnitudine aequaret.

Igitur imperator Italiam quarto ingressus, per virtutem optimatum suorum, et precipue per industriam Reinoldi pontificis in brevi omnem Italiam, Lonbardiam et Apuliam sibi subiecit.

Interim[1] illustrissimus presul Reinoldus Tusciae partes adiit et dein Tusculanam[d] intravit; illi enim adhuc imperatori fideles erant. Quo audito, Romani, contractis copiis ferme ad 42 milia, in vigilia[2] pentecostes, 6. scilicet *Mai. 27.*
Kal. Iunii, sata et vineas Tusculanorum vastare ceperunt et Reinoldum episcopum obsidione artare. Ipse autem ob reverentiam sacrae diei intra muros se continuit, et quoniam tantam multitudinem armatorum nonnisi auxilio Deitatis cum tam[e] paucis militibus evadere posset. Non enim plus quam 140[3] milites habebat. Itaque secunda feria pente- *Mai. 29.*
costes Christianus episcopus[f] Mogontinus et Philippus, cancellarius imperatoris, cum 500 fere sariantibus per longam et arduam viam fessi ad auxilium Reinoldo venerunt et castra iuxta Tusculanum metati sunt. Nec mora, Romani eos invadentes, terga dare compulerunt. Quo viso, Reinoldus, spem salutis habens in Domino, suos breviter allocutus, audacter erupit portis, Romanos cum nimia virtute et constantia invasit, prostravit, fugavit. Cesa sunt in eo prelio passim per agros novem milia Romanorum, quinque milia capta, pluresque referuntur esse quos[g] impetus fugientium attrivit, quam quos gladius consumpsit[4]. Computatum est[h] enim postea a Romanis, de 42 milibus[5] vix[i] duo milia in Urbem redisse. Post hanc divinam, non[k] humanam victoriam imperator Romam[l] cum armata manu intravit Lateranensesque ad[m] deditionem, acceptis[n] ab eis[o] 280[p] obsidibus, coegit,

a) Longob. *B. C, et ita postea.* b) 15. *C 2.* c) d. inc. *B. C.* d) Tusculanum *B. C.* e) *deest C 2.* f) M. ep. *A 1.* g) quos — quam *des. A 2.* h) *deest C 1;* enim est *A 1.* i) v. d. m. *des. A 2.* k) d. v. n. h. *C 2.* l) c. a. m. i. R. *A 1.* m) ad d. *des. A 1.* — Lateranenses in d. *C 2.* n) accepit et ab eis 280 obsides accepit et p. *C 2.* o) eo *A 1.* p) 80 *A 1.*

1) *Cf. Reinoldi epistolam hac de re Coloniensibus scriptam Sudendorf II, p.* 146. *Similem, neque tamen eandem relationem, noster sequi videtur.* 2) in sancto die pentecostes, *Epist. Rein.* 3) Centum et VI. *Epist. l. l., nisi emendare velis* centum et XL. 4) Preda tota cessit servientibus, militibus tantum triumphi gloria servabatur *Chron. praes. p.* 20. *addit.* 5) Et noveritis, quod ipsi Romani dicunt, de 30 milibus vix duo milia in Urbem rediisse *Rein. epist. l. l.*

Recensio I. et II.

et papam Paschalem in sede beati Petri collocavit, ubi etiam *Iul. 20.* idem papa 3. Kal. Aug., dominica ante vincula sancti[a] Petri[b] 15 electos, alios in patriarchas, alios in archiepiscopos, nonnullos in episcopos ordinavit. Tercia dehinc die in festo *Aug. 1.* beati Petri[c] domnam Beatricem, uxorem cesaris, in imperatricem consecravit.

Pactum[d] quod pepigerunt Romani cum imperatore[e] Friderico.

Iuraverunt presentes et iurabunt futuri senatores et totus populus Romanus domno Friderico imperatori fidelitatem, et quod iuvabunt eum coronam imperii Romani retinere et defendere[f] contra omnes homines, et iusticias suas tam infra Urbem quam extra Urbem iuvabunt eum retinere; et quod nunquam erunt nec[g] in consilio nec[h] in facto, ubi domnus imperator mala captione capiatur vel membrum perdat vel aliquod detrimentum in persona paciatur, et quod senatum nonnisi per eum vel[i] nuntium suum ordinabunt, et haec observabunt sine fraude et malo ingenio.

Domnus[k] imperator confirmabit senatum perpetuo in eo vigore in quo nunc est, et augebit illum[l] tali tenore, ut senatus per eum ordinetur et ei subiectus fiat; et faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur haec: videlicet confirmatio senatus, et quod faciet salva omnia iusta tenementa populi Romani, quantum ad imperatorem pertinet; quod ea illis non auferet et bonos usus[m] Urbis et locationes, libellos tercii et quarti generis conservabit; et precipiet in eodem privilegio, non auferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, pedagium[n] aut ripaticum; et[o] si auferre presumpserit, incidat in penam 100 *librarum auri. Haec omnia cum subscriptione principum curiae fient.*

His ita[p] prospere et laudabiliter gestis, miserrima supervenit clades et pestilentia, Romanis finibus semper *Ezech. 9, 6.* amica, quae, ut in Ezechiele legitur, a sanctuario Dei incipiens, omnes pene sacerdotalis ordinis dignitates deiecit, principes prostravit. Primo Daniel[q] Praiensis[r] episcopus, *Aug. 9.* dein[s] Alexander Leodiensis episcopus in vigilia beati Laurentii obierunt[t]; dein[u] domnus Reinoldus archiepiscopus[v], vir

a) beati *A* 1. b) apostoli *add. A* 1. c) apostoli *add. A* 1. d) Pactum — Friderico *des. A* 2 (*spatio vacuo relicto*). *C* 1. e) domno F. imperatore et semper augusto *B* 1. *C* 2. f) eum *add. B* 1. *C* 2. g) *deest C* 2; tam *B* 1; non *C* 1. h) quam *B* 1; et f. *C* 2. i) vel per *B. C.*; ord. v. n. s. *A* 1. k) Romanus *A* 2. l) eum *B. C.* m) Urbis usus *C* 2. n) p. aut *des. B. C.*; r. aut p. *A* 1. o) set *A* 2. p) itaque *A* 1. q) Danihel *B* 1. r) Parisiensis *B* 2. s) deinde *A* 2. *C* 1. t) ✠ *B* 1; obiit *A* 2; ob. *C* 2. u) deinde *C* 1. v) Coloniensis *add. C* 2.

Recensio I. et II.

sapientia et industria mirabilis et in quo maxima pars gloriae imperatoris erat, in vigilia assumptionis beatae Mariae decessit, *Aug. 14.* omnibus sacramentis ecclesiasticis, scilicet confessione, communione, unctione, devotissime susceptis, et testamento suo commendabiliter ordinato et conscripto. Circa idem tempus Fridericus illustris dux Sueviae, filius Cuonradi regis, occubuit, et[a] Welpho iunior, et cum eo tanta multitudo episcoporum, abbatum, principum, militum et diversae conditionis virorum, ut multitudo pene numerum excederet. Paucissimi enim de exercitu imperatoris redierunt, et ad hoc ipsum quasi per fugam sibi quisque subvenit.

Ante* idem tempus Heinricus dux de Limburg, cui imperator citra Rhenum sua[b] negotia et archiepiscopus Reinoldus ducatum[c] Coloniensem commiserant, 5.[d] Idus Iul. *Iul. 11.* obiit. Ecclesia Coloniensis Philippum, maioris ecclesiae decanum et imperatoriae curiae cancellarium, cum adhuc in Italia teneretur, pontificem sibi elegit.

Per idem tempus Wicmannus[e] episcopus[f] Magedeburgensis et Luodewicus[g] lantgravius et Albertus marchio[h] ceterique orientales Saxones Heinricum ducem Saxoniae et terram eius preda et incendiis infestabant, et pene attri-

*) Ante — differri impetravit *deletis B* 1. *manu ea, ut videtur, quae a.* 1228 *sqq. exaravit (et B* 2) *ita:* Ecclesia Coloniensis Ph. m. e. d. et sacri imperii per Italiam archicancellarium cum — — elegit. Quo electionem de se rite factam petente a papa confirmari, ad instinctum Romanorum, ultionem tam cruente ac recentis sue stragis per Rennoldum[i] archiepiscopum facte saltem per retardationem confirmationis expetentium, sive ioco sive serio fertur papa respondisse, se quidem confirmationem non denegare, set ipsum electum debere ydolum ad honorem Renoldi[k] hostis ecclesie Romane sculptum de basilica beati Petri in Colonia removere. Siquidem Colonienses ob honorificenciam et recordationem tam prestantis viri sepulchro decenter exstructo imaginem ipsius in lapide sculptam superposuerunt. Sed electus non inops consilii ingeniose respondit, se id non segniter effecturum, si aliquis apostolice auctoritatis nuncius secum procedens personaliter eundem lapidem removeri demandaret. Unde hoc non obstante confirmatur; *in marg. addit:* Per idem tempus bellum, quod inter orientales Saxones gerebatur, imperator usque ad suum adventum differri precepit, *et in rasura pergit:* A. D. 1168. Paschalis papa moritur; cui dominus Calixtus *etc.*

a) et W. i. *des. A* 2. b) sua n. sua *B* 1. c) archiepiscopatum *A* 1. d) 6. *C* 2. e) Wichm. *A* 1. *C* 2; Wichimannus *C* 1. f) *deest A* 1. g) Lůdowicus langr. *C* 1. h) marcio *C* 2 *saepius.* = i) Reinoldum *B* 2. k) Reinoldo *B* 2.

Recensio I. et II.

verant, donec imperator, missa legatione ab Italia, usque ad adventum suum bellum hoc differri impetravit[a].

[17.[b]] Anno Domini 1168.

Paschalis papa obiit 18. Kal. Octobris[1]; cui Calixtus[c] per eosdem fautores imperii successit.

Imperator de Italia contra imperatoriam dignitatem occulte cum paucis rediit, omnibus civitatibus Italiae contra
Iun. 1. eum coniurantibus[d]. Kalendis vero Iunii[e] curiam Frankinvort[f] habuit, ubi ducem et principes Saxoniae ad pacem revocavit[2].

Phylippus Coloniensis electus, non prevalens per Italiam redire et iuga montis Iovis, cum maximo tam suo quam suorum periculo navigio per mare ad Sanctum Egidium[3]
Aug. 15. pervenit, ubi equis conscensis in assumptione beatae[g] Mariae
Sept. 29. Coloniam ingressus est. In festo vero sancti[h] Mychahelis a Godefrido[i] Traiectensi episcopo Coloniae ordinatur in archiepiscopum, presentibus octo[k] episcopis. Nec multo post in legatione imperatoris Rothomagum[l] regem Angliae[4] adiit; ubi archiepiscopus Mogontinus et dux Saxoniae ei occurrerunt; set qualis legatio fuerit, preter[m] eos et regem latuit.

[18.] Anno Domini 1169.

Apr. 6. Imperator celeberrimam curiam 8. Idus Aprilis apud Bavinberg habuit, ubi de Francia abbas Cisterciensis et abbas Clarevallensis ipsius vocatione eum adierunt; quos cum episcopo Babinbergensi[5] in Italiam pro ecclesiae unitate direxit. Filius imperatoris Heinricus, adhuc quinquennis existens, unctus est in[n] regem Aquisgrani a Philippo Colo-
Aug. 15. niensi archiepiscopo die assumptionis beatae Mariae.*

[19.[o]] Anno Domini 1170.

Iun. 8. Imperator post pentecosten 6. Idus Iunii curiam[p] apud Fuldam habuit pro legatione episcopi Babinbergensis, qui cum supradictis[q] abbatibus in Italiam ierat, set ipse nil[r] fructuosum paci et concordiae attulit, et ideo sine diffinitione pacis et unitatis illa curia[s] terminata est. Imperator vero ibi sicut et superius aiebat, nunquam se pro apostolico Ruolandum** habiturum.

Mare vehementia ventorum limitibus suis excussum, 4. Nonas Novembris terram Fresonum circa Stavern magna

*) *B* 1 *addit:* Abbas Wichmannus obiit; cui Heinricus successit. **) Alexandrum *A* 2.

a) iussit *A* 1. b) 16. *C* 2. c) Kal. *A* 1. d) iurantibus *C* 2. e) Iulii *A* 1, *corr.* Iunii *C* 2. f) Franckinvort *A* 1; Frankinnevort *C* 2. g) sanctae *A* 1. h) *deest A* 2, *ubi* Michaelis. i) *deest A* 1. k) 9 *C* 2. l) Rotom. *C* 2. m) *deest C* 1. n) ad *A* 2. o) 17. *C* 2. p) *deest A* 2. q) pred. *A* 1. r) nichil *B* 1. *C* 2. s) *superscr. B* 1.

1) *Immo* 12. *Kal. Octobris, id est Sept.* 20; *cf. Iaffé p.* 833. 2) *Aliter Ann. Palid., SS. XVI, p.* 94, *haec narrant; cf. Prutz II, p.* 131. 3) *Saint Gilles prope Arles, ad ostium Rhodani.* 4) *Heinricum II.* 5) *Eberhardo II.*

Recensio I. et II.

ex parte submersit. Terrae[a] motus in oriente plures urbes tam christianorum quam paganorum subvertit[b].

[20.[c]] Anno Domini 1171.

Imperator Coloniensibus gratiam suam, accepto ab eis non[d] modico argento, reddidit, et cum magna gloria[e] et pace civium[f] Coloniam intravit, ubi et nuncios regis Grecorum[1] pro coniunctione filiae eius filio suo accepit. Aquisgrani diu mansit et montem qui dicitur Berinstein[g] infra octavam *Aug. 15—22.* assumptionis beatae[h] Mariae occupavit. Luodewicus comes de Los obiit[2]. Imperator Christianum Mogontinum[i] archiepiscopum in Italiam misit; qui per quinque[k] fere ibi degens annos, multa strennue operatus[l] est. Nam Anconam civitatem maritimam[m], expulsis Grecis, imperatori restituit[3].

[21.[n]] Anno Domini 1172.

Imperator in media quadragesima apud Wormatiam *Mart. 26.* curiam celebrem habuit; ubi conquestus de Italicis et illis qui partibus favebant Ruolandi, quod[o] coronam Romani imperii Greco imponere vellent, iudicio cunctorum principum expeditionem in Italiam iterum indixit, post circulum duorum annorum determinatam. Qua* expeditione Romanis per Coloniensem archiepiscopum divulgata, ei talia rescripserunt:

Reverendo domino et in Christo patri Philippo, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo et totius Italiae archicancellario, senatores urbis urbium salutem et sinceram dilectionem. Discretionis vestrae litteris[p] *ea qua decuit devotione perlectis, quibus invictissimum dominum nostrum serenissimum imperatorem et vos paterna nos et Romanum populum affectione diligere cognovimus, et ad inimicorum Dei et imperii desolationem solita virtute accinctum et egregios suos principes et barones*[q] *de promovenda expeditione iuratos, regna et extraneas gentes sollicitatas persensimus, ingenti sumus repleti tripudio, levantes corda nostra cum manibus ad caelum, ut qui dat salutem regibus eum per longa tempora servet incolumem et rebelles omnes pro solito in suam reducat servitutem. Quicquid enim laudabile ubique terrarum imperator Romanus agit, respectu Romani nominis nostrum est, tamquam si pater*

*) Qua expeditione — incertum est *om. B. C.*

a) Terrae — subvertit *desunt B* 2. *Fr.* b) submittit *C* 1. c) 18. *C* 2. d) arg. n. m. *C* 2. e) *deest C* 1. f) civitatem *A* 1. g) Beristein *A* 1. h) *deest A* 2. i) Mag. *A* 1. — episcopum *post corr.* archiep. *C* 2. k) 11. *A* 2; *cf. infra a.* 1182. l) ibi op. *C* 2. m) marittimam *A* 1. n) 19. *C* 2. o) qui *A* 1. p) litteras *A* 1. q) barrones *A* 1.

1) *Emanuelis.* 2) *Cf. G. abb. S. Trud. cont. II, SS. X, p.* 356. 3) *Minime; sed a.* 1173. *frustra Anconam obsedit. Quinque anni usque ad annum* 1176, *quo haec scripta sunt, computantur.*

Recensio I. et II.

pro filiis id ageret. Inde est, quod benignitatem vestram obnixe deprecamur, quatinus vestrae Romanae urbis honorem et sacri senatus exaltationem semper in melius promoveatis. Nos enim et inclitus populus Romanus ad omne mandatum et voluntatem vestram sumus et erimus semper expositi.

Simili modo Pisenses prefato presuli scripserunt:

Philippo sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo et Italiae archicancellario dignissimo Pisanorum consules eius fidelissimi salutem et fidele servicium. Acceptis vestris desiderabilibus litteris et diligenter intellectis, exultavit in nobis cor nostrum, et pernimium alacres facti sumus, quod sacra maiestas imperatoris super proditoribus et periuris imperii veniam non postulantibus honestissimum accepit consilium. Omnes vires et robur imperii excitavit, reges diversos, gentes plurimas et extimas nationes ad vindicandam iniuriam suam festinat inducere, archiepiscopos, episcopos, abbates, duces, marchiones, palatinos, comites, liberos et ministeriales et infinitam multitudinem potentum virorum expeditionem[a] *validissimam in proximo in Italiam promovendam iurare fecit. Ex qua re nos, qui imperio fidelissimi semper exstitimus, pre ceteris aliis fidelibus gaudemus, quia in fide et dilectione circa imperiale diadema perseveravimus et honorem imperii semper pre oculis habemus.*

Haec itaque Romanorum et Pisanorum scripta an favore an timore imperatoris digesta sint, incertum est.

Per idem tempus Attrabatis contigit res digna memoria[b]. Miles enim quidam admodum litteratus de corpore dominico bene sensit, scilicet quod nec per vomitum seu egestionem[c] corrumpatur. A quo quidam clericus Rubertus[d] nomine, subtiliter[e] quidem, set inutiliter litteratus, contraria his et ideo heretica sentiens, inter conferendum dissensit, et ita questio ad episcopum delata est. Qui archiepiscopum Remensem cum multitudine cleri advocavit, et dum haec questio discuteretur, predictus clericus, quod non solum foret hereticus, set et alios foveret et defenderet hereticos, a multis est accusatus. Purgare ergo famam suam de obiecta heresi iudicio candentis ferri frustra[f] proponens[g], tam manifeste Deo operante cecidit, quod[h] non solum in dextera, in qua ferrum gestabat, set et in sinistra manu et in utrisque pedibus et ambobus[i] lateribus, in pectore similiter[k] et ventre[l] ustura mirabiliter apparuit; unde ex mandato archiepiscopi igni iniectus et combustus est.

a) et exp. *A* 2. b) memoriae *A* 1. c) per eg. *A* 1. d) Růb. *B* 1; Rob. *C* 1. e) supt. *A* 1. f) *deest* *C* 2. g) ꝑponens *B* 1; preponens *C* 2. h) ut *B* 1; ita ut *C* 2. i) in a. *B* 1. *C* 2. k) simul *B*. *C*. l) in v. *C* 2.

Recensio I. et II.

Eodem anno[1] sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus ob invictum aequitatis tenorem ab Heinrico Anglorum rege martirizatus est 4. Kal. Ianuar.[a] et multis miraculorum signis illustrissime claruit. Quorum de numero primum referre utile duximus, ut huius novitate alia pensentur. Cecus etenim quidam eadem die, qua sanctus episcopus occidendus erat, ex voto et salutis desiderio ad ecclesiam beati Nycholai carpebat iter. Cui quaedam effigies in specie viri occurrens, quo tenderet, inquisivit. Qui cum se ad beatum Nycholaum[b] pro desiderio visus iturum responderet, ait: 'Magis nunc ad novum Christi martyrem proficisci te[c] oportet, ut per eius merita visum recipias'. Itaque eadem hora circa vesperum, qua beatus martyr in ecclesia coram altari a satellitibus regis occidebatur, templum ingressus est. Petiit ergo, ut ad corpus beati viri duceretur. Quo ductus, dum[d] precioso sanguine eius oculos sibi linivisset, statim visum recepit. Innumeris usque hodie talibus per Angliam fulget miraculis.

Per idem tempus[2] Heinricus dux Saxonum filiam regis Angliae[3] duxit uxorem, repudiata priori[4] ob famam consanguinitatis. Filiam vero eius[5], quam ex ea genuerat, et quae prius copulata fuerat Friderico duci[6], qui in Italia obierat[7], duxit filius regis Danorum[8].

Ipso anno plures procerum obierunt, scilicet Luodewicus lantgravius, Hugo[e] comes de Muosal, Theodericus[f] comes de Cliva, Herimannus comes de Saffinberg[g].

Eodem anno apud Xanctum[h] ferebatur mulier infantem peperisse cum duobus capitibus et tribus brachiis et tribus pedibus. Item eodem anno quibusdam visa est forma serpentis in caelo, quae paulatim crescens ad extremum in duos rotundos circulos mutata est. Item apud Regiomagum[9] cuidam militi gladius ex[i] aere pendere visus est[k].

[22.[l]] Anno Domini[m] 1173.

Imperator pascha Domini apud Wormatiam agit, ubi *Apr.* 8. et celebris conventus principum fuit.

Ipso anno[10] Heinricus dux Saxonum Iherosolimam cum 500 fere militibus[n] tetendit[o], felici prorsus usus et honesta per terram profectione et reditu. Nam in eundo nullas Tur-

a) *deest A* 2. b) Nikol. *A* 1; Nykol. *A* 2; Nich. *C* 2. c) *deest B* 1. *C* 2. d) cum *C* 2. e) Hůgo *C* 2. f) Teodericus *B* 1. g) Falkinberg *A* 1; Faffinberg *A* 2. h) Xantum *A* 1. i) in *C* 2. k) *deest A* 1. l) 20. *C* 2. m) *deest A* 1, *et ita anno sequenti.* n) *corr.* milibus *A* 1. o) tendit *A* 1.

1) *Iam a.* 1170. 2) 1168, *Febr.* 1. 3) *sc. Heinrici II, nomine Mathildam.* 4) *Clementia, filia Conradi ducis de Zäringen, a.* 1162. 5) *Gertrud.* 6) *de Rothenburg.* 7) *a.* 1167. 8) *Kanutus, filius Waldemari I.* 9) *Remagen.* 10) *a.* 1172.

Recensio I. et II.

corum[a] passus est insidias et a rege Constantinopolitano[1] honorifice susceptus et magnifice dimissus est; in reditu vero quidam rex paganus[2] eum honorifice suscipiens, plura et magnifica dona optulit omnesque captivos christianos, qui sub regno eius exulabant, interventu ducis[b] absolvit.

Eodem anno[3] imperator cum maximo[c] exercitu Bawarorum, Suevorum, Francorum, Saxonum in Poloniam proficiscitur pro restituendo nepote suo[4] in ducatum. Tanta autem fuit multitudo exercitus, ut multi testentur, nullum[d] umquam imperatorem tam honesta expeditione Poloniam intrasse. Primo itaque ingressu eius Polonienses exterriti, quam citissime ad gratiam eius redierunt, ita[e] quod octo milia marcarum imperatori et suis contulerunt et imperio eius et omni voluntati sese devote subdiderunt[5]. Inde imperator rediens, Saxoniam ingreditur; cui omnes principes eiusdem provinciae devote occurrerunt preter filios Alberti[f] marchionis, qui ideo se ei opposuerunt, quia hereditatem comitis Bernardi et domni Martini Alberstadensis[g.6] episcopi requirebat. Contra hos itaque imperator bellum movere nisus, interventu quorundam principum hoc distulit, qui eos ad gratiam eius reducere promiserunt.

Illis diebus legati regis Babyloniae[7] ad imperatorem venerunt, rara et preciosa munera deferentes. Legatio talis erat, quod idem rex[h] peteret, ut filio suo filia imperatoris matrimonio iungeretur, ea conditione, ut ipse rex cum filio et omni regno suo christianitatem susciperet et omnes captivos christianos relaxaret. Imperator vero eosdem legatos honorifice[i] secum per dimidium fere annum detinuit et singulas civitates et ritus diligenter notare et inspicere concessit.

Ipso anno in Kalendis Decembris tussis intolerabilis et inaudita omne Theutonicum[k] regnum et precipue Galliam Comatam pervasit, senes cum iunioribus et infantibus debilitavit, plures morti addixit. Monasteriensis episcopus Luodewicus eadem peste occubuit; cui imperator Herimannum, fratrem comitis de Kazinelinboge[l], substituit.

[23.[m]] Anno Domini 1174.

Imperator natale Domini in Saxonia apud Aldinburg[n]

a) terrarum *A* 1. b) *deest* *C* 2, *ubi* i. relaxavit. c) magno *C* 2. d) t. numquam imperatorem *C* 2. e) ita — contulerunt *des.* *C* 1. f) Uberti *C* 1. g) Alverst. *B* 1. *C* 2. h) *deest* *C* 1. i) *deest* *A* 1, *ubi* p. d. f. a. s. d. k) Theuthonicum *corr.* Teuthonicum *B* 1; Teuthonicum *C* 1. l) Kazinclinboge *C* 1. m) 21. *C* 2. n) Aldinburc *A* 1.

1) *Emanuele.* 2) *Kilidsch Arslan II, rex Iconii.* 3) *Anno quoque* 1172; *cf. Varrentrapp p.* 61 *n.* 4) *Wladislavo.* 5) *Haec dubiae fidei sunt; cf. Ann. Palid. h. a.* 6) *Misnensis; nam Halberstadensis fuit Odelricus.* 7) *i. e. Aegypti. Sed soldanus Iconii intelligi videtur, de quo idem refert Otton. Fris. cont. Sanblasiana a.* 1179, *SS. XX, p.* 317.

Recensio I. et II.

celebrat[a], in pascha vero Aquisgrani curiam celebrem habuit; *Mart. 24.*
deinde venit Noviomagum, et per aliquot dies ibi[b] moratus,
expeditionem ante biennium indictam cunctos iurare fecit.
Pentecosten vero apud castrum quod Chocme[c.1] dicitur egit. *Mai. 12.*
Circa festum sanctorum[d] Primi et Feliciani cis Alpes apud *Iun. 9.*
Wivelinburg[2] colloquium habuit, ubi legati[e] Transalpinorum
principum eum adierunt, promittentes obsequium et conductum trans Alpes. Post haec[f] in nativitate sancti Iohannis *Iun. 24.*
[baptiste[g]] Ratisponam venit, ubi nuncii regis Grecorum eum iterum adierunt pro coniunctione filiae eius filio imperatoris.

Imperator legatos regis Babiloniae cum magno honore et multis donis remittit.

Ipso anno Ludewicus[h] rex Franciae et filius regis Angliae[3] et comes Flandrensis Heinricum seniorem[i] regem Angliae bello petierunt. Set rex Anglorum primo penitentiam agens de occisione martiris sancti[k] Thomae, victoriam adeptus est, plurimis de Flandria captis vel[l] fugatis[4].

Totum aestivum tempus in pluvias hyemales conversum est, unde segetes et vineae sunt corruptae. Eodem anno apud Anturnacum quidam fodientes corpus Valentiniani[m] imperatoris invenerunt, sicut in superscriptione denarii qui una secum repertus est continebatur[5]. Ad caput quoque eius corona, ad pedes vero urna, ad latus autem[n] gladius rubigine peresus, aureum habens capulum et lapidem victoriae[6], est inventus. Qui gladius imperatori ad inspiciendum delatus[o] est.

Igitur imperator, validissimo adunato exercitu, Italiam *Sept.*
iterum ingreditur. Cumque ad Alpium Appenninarum[p] aditum venisset, legati regis Iherosolimorum[7] ei occurrerunt, dona plurima et poma aurea musco impleta afferentes et litteras eiusdem regis, in quibus gratias imperatori retulit, dicens se iam dudum de regno expulsum, si non terrore imperatoris paganorum[q] reges restringerentur[r]. Transcensis Alpibus, quasdam civitates in deditionem accepit, Alexandriam novam, quae ex nomine Alexandri papae vocabulum sumpsit, obsidione cinxit.

a) celebravit 1. b) *deest* *A* 2. c) Cochme *A* 1; Checme *C* 2. d) *deest* *B. C.* e) legatus *A* 1. f) hoc *B. C.* g) *deest* *A.* h) Lůd. *C* 1. i) r. s. *A* 1. k) *deest* *A* 1. *C* 2; m. Th. episcopi *C* 2. l) et *C* 2. m) Valentiani *C* 1, *corr.* Valentiniani *B* 1. n) vero *A* 1. o) e. d. *B. C.* p) Apenn. *A* 1. q) r. p. *B. C.* r) constr. *A* 1.

1) *Cochem ad Mosellam.* 2) *De Aventico, Germanis Wifflisburg, cogitandum esse videtur. Locum in Saxonia positum certe non verbis 'cis Alpes' indicasset.* 3) *Heinricus iunior.* 4) *De pugna a.* 1173. *agi videtur.* 5) *Valentiniani denarius procul dubio huic narrationi ansam dedit.* 6) *De quo cf. J. Grimm, 'D. Myth.', edit.* 1, *p.* 631. *PLATN.* (*edit.* 2, *p.* 1170). 7) *Balduini IV.*

Recensio I. et II.

Inundatio Reni[a] et fluviorum insolita et diutina. Episcopus Cameracensis[1] a vulgaribus occiditur.

Olympias[b] 486. [24.[c]] Anno Domini 1175.

Imperator natale Domini in castris circa Alexandriam celebrat. Hanc siquidem urbem mirum in modum absque murorum ambitu fossatum magnae altitudinis munibat, quam multitudo latrunculorum, raptorum, servorum dominos fugientium, additis Longobardorum viribus, incolebat; quam caesar rogatu comitis de Monte-ferreo[2] facile capturum se sperans obsederat, set diutius quam optaverat ibi retinendus. Magna ibi constantia ex utraque parte militaris res fervebat; interdum ex his et illis quidam capti, nonnulli occisi et suspensi[d]. Imperator vero quiddam[e] laude dignum gessit. Tres enim ex[f] captis ante faciem eius cum essent ducti, mox oculos eorum erui precepit. Duobus primum cecatis, tercium iuniorem aliis, cur contra imperium rebellis existeret[g], inquisivit. At ille: 'Non', inquit, 'o[h] caesar, contra te vel imperium [tuum[i]] gessi, set dominum[k] in civitate habens, eius iussis parui et fideliter[l] servivi, qui si tecum contra cives suos pugnare voluerit, aequa vice ei fideliter serviam; et si oculos mihi erui preceperis, iterum ut potero domino meo serviam'. Quibus verbis illectus imperator, luminibus ei permissis, alios cecatos in urbem ab[m] eo reduci precepit.

Igitur ante pascalem sollempnitatem coniuratio grandis per[n] omnem Longobardiam contra imperatorem et suos facta est. Coadunatis itaque viribus, Mediolanenses, Veronenses, Novarienses, Brixienses aliarumque Italiae urbium populi incredibilem conduxere exercitum, indicto bello publico imperatori in campis Alexandriae. Quo cognito, imperator in ipsa
Apr. 13. paschali sollempnitate primo diluculo ab obsidione Alexandriae recedens, cum omnibus copiis eis obviam cum ingenti animositate processit et intra unius sagittae iactum iuxta tentoria hostium castra posuit. Terruit hoc Longobardos, quibus semper suspecta erat virtus Theutonicorum[o]. Nec mora,
Apr. 16. quarta feria pasche signifer illorum ammonitus a filio, qui in parte caesaris militabat, colloquium expetens episcopi Coloniensis et quorumdam principum, hoc consilio et persuasu suo effecit, quod omnesLongobardi magis pacem ac[p] veniam

a) Rheni *A* 1. *C* 1. b) Ol. 486. *des. A* 2. *B* 2. c) 22. *C* 2. d) suspendi *C* 1; s. sunt *B* 1. *C* 2. e) quoddam *A* 1? f) a. f. suam ex c. *C* 2. g) esset *C* 2. h) c. t. o c. *B* 1; non (*post del.*) i. non c. t. o c. *C* 2. i) *deest A.* k) h. d. in c. *B* 1. *C* 2. l) et ei f. *B* 1. *C* 2. m) ab eo *des. C* 2. n) pro omnibus *C* 1. o) Teuth. *B* 1. p) et *A* 1; ac veniam — pacem *des. C* 1.

1) *Robertus.* 2) *Wilhelmi. Ita etiam Romualdus Salern., SS. XIX, p.* 440, *et Ann. Placent. Gib., p.* 462.

Recensio I. et II.

quam bellum cuperent cum imperatore inire. Itaque omnis illa terribilis hostium acies ad castra caesaris prostrata, pacem et misericordiam postulabat, nudos in cervicibus gladios portantes. Certatim quoque ad imperatorem currentes, vexilla cunctarum urbium ipsi resignaverunt, alii vero pallium, quidam[a] pedes, nonnulli tentorium imperatoris exosculabantur[b], fidem sacramento firmantes. Interventu quoque eorum Alexandrinensibus usque ad terminum Maii mensis pacem[c] indulsit. Quibus gestis, partem militum repatriare permisit, opulentioribus secum retentis. Nec multo post Longobardi penitentes pro Alexandrinis, imperatori denunciaverunt, se omnino sacramentum fidei violaturos, nisi Alexandrinos in conditione illius pacis consortes haberet. Set imperatore id recusante, iterum more suo Longobardi fedus periurio solvunt. Qua necessitate caesar impulsus, per omne Theutonicum[d] regnum directis nunciis, novum exercitum adunari precepit[e].

a) alii *B* 1. *C* 2. b) oscul. *C* 2. c) *deest* *C* 2. d) Teut. *A* 1. 2. e) *his verbis explicit cod.* *A* 1.

Continuatio I. Recensio I. cod. A 2.

pontificemque Coloniensium[a] ad hoc opus utilem fore iudicavit. Qui imperatoria legatione Germaniam regressus, paucos, set fortes aggregare milites potuit.

Anno Domini 1176.

Imperator natale Domini in Longobardia celebrat. Mense vero Maio episcopus Coloniensis cum delecto milite Alpes superans, in confinio Ticini imperatori occurrit. Longobardi autem ingenita sibi fraude bellum imperatori inferre parati, omnes copias virium suarum eo contraxerunt. At Thetonici milites, quamquam fessi transalpinassent, turpe Longobardis cedere existimantes, armis et animis freti, pauci contra infinitam multitudinem procedunt et ab hora diei tertia usque fere nonam viriliter resistunt. Victoria tamen Longobardis

---

Recensio II. codd. B. C.

25.[b] Anno Domini[c] 1176.

Phylippus Coloniensis archiepiscopus, cui imperator id negotii iniunxerat[d], collecto novo exercitu, cum quibusdam Theutonicis[e] principibus mensę Maio Ytaliam intravit, et veniens Cumis, ibi substitit[f], ut ibidem coadunaretur exercitus omnis. Cuius adventu cognito, imperator, qui eo tempore Papye morabatur, cum paucis Cumis venit ipsumque episcopum et qui simul venerant gratissime[g] suscepit. Interea Mediolanenses et Veronenses ceterique Longobardi, collecto inmenso exercitu, Cumis appropinquabant, ut novum exercitum tamquam[h] ex itinere fessum[i] bello appeterent et opprimerent. Quod[k] dum imperatori per exploratores certius[l] innotuisset et a quibusdam suaderetur, ut tantae multitudini ad tempus cederet et bello abstinerẹt, indignum iudicans imperatoriae maiestati hostibus terga dare, assumptis his qui de civitate erant et his[m] qui cum archiepiscopo venerant[n], hostibus viriliter occurrit. At Longobardi aut vincere aut mori parati, grandi fossa suum exercitum circumdederunt, ut nemo, cum bello urgeretur, effugere posset. Pugnatum est igitur ab hora diei tercia usque ad[o] nonam; victoria tamen

a) Colonisium *A* 2. b) 23. *C* 2. c) dom. incarn. *C* 1. d) iniunxerit *C* 1. e) Teut. *C* 1. f) subsistit *C* 1. g) gratantissime *C* 1. h) tamque *B* 1. — ex it. *des.* *C* 2. i) *deest* *C* 2. k) Quo *C* 1. l) c. p. e. *C* 2. m) illis *C* 1. n) venerant *corr.* advenerant *C* 1. o) *deest* *C* 1.

Recensio I. cod. A 2.

cessit. Plures ex utraque parte occisi, nonnulli nobilium ex cesarianis capti. Somarii quoque et castra direpta sunt.

Habita sunt hoc anno plereque concilia in Italia cum imperatore et amicis eius pro diutino scismate sanctae ecclesiae [a], et ammonitus est [b] per Dei misericordiam domnus imperator iusticiae cedere et tocius orbis unitatem non deserere; sed tam repente ea res nequivit finem habere.

Recensio I. et II.

[26.[c]] Anno[d] Domini[e] 1177[f],

indictione 10, paschali die 8. Kal. Mai., occurrente anno *Iul.* 24.
Friderici Romanorum augusti 25, in vigilia beati Iacobi[g] apud Venetiam informata est [et[h] confirmata] pax et unitas sanctae matris ecclesiae, et domnus Alexander papa catholicus et Romanae ecclesiae pontifex summus est receptus, presente et collaudante imperatore et de toto orbe episcopis, abbatibus et prelatis ecclesiarum, cum iam scisma 17[i] annis[k] continuis perdurasset. Victoria celebris christianorum[l] de paganis et Sarracenis in finibus Iherusalem per virtutem sanctae crucis, sicut a fidelibus peregrinis relatum est[1]. Rex Angliae Heinricus terram Scottorum[m] armata manu ingressus, regem eorum et eiusdem gentis homines ad deditionem coegit[2].

[27.] Anno Domini 1178.

Imperator natale Domini Papiae[3] celebrat. Eclypsis lunae perspicua, quae cum 14. esset, per unius horae[n] spacium dimidio orbe obscurato, altero fulgida remansit. Godefridus episcopus Traiectensis obiit; [cui[o]] Baldewinus, frater comitis de Hollant, substitutus est. Imperator de Italia *Aug.* 15.
rediit, et curiam in assumptione Dei[p] genitricis apud Bisuntium in Burgundia habuit. Dissensio inter episcopum Coloniensem et ducem Saxoniae. Siquidem episcopus Coloniensis, aggregata preclarissima milicia, terram ducis trans fluvium Wisaram potenter ingressus, quaedam castella eius cepit, nullo sibi resistente ex parte ducis.

[28.] Anno Domini 1179.

Imperator natale Domini apud Herbipolim, quae et

Recensio II. codd. B. C.

Longobardis cessit. Plures — — direpta sunt. Hoc etiam anno[q] habita sunt plereque[r] concilia in Ytalia — — finem habere̜ *ut Rec. I.*

a) e. s. *C* 2. b) *deest B* 1. *C* 2. c) *deest A* 2 *semper, C* 2 *plerumque.* d) *dimidia columna vacua relicta, alia manu in novo folio et quaternione* (112) *pergit C* 2. e) d. incarnationis *C* 1. 2 *iam semper.* f) MC quartadecimo (*sic*) *C* 2, *ab alia manu saec. XV. superscr.* LXXVII. g) apostoli *add. B* 1. *C* 1? h) et conf. *des. A* 2. i) 22 *A* 2; 27 *C* 1. k) annuis *corr.* annis *B* 1. l) et chr. *A* 2. m) Scotorum *C* 1. 2. n) ore *C* 2. o) *deest A* 2. p) *deest A* 2; D. g. *des. C* 2; sanctae D. g. Mariae *B* 1. q) tempore *C* 2. r) pleraque *C* 2.

1) *Pugna apud Ascalonem commissa d.* 25. *Novembr.* 2) *Quod iam a.* 1174/75. *factum est.* 3) *In Italia; sed non Papiae; Prutz III, p.* 10 *sq.*

Recensio I. et II.

Ian. 12. Wirzeburg[a], celebrat[1], curiam vero in octava epiphaniae Wormaciae[b] habuit pro predicta dissensione Coloniensis episcopi et ducis et principum orientalium Saxonum, qui omnes iusticiam de duce a cesare implorabant, cum ille tamen absens esset. Christianus Mogontinus[c] episcopus capitur a marcravio[d] Ferrei-montis[2]. Curia apud Magedeburg[e] satis celebris. Querimonia[f] omnium pene principum ibi habita est de duce Saxonum, qui iam per annum ad audientiam vocatus venire aut noluit aut timuit, ibique fraus eius et perfidia primum imperatori detecta est. Nec multo post expedicio in Saxoniam ab imperatore et principibus collaudatur[g]. Episcopus Coloniensis, collecto forti milite, terram ducis iterum potenter ingressus, nullo sibi resistente, sine congressione pugnae pacifice rediit. Estas tempestuosa exstitit, ita quod mense Iunio lapides grandinis insolitae quantitatis ceciderunt. Episcopus Traiectensis[3] et comes Hollandiae[4] contra Fresones arma moverunt, sed sine honore victoriae
Aug. 1. redierunt. Kalendas Augusti terrae motus fuit, et eadem die circa horam sextam stella iuxta solem visa est. Eodem mense eclypsis lunae in plenilunio a media nocte usque ad[h] mane exstitit. Ludowicus[i] rex Franciae obiit[5]; cui Philippus[k], filius eius, succedit.

[29.[l]] Anno Domini[m] 1180.

Imperator natale Domini apud Herbipolim[6] celebrat.
Mart. 27. In media quadragesima curiam apud Gelinhusin[n] habuit. Ibi sentencia ipsius cesaris et iudicio cunctorum principum dux Saxoniae ducatu suo privatur, et assensu cunctorum[o] episcopus Coloniensis in sua diocesi et per omnem Westfaliam[p] et Angriam[q] eidem ducatui preficitur; reliqua autem pars per omnem Saxoniam comiti Bernardo de Hanahalt obvenit[7]. Nuncii regis Franciae imperatorem Sinzeche[r, 8] adeunt cum litteris eiusdem regis, in quibus se devote excusavit, numquam sibi animo fuisse, ut causa ducis Saxoniae imperatori rebellaret. Id ipsum nuncii comitis Flandrensis de domino suo credi petebant. Utrorumque nuncios imperator cum honore et pace remisit. Pugna inter ducem Saxoniae et lantgravium novumque ducem Bernhardum[s] com-

a) Wirzenburch *A* 2; Wirceburch *B* 1. *C*2 *semper*. b) W̊irmacie *B* 1; W̊ermatie *A* 2. *C*2. c) Mogunt. *C* 1. 2 *saepius*. d) marchgravio *A* 2; mar | vio *B* 1. e) Mageburch *A* 2; Magedebur *C*1. 2. f) ubi q. o. p. pr. h. *B* 1. g) indicitur *B* 1. h) *deest* *A* 2. i) Ludewicus *C* 1. 2. k) Phyl. *A* 2 *nonnumquam*. B 1 *saepius*. l) *deest etiam* *C* 1. m) d. (Domini) incarn. *etiam* *A* 2 *et* *C* 1 *saepius*. n) Gelinhusen *B* 1. *C*. o) c. principum *C* 2. p) Welphaliam *C* 1. q) Angariam *man. s. XV. corr.* *C* 2. r) Sinzechie *C* 1; Sin̄ *e corr.* *C* 2. s) *ita* *A* 2 *h. l.*

1) *Immo Ulmae; Lehmann p.* 58. 2) *Conrado.* 3) *Balduinus.* 4) *Florentius.* 5) *a.* 1180, *Sept.* 18. 6) *Immo Erfordiae; Lehmann p.* 58. 7) *Friderici diploma d.* 13. *April. datum v. Lacomblet, NR. UB. I, p.* 131. 8) *Sinzich ad Rhenum.*

Recensio I. et II.

mittitur. Ibique lantgravius capitur cum pluribus et custodiae mancipatur. Dux Poloniorum[1] adversus nepotem[2] suum auxilium[a] imperatoris impetrans, decem milia marcarum[b] cesari promittit. Nuncius soltani regis Persarum illic aderat; sed cuius rei[c] gratia venerit, latet. Colonienses circa muros elaborant fossatum.

Recensio I. codd. A 2. C.

[30.[d]] Anno Domini 1181.

Imperator natale Domini Wirceburg[e] celebrat.

Emanuel rex Greciae obiit[3]. Ferunt huius germanum Andronicum nomine, Turcis sociatum, in paganismum lapsum, sed hortatu fratris ad christianitatem redisse et post obitum prefati regis regnum invasisse, filium eius peremisse[4], uxorem eiusdem filii fratris sui[5], filiam scilicet regis Franciae, sibi copulasse.

Deinde[f] conspirantibus adversum se primoribus Constantinopolitanis cum quodam Ysachio[g] nomine, quem idem Andronicus necare voluerat, regno eiectus et turpi morte et vita privatur[6].

Recensio II. codd. B.

Anno Domini 1181.

Imperator — — copulasse = *Recensio I.*

Imperio itaque per fraudem adepto, quosque nobiles qui erant de seminę regio comprehendens, plurimos occidit, quosdam menbris mutilavit, et sic multa mala in regno operando per aliquot annos crudeliter et tyrannicę imperavit. Quadam die nychromanticos et astrologos, quorum consilio semper utebatur, ad se accersiens, consuluit eosdem, volens per eos ędiscere, quanto tempore regnare vel quali fine deberet decedere. Qui per invocationem demonum edocti, tercia die ad eum reversi sunt, dicentes: 'Sic et sic illa die morieris, et a quodam Sach interficieris'. Ex quorum mox verbis perterritus, quosdam fideles sibi invitans, sciscitatur, si aliquis in civitate de semine regio superstes nomine Sach moraretur. Illi autem diligentius causam investigantes, neminem nomine Sach, sed quendam Tyrsac, virum probum et fortem, in civitate regia habitare fatentur. Quod ille audiens, precone accito eundem sibi presentari precepit. Qui mox ad eundem veniens, mandata regis ędicit. Ille autem nequiciam tyranni intelligens, occulte in conclavi armis induitur, et sic ęquo ascenso cum eodem ad palacium

a) et *add. C* 1. b) c. m. *B. C.* c) *deest C* 1. d) 31. *C* 1; *deest C* 2. e) Wirzeb. *A* 2; Wirceburc *C* 1. 2. f) *C* 1 *addit verba:* quod in hac sceduli *vel* seeduli. g) Vesatio *A* 2; *post corr.* Tyrsachio *C* 2.

1) *Miseco.* 2) *immo fratrem.* 3) *Anno* 1180, *Sept.* 4) *Anno* 1183. 5) *Annam.* 6) *Anno* 1185.

Recensio I. codd. A 2. C.

Christianus[a] Mogontinus episcopus, dato non modico argento, captivitate solvitur[1]. Expedicio imperatoris in Saxoniam. Castella ducis plurima dedicionem imperii faciunt, omnisque Saxonia a duce deficiens imperatoris gratiam adire festinat[b]. Quid plura? Ille quondam famosissimus et[c] potentissimus in Romano imperio dux Heinricus, Dei voluntate humiliatus et deiectus, tandem ad dedicionem venit, sentencia cunctorum principum nomine et officio ducis privatur, quicquid ab imperio vel episcopis beneficiorum[d] habuit ei aufertur, finibus imperii tribus annis cedere cogitur. Alexander[e] papa obiit[f]; cui Lucius Ostiensis episcopus succedit.

[31.[g]] Anno Domini 1182.

Imperator natale Domini Merseburch celebrat. Dux Saxoniae exilium[h] subiens, in Angliam tendit[i], ibique triennio, ut imperator et principes decreverunt, demoratur.

Recensio II. codd. B.

ire festinat. Quem cum sepius ad accelerandum iter virga, quam manu gerebat, subsannando compelleret, iratus ille evaginato gladio caput illi amputavit, et sic per totam civitatem discurrens, extento gladio ad omnes vociferabatur, ita dicens: 'Venite omnes, ego occidi diabolum!' Accurrens autem universus populus tam nobilium quam ignobilium, et putantes eum tyrannum occidisse, cum eodem ad aecclesiam sanctae Sophiae processerunt. Et statim totum senatum convocantes, coram patriarcha et omni clero imperatorem eundem pronunciaverunt. Audiens autem tyrannus quae facta fuerant, occultę de palacio exiens, galeidam intravit, et sic per mare quod dicitur Brachium sancti Georgii, super quod palacium situm erat, fugere coepit. Veniens autem novus imperator cum omni populo ad palacium et eum fugisse comperiens, continuo alias galeidas ad capiendum illum misit. Quem statim comprehendentes, coram eo statuerunt. Qui convocans omnes nobiles, quos ille mutilaverat, precepit, ut propriis manibus crines capitis eius et barbe extraherent, et sic ad caudas ęquorum indomitorum eum ligari et per totam civitatem trahi, pueris eum prosequentibus et lapides et lutum super eum iacientibus. Sic Andronico extincto et Tyrsach sublimato[2], secundum innatam Grecis maliciam Fridericum postmodum imperatorem, cum peregrinis Greciam transeuntem, in multis offendunt.

Christianus — — succedit = *Recensio I.*

a) Christianissimus Moguntinus *C* 1; Maguntinus *C* 2, *et ita saepius.* b) festinant *A* 2. c) et potentissimus *des. C* 2. d) beneficiorumque *A* 2. e) Alexander — succedit *des. B* 2. *Fr.* f) *deest A* 2 *saepius.* g) 32. *C* 1, *et ita deinceps numeri uno maiores; deest C* 2. h) exilio *corr.* exilium *B* 1. i) am t. *desunt A* 2.

1) *De tempore non satis constat; v. Varrentrapp p.* 97. 2) *Anno* 1185.

Recensio I. et II.

[32.] Anno Domini 1183.

Corpus beatissimi confessoris Christi Annonis de tumulo elevatum est per Iohannem cardinalem sanctae Romanae ecclesiae et Petrum Lunensem episcopum, cum iam 108 annis in sepulchro quievisset [1], et Deo gloriam suam propalante, innumeris claruit miraculis.

Christianus Mogontinus episcopus in Italia moritur, cum iam ibi iussu imperatoris per 11 fere annos [2] armata manu Longobardos, Tuschanos [a], Grecos edomuisset. [Scripsit [b] toti pene Cisalpinae ecclesiae papa Lucius pro requie defuncti eiusdem [3]; nam non solum imperatori, sed et apostolico sepe utilis fuit ad reprimenda hostium castra]. Cunradus [c], quondam Mogontiensis [d] episcopus, sed ab imperatore eiectus, gratiam imperatoris adeptus, ab eo episcopatum recepit.

[33.] Anno Domini 1184.

Imperator curiam [e] adeo celebrem et famosam omni Romano orbi habuit in civitate Mogontiensi [d], ut nulla comparatione antecessorum eius curiae huic comparari possint. Non solum enim ex Romano imperio, verum ex multis aliis regnis honorati illic adunati fuerant, liberalissime eis imperatore per triduum copiam inpertiente. Causa tantae frequentiae fuit, quod filius imperatoris rex Heinricus ense miliciae accingendus erat ibi. Res autem ibi accidit tam memorabilis quam lugubris. Nam tentoriis per campestria fixis propter nimiam frequentiam, quae in civitate collecta erat, capella imperatoria ex lignis constructa in campo erecta fuerat. Quae divino iudicio et infausto omine [f] corruens, plures qui in ea erant oppressit. Simile huic precedenti anno [4] apud Erpeffort contigit; ubi residentibus in solario cuiusdam domus nobilissimis viris, ex vehementi turbine solarium ruit; et ex eis quinque numero — quod dictu pudori est — in cloacam ceciderunt suffocatique sunt preter lantgravium, qui vix emersit [g].

Arnoldus Trevirorum episcopus obiit [h. 5]; cui per scisma eligentium duo subrogati sunt, Rudolfus [i] scilicet prepositus ecclesiae et Volmarus [k] maior decanus; sed imperator Rudolfo favens regimen [l] et iura episcopii tradidit; Volmarus

a) Thuschanos *C* 1; Thyschanos *C* 2; Tuscanos *B* 1. b) *haec desunt B* 1, *qui perperam pergit:* Cui Cunr. c) Conr. *C* 2. d) Mogontinensis *A* 2. e) c. adeo *des. C* 1. f) homine *C* 2; ommino *C* 1. g) evasitt *post corr.* emersi *B* 1. h) *deest C* 1. i) Rodolphus *C* 1, *ubi mox* Rudolph. k) Wolmarus *C* 1. l) regnum *A* 2.

1) *Inde ab a.* 1075. 2) *Cf. supra a.* 1171. 3) *Jaffé III, p.* 411. 4) *Hoc ipso anno Chron. Sampetr. ed. Stübel p.* 41. *aliique referunt; cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 33. 5) *a.* 1183.

Recensio I. et II.

vero pecunia preditus in Italiam tendit et gratiam apostolici et cardinalium sibi conciliat. Alter imperatoris, alter papae solatio fovebatur.

Imperator post peractam gloriosissime curiam Italiam petit circa Augustum, et Mediolani et interdum Papiae moratur; papa vero Lucius, qui ad colloquium imperatoris venerat, Placentiae[1] hyemare disposuit.

[34.[a]] Anno Domini 1185.

Imperator natale Domini Papiae[2] celebrat, crebrique nuncii inter ipsum et papam erant, antequam ad colloquium venirent. Filius imperatoris insolenter agere et res alienas diripere coepit; unde crebra querimonia ad patrem et demum ad apostolicum delata[b] est. Unde cum imperator vellet, ut imperiali benedictione sublimaretur, fertur papa respondisse ex consilio quorumdam principum et cardinalium: non esse conveniens duos imperatores preesse Romano imperio[3]. Deinde imperator regno[c] Grecorum infestus, filiam[4] Ruotgeri[d] regis Siciliae filio suo copulare procurat.

In mense Octobri insolitus turbinis ventus adeo vehemens fuit, ut tecta lapidea arboresque grandes deiceret et domos[e] plures everteret. Dux Saxoniae, peractis exulationis suae annis[5], de Anglia rediit, proprio tantum contentus patrimonio. Imperator Cremam Lonbardiae[f] civitatem olim a se eversam[g] studiose reedificat; quae restaurata ei rebellat[6]. Imperatrix* obiit[7].

[35.[h]] Anno Domini 1186.

Imperator natale Domini Mediolani[8] celebrat. In octavis
Ian. 13. vero epiphaniae nuptias filii sui opulentissime cum magna cunctorum pene procerum frequentia apud Ticinum[9] agit. Lucius[i] papa obiit[10]; cui Urbanus Mediolanensis succedit. Rex Siciliae[k] Greco bellum inferre[l] parans, cunctas naves per quas peregrini Iherosolimam ituri erant vi occu-

*) Beatrix nomine *add.* C2.

a) 35. *corr.* 34. *B* 1. b) ẹlata *corr.* dẹlata *B* 1; elata *corr. m. rec.* delata *C* 2; data *C* 1. c) regis regno *A* 2. d) Rotgeri *C* 1; Rutgeri *A* 2. *C* 2. e) domus *corr.* domos *B* 1. f) Longob. *B. C.* g) conversam *B. C.* h) 36. (*ita C* 1) *corr.* 35. *B* 1. i) Lucius — succedit *des. B* 2. *Fr.* k) Sycilye *C* 2. l) *deest A* 2.

1) *Immo Veronae; v. Iaffé, Reg. p.* 846 *sqq.* 2) *Brixiae; v. Scheffer-Boichorst, 'K. Friedrich I. letzter Streit mit der Curie' p.* 65. 3) *Cf. Hist. Reinhardsbr. ed. Wegele p.* 59. 4) *Constantiam.* 5) *Venia ab imperatore impetrata rediit Heinricus.* 6) *Non Crema, sed Cremona imperatori rebellavit.* 7) *a.* 1184, *Novemb.* 8) *Immo Papiae; v. Sch.-B. p.* 83 *n.* 1. 9) *Immo Mediolani d.* 27. *Febr.* 10) *a.* 1185.

Recensio I. et II.

pavit, sicque cum dampno et luctu nimio singuli repatriaverunt.

Papa Volmarum[a] contra voluntatem imperatoris in episcopum[b] Trevirorum consecravit, et hoc quoddam discordiarum initium[c] inter apostolicum et imperatorem fuit.

Reinardus[d] Wirzeburgensis episcopus obiit; cui Godefridus, cancellarius imperatoris, successit.

Imperator de Italia redit.

Treveris in die pentecostes, qui obvenit Kal. Iunii[e], quando festum sancti Symeonis[f] colitur, quidam[g] clibanum panibus coquendis repleruntt[h]; qui[i] omnes in sanguinem versi[k] sunt.

[36.[l]] Anno Domini 1187.

Imperator pascha Ratisponae, pentecosten Aldenburg[m, 1] celebrat. *Mart. 29. Mai. 17.* [In[n] Ianuario et Februario estas quedam pro hyeme apparuit[o]. Nam pice et corvi et diversae aviculae pullos educarunt in eisdem mensibus, arbores et herbae diversi generis floribus venustae conspiciebantur]. Predictus[p] Volmarus in regno regis Franciae se continens[q], apud Remis[2] suffraganeis episcopis seu prioribus Trevirensis ecclesiae synodum indicit. Imperator, hoc audito, ne irent, interdicit. Episcopus Metensis Bertrammus[r], quia eundem Volmarum hospicio suscepit, vel quia synodum eius dictus est adisse, per Wernerum de Bolant[s], nuncium imperatoris, de[t] episcopatu eicitur, bona eius confiscantur, ipse Coloniae apud Sanctum Gereonem, ubi etiam canonicus ante fuit, privatus vixit. Episcopus Virdunensis ob eandem werram[u] episcopatum sponte resignavit. Episcopus Tollensis et priores Trevirenses[v] eadem occasione per Volmarum[w] excommunicantur; quam excommunicationem papa confirmat[x].

Domnus papa Coloniensi archiepiscopo Philippo ius appellationis[y] et vicem suam tam in episcopatu Coloniensi quam super omnes suffraganeos sedis Coloniensis indulget et scripto confirmat[3].

Regis[z] Angliae Heinrici filius Richardus, mari trans-

a) Wolm. *A* 2 *saepius*; Volfm. *B* 1. b) episcopatum *C* 1. c) *deest C* 1. d) Reinnardus *B* 1; Reinardus — redit *des. B* 2. *Fr.* e) Iulii *A* 2. f) Symonis *corr.* sancti Sym. *C* 2. g) ut *post, sed eadem manu add. C* 2. h) repleverunt *B* 1. i) statim *e corr. C* 2. k) reversi *C* 1. l) 37. *corr.* 36. *B* 1. m) Aldeburg *B* 1. Aldeburc *C* 1. 2; n) *desunt B* 1. o) aperuit *C* 1. 2. p) Igitur pr. *B* 1. q) contuens *A. B. C.* r) Bertrammus *B* 1; Bertrannus *C* 1. s) Bonland *A* 2. t) e. de ep. *B. C.* u) guerr. *A* 2. v) Treverenses *C* 2. w) Volkmarum *hoc loco B* 1. x) affirmat *B* 1. *C*? y) appellatione *B. C*; *post add.* in *B* 1. z) Richardus filius Heinrici (Heinricus *C* 2) regis Angliae *B* 1. *C* 2; r. A. Henrici f. Rychardi *C* 1.

1) *Gisleberto teste, SS. XXI, p.* 552, *Tulli fuit.* 2) *Mosomagi in dioecesi Remensi; v. G. Trev. Cont. III,* c. 10, *SS. XXIV, p.* 387. 3) *a.* 1186, *ut videtur; cf. Scheffer-B. p.* 109 *n.* 5.

Recensio I. et II.

misso, terram regis Francorum Philippi cum copiis suis invasit[a]; unde [idem[b]] rex Francorum opem Friderici[c] Romanorum augusti asciscit; pro cuius metu Anglicus, treugis datis, ab incepto desistit.

In Coloniensi episcopatu pavor ingens exoritur. Nam de imperatore rumor celebravit, quod exercitum per terram Coloniensium in auxilium Franci regis ducere, re autem vera Coloniam obsidione[d] vallare intenderet. Pontem etiam trans Mosellam latissimum de navibus et trabibus transiturus[e] fieri iusserat. Quo[f] moti [Colonienses[g]] fossatum civitatis instaurant [et[h] in aedificiis novarum portarum insudant]. Archiepiscopus [Coloniensis[i]] castella custodiis et victualibus, oppida muris et fossis munit. Non enim in gratia imperatoris admodum fuit, eo quod papae, qui imperatori infestus erat, magis videretur favere, et pro hac suspicione imperatoriae offensae fides de facili prestita fuit huic machinationi. Attamen constat, quod[k] imperator contra Colonienses tunc temporis nichil pravum moliebatur, et ideo, dum ad eum delatio cucurrisset de tumultuatione et apparatu ipsorum, graviter
Aug. 15. tulit. In assumptione sanctae Mariae curiam habuit Wormaciae[l], ubi coram principibus querimoniam fecit de archiepiscopo et Coloniensibus, quod transitum ei per terram imperii[m] sui vetare et verbum tam probrosum per orbem Romanum de eo disseminare non timuissent. Itaque a festo
Iul. 25. sancti Iacobi Renum claudi iussit Coloniensibus, ne frumenta vel vina solito[n] ad eos descenderent. Tunc etiam inter Baldewinum[o] Traiectensem episcopum et Ottonem comitem de Gelre bellum grave committitur pro terra Velewe, cedes et incendia grassantur; quod voluntate imperatoris agitari ferebatur, quo minus auxilii partes illae ferrent Coloniensibus, et ne naves in superiora ire potuissent.

[De[p] invasione Sancte Terrae et sancte crucis[q] perditione].

Anno eodem vox turturis, vox doloris et gemitus fines christianorum usque ad[r] mundi ultima lamentabilis novitate rumoris perculit: terram sanctam Iherusalem, quam redemptioni nostrae ipsi dedicarunt pedes Domini, spurciciis paganorum exponi, crucem salvificam captam ab ethnicis[s], stragem populi christiani factam. Quod in hanc formam fertur acci-

a) invadit *B* 1. b) *deest A* 2. *C.* c) F. *A* 2. *B* 1. d) in obs. *B* 1. e) transituris *B. C.* f) Pro quo *B. C.* g) *deest A* 2. h) *haec desunt A* 2. i) *deest B. C.* k) c. contra imperatorem C. n. p. m. t. t. *A* 2. l) Wirmatie *C* 1. m) t. suam vel i. *B* 2; t. s. et i. *Fr.* n) solita *A* 2. o) Balduinnum *C* 2. p) *haec des. A* 2. *C* 1. q) *signum crucis* (†) *add. B* 1. r) fines *add. sed del. C* 2. s) ęthinicis *B* 2.

Recensio I. et II.

disse. Rege Iherusalem[1] mortuo et filio parvo relicto, regina filium Cunradi[a] comitis de Monte-ferreo duxit[2], qui posset tueri regnum, quoadusque puer adolevisset. Unde[b] comes Tripolitanus[3], patruus pueri, graviter motus, quod ei potissimum haec cura deberi videretur, se ad Turcos sive Sarracenos contulit, eorum opem quesivit. Qui congregati in multitudine gravi, terram Iherosolimorum intrant, civitates et castella in virtute sua capiunt, habitatoribus cesis in ore gladii; prelium etiam cum christianis committunt, in quo, pro dolor! ipsi victores existunt[4], sicut litterae papae Urbano directae testantur, quas huic paginae subicere non putavimus ociosum ob noticiam rerum:

Sanctissimo patri suo Urbano, Dei gratia summo et universali pontifici, Tyricus[c] *pauperrimae miliciae Templi dictus preceptor cum universo pauperrimo et fere adnichilato fratrum conventu salutem et debitam in Domino obedienciam cum omnimoda reverencia. Quot*[d] *quantisque calamitatibus ira Dei, peccatis nostris exigentibus, perculsi inpresentiarum*[e] *opprimamur, nec litteris nec flebili voce, pro dolor! explicare valemus. Turci enim inmensam gentium suarum multitudinem congregantes, christianorum fines acriter invadere ceperunt. Contra quos gentium nostrarum phalanges coadunantes, peccatis exigentibus, infra octavam*[f] *apostolorum Petri et Pauli in eos congredi et versus Tiberiadem, quam* Iun. 29. *violenter castro suo relicto ceperant, iter arripere presumpsimus. Cumque in scopulis pessimis nos induxissent, ita nos acriter expugnaverunt, quod, sancta cruce et rege nostro capto, et omni nostra multitudine interfecta, vix comes Tripolitanus et domnus Reinoldus*[g] *Sydonius et domnus Balianus de miserabili illo campo evadere potuerunt. Deinde in nostrorum christianorum sanguinem sunt debachati, et versus civitatem Accaron*[h] *cum omni sua multitudine venire non distulerunt. Quam violenter capientes, totam fere terram invaserunt, Iherusalem, Ascolo*[i]*, Tyro et etiam Berito nobis et christianitati solum relictis. Istas etiam civitates, omnibus earum fere habitatoribus in prelio interfectis, nisi divinum et vestrum assit auxilium, nullo modo retinere poterimus. Civitatem etiam Tyrum inpresentiarum acriter obsidentes*[k]*, violenter die et nocte expugnare non cessant, et tanta est*

a) Conr. *C* 2. b) Inde *A* 2. c) Tirricus *B* 1; Tyrricus *C* 1. d) Quod *B* 1. *C.* e) pres. *B. C.* f) oct *B* 1; octava *C* 1. g) Reinnoldus *C* 2. h) Acharon *C* 1; Accharon *C* 2. i) Ascalo *A* 2. k) inpugnantes die ac n. v. exp. *B* 1.

1) *Balduino IV, qui a.* 1185. *obiit. Sed quae sequuntur a vero valde recedunt.* 2) *Soror Balduini filio Wilhelmi de Monte-ferreo nupsit.* 3) *Raimundus.* 4) *a.* 1187.

Recensio I. et II.

eorum copia, quod totam[a] terrae faciem a Tyro usque Iherusalem et usque Gazam[b] velut formicae frequentes cooperuerunt[c]. Nobis ergo[d] et christianitati Orientis, ad presens omnino fere perditae[e], quantocius succurrere dignemini[f], ut per Deum et vestrae paternitatis auxilium istas residuas civitates vestro fulti amminiculo salvare[g] possimus.

Similia demandata sunt illustri domino Friderico[h] Romanorum imperatori. Ex occasione tam luctuosae legationis et facti memorati papa[1] Heinricum Albanensem episcopum cardinalem misit ad partes Galliarum et in omnem Cisalpinam[i] provinciam una cum legato Iherosolimitano[k], invitare et cohortari omnem virum strennuum et electum ad subeundam peregrinacionem pro honore[l] Christi et ligni dominici liberacione. Innumera ergo[m] nobilium et vulgarium turba crucem sibi affigunt. Globi scintillarum magno agmine et longo tractu se sequentes prope terram visi sunt tempore messis, quos quidam interpretati sunt portendere expedicionem
Sept. 17. in Iherusalem. Eclypsis solis circa festum sancti Lamberti[n] ab hora sexta usque ad[o] octavam.

Urbanus[p] papa obiit[2]; cui Gregorius VIII, qui et Albertus, ipsius cancellarius, succedit. [Gregorius[q] papa obiit[3]; cui Clemens Prenestinus episcopus succedit].

Ante hyemem filius imperatoris, rebus in Italia compositis, cisalpinat.

[37.[r]] Anno Domini 1188.

Imperator natale[s] Domini agit Treveris, ubi publice toti[t] curiae et senatui conquestus est, quod in provecta aetate cogeretur a Coloniensi clerico exercitum adunare, terram imperii sui vastare contra voluntatem suam. Circa natale Domini et[u] rex Galiciae terrae Sancti Iacobi occiditur a paganis, cum ipse tamen victor extitisset[4]. Quidam dicebant, in plenilunio tres lunas se insimul vidisse una nocte cum alba macula et signo crucis transeunte per medium.

Febr. 2. Imperator purificationem sanctae[o] Mariae apud Nurinberg[v] agit, ubi archiepiscopo Coloniensi post plurimos dies ex sentencia prefixos, quos ille supersedit, tandem peremptorium diem sentencialiter posuerat. Quo cum idem presul occur-

a) tantam *B. C.* b) Bazam *C*1; Basam *C*2. c) cooperti erunt *C*1. d) igitur *B*1. e) dispert. *A*2. f) *post suppl. B*1. g) defendere *B*1. h) Fretherico *C*2; F. *A*2. *B*1. *C*1. i) Transalpinam *B*1. k) Ierusol. *A*2. l) amore *B*1. m) *deest C*2, Inn. *in loco raso scrips.* n) s. Lamb. *des. in fine paginae B*2. *Fr.* o) *deest A*2. p) Urbanus — Pren. ep. succ. *des. B*2. *Fr.* q) *haec des. A*2. r) 38. *corr.* 37. *B*1. s) nativitatem *C*1. 2; nat̄ *A*2. t) tote *C*2. u) *deest C*1. 2; et ex *A*2. v) Nuribergh *B*1; Nurimberch *C*2; Muberch *C*1.

1) *Gregorius VIII.* 2) *Oct.* 19. 3) *Dec.* 17. 4) *De Ferdinando II. a.* 1188. *mortuo sermo esse videtur.*

Recensio I. et II.

risset, inde usque Laetare Iherusalem ad curiam Mogontiae[a] causa induciata est. Circa idem tempus filius imperatoris* Confluentiae conventum magnum habuit, citatis ad se comitibus et nobilibus Lotharingiae[b] et maxime de episcopatu Coloniensi. Cumque perquireret, qui cum eo stare vellent contra presulem et terram Coloniensem, et ei cuncti contradicerent, iratus recessit. Laetare Iherusalem curia celeberrima apud *Mart.* 27. Mogontiacum[c] celebratur a tocius Theutonici[d] regni capitaneis, tam de clero quam de ordine laicali, presente Heinrico cardinale; quae a serenissimo imperatore** et filio eius*** rege curia Ihesu Christi ante fuit intitulata. Ad eandem curiam imperator interrogavit in propria persona: quid potissimum iudicarent, an in continenti crucem sumeret[e] an differret[f]? quia post annum iturus erat. Cumque omnes acclamarent, ne differret, crucem ab Herbipolensi[g] episcopo Godefrido suscepit cum summo tripudio et laudibus ac pre gaudio fletu cunctorum. Ante eum filius eius dux Sueviae Fridericus hanc susceperat. Ibi quoque archiepiscopus† et Colonienses reconciliantur imperatori, eodem tamen presule triplex sacramentum prestante pro obiectis, duo pro duabus curiis non quesitis[1], unum pro Iudeis, quos in contumeliam imperatoris diffamatus erat pecunia multasse. Modus autem reconciliacionis hic erat: Dabant imperatori duo milia marcarum, ducentas et 60 in curiam. Unam portarum destruunt ad unam testudinem, fossatum reimplebunt quatuor locis ad quadringentos pedes. De quibus tamen concessum est, ut, si vellent, ea die subsequenti in priorem statum repararent. Quod sic factum est. Episcopus Traiectensis et comes de[h] Gelre et multi alii, quos discordes ante[i] nemo in concordiam potuit reducere, nullo nisi spiritu Dei mediante, ibidem inter se reconciliantur, et plurimi ex[k] eis crucem leti sumunt. Mogontinus mittitur ab imperatore ad Ungarum pro Bulgaria exequanda[l] ad[m] stratas et pro victualibus providendis exercitibus signatorum. Qui remandat, ita de his ordinasse, quod 100 equorum pabula marca emantur, similiter 4 boves prestantes marca una, et cetera in hunc modum.

*) Heinricus *addit C* 2. **) Frederico *addit C* 2. ***) Heinrico *addit C* 2. †) Coloniensis *addit B* 2. *Fr.*

a) Magunt. *C* 1. b) Lotar. *C* 2. c) Moguntiacum *B* 1; Moguntiam *C* 2. d) Teuthon. *C* 1; Theotun. *C* 2. e) sumerent *corr.* sumeret *B* 1. f) deferret *B* 1. *C* 1; differret *in loco raso C* 2. g) Erb. *B* 1. *C.* h) *deest A* 2. i) antea *B* 1; ant̄ *C* 2. k) pl. l. ex eis cr. s. *B* 1. l) exequenda *corr.* exequanda *B* 1. m) *e corr. B* 1.

1) *Wormatiensi a.* 1187. *(supra p.* 136*) et Strasburgensi; v. Scheffer-B. p* 198.

Recensio I. et II.

Apr. 17. Imperator pascha apud Gelinhusin[a] agit. Fridericus[b], filius imperatoris, dux Sueviae filiam Belae Ungari regis ducit uxorem.

Mai. 26. In ascensione Domini comes de Dietse[c] Heinricus profectus est, quem misit imperator ad Salatinum[d] regem, ut federi quod mutuo dudum pepigerat renunciaret, et quod amicus eius esse non posset, immo hostem et totum Romanum imperium vel orbem contra eum moturum, nisi sub celeritate terram sanctam Iherusalem deserere, lignum dominicum in id[e] loci quo id tulerat referre, de occisis christianis, qui utique homines ipsius essent, satisfacere festinaret.

In Aprili eruptiones rivulorum factae, quales ante[f] nemo viderat; sed et in siccis locis iuxta fluenta maximarum inundationum ebulliciones apparuerunt. Estas sicca et ferventissima fuit.

Imperator totam[g] estatem circa Wisaram exegit, castella et munitiones, de quibus rapinae et thelonea iniusta fiebant, destruxit.

Heinricus de Aldenburg[h.1], qui antea dux fuerat, imperatori reconciliatur, et natale solum ad tres annos abiurat et in Angliam secedit.

Philippus rex Franciae et Richardus rex Angliae, abruptis crucibus, bella renovant, terras mutuas devastant et nulli aetati parcunt; postea confederati contra patrem eiusdem Richardi, prelia instaurant, donec eo defuncto ad rediviva iterum bella relaxantur[i]. Destructio cenobii apud Grandimont[2] per comitem Richardum, quod repletum ferebatur ethnicis[k].

Hoc anno archiepiscopus Coloniensis, precavens in futurum, ad quadraginta milia marcarum et septingentas marcas summam argenti perduxit in coemptione urbium et prediorum terre Coloniensi adiacentium circumcirca[l].

Filius imperatoris ante Augustum mensem de montanis Lonbardiae[m] redit[n] cum detrimento suorum, resistente sibi comite Willehelmo[o] de Barba[3].

[Interim[p]] naves fabricantur[q] per diversas regiones et civitates in expeditionem, e quibus quatuor de Colonia moverunt, in quibus erant ad quindecim centum homines; tam

a) Gelinchusen *C* 2. b) Fred. *C* 2 *constanter*. c) Diethse *A* 2; Diecse *C* 1; c. H. de Dietse *C* 2. d) Saladinum *B* 1. *C* 2. e) d. uno l. *A* 2; d. unde l. *C* 1. f) n. a. *A* 2. g) circa e. circa *C* 2. h) Aldeburch *C* 1; Aldendorp, *syllaba* dorp *in loco raso eadem ut videtur manu C* 2. i) lax. *A* 2. k) ab ethnicis *C* 2. l) circa in circa *C* 1. 2, *corr.* circum circa *manu post. B* 1. m) Logobardie *B* 1; Longobardie *C* 2. n) rediit *B* 1. o) Wilhelmo *B* 1. *C*. p) *deest A* 2. *C* 1; Eodem anno n. *C* 2. q) fabricabantur *B* 1. *C*.

1) *Ita Heinricus Leo nescio cur indicatur.* 2) *Grammont dioeces. Lemovicensis; Richardus comes fortasse filius est Heinrici regis Angliae, comes Pictaviae, qui tunc in Francia contra patrem rebellavit.* 3) *De hac re nihil compertum habemus; v. Toeche p.* 100.

Recensio I. et II.

hi quam ceteri omnes ad tres annos victualia copiose habebant, armis precipuis et omni genere resistendi muniti.

Imperator militem probum Godefridum[a] de Wisenbach[b] cum nonnullis xeniis[c] mittit ad soldanum de Yconio, confederatum suum ab antiquo, pro negocio tanti itineris. Ille, visis litteris et nunciis imperatoris, plus quam dici possit gavisus est, dicens, sibi numquam[d] rem iocundiorem obvenisse, quam[e] imperatorem Romanorum, quem semper optaverat videre, in proximo per terram suam transiturum audiret; se suaque omnia illius voluntati et imperio fore exposita. Sed haec[f] eum in dolo egisse, rei exitus monstravit[g]. Scripsit etiam imperatori[h] Greco, qui solito more a legatis vix manus vel venena continuit[i], nec bene tenuit nec bene dimisit eos. Attamen cum nunciis soldani[k] suos [quoque[l]] responsales remisit ad imperatorem; quos ille modice tractari fecit, nec eorum fictis legationibus fidem prebuit.

[38.] Anno Domini[m] 1189[n].

Imperator natale[o] Domini Egrae agit. Cunradus de Sur[p. 1] litteras imperatori misit, rogans, ut festinet venire, et[q] dicens, paganos eius adventu terreri, conquerens etiam de Widone, qui rex fuerat Iherusalem, sed captus, assignatis[r] quibusdam castellis in ius Saladini[s] liberatus est, et de Philippo Flandrensi templario, quod hi invidia ducti gravarent eum[t] in multis etiam plus quam pagani. Unde etiam argenti pondus, quod rex Angliae ad subsidium christianorum miserat, diripuerunt[u]. Ante natale Domini imperator scripsit ducibus, comitibus et cunctis principibus per imperium, qui signati essent[v], ut se exspectent in eundo, iuramento paratus confirmare, si non crederetur, se ultra diem sancti[w] Georgii *Apr. 23.*
non moraturum, immo eo die apud Ratisponam venturum; et quicumque Christi sint, ad hoc iter expediti eo occurrant, inde secum migraturi contra Saladinum[x]. Ab hoc natali Domini usque in mediam quadragesimam ut arena maris atque[y] caeli sidera incomputabiles signatorum catervae euntium et equitancium omnes stratas regias et per ascensum Reni loca omnia repleverunt. De tot vero premissis exercitibus ad mare minima pars transire potuit, quia ad nutum

a) *deest* *C* 2. b) Wisebach *A* 2. c) exen. *C* 2. d) numque *corr.* numquam *B* 1. e) quod *B. C.* f) *deest* *A* 2. g) comprobavit *B* 1. h) imperator *coni. Platn.* i) contis *A* 2; continuo *C.* — more veneni malicia repletus, legatos nec — dimisit *B* 1. k) soltani *B* 1 *saepius.* l) *deest* *B. C.* m) incarn. Domini *C* 1. 2. n) 1180. *corr.* 1189. *B* 1; 1180. *man. rec. corr.* 1179. *C* 2. o) nativ. *A* 2. p) Surs *C* 2. q) *deest* *B* 1. r) a signatis *B* 1. 2; asign. *C* 2. s) *ita* *A* 2; soldani *C*; soltani *B* 1. t) eum — pagani *des.* *C* 1. u) diripuerant *A* 2. v) erant *B* 1. w) *deest* *C* 2. x) Soladium *C* 1. y) adque *B* 1. *C* 2.

1) *Tyro.*

Recensio I. et II.

imperatoris Siculus rex inhibuerat transitum peregrinis, eo quod victus deforet in transmarinis, et quod manu parva nichil facere possent contra paganos ante adventum regum diversorum et ipsius imperatoris. Iherusalem muris et turribus obfirmatur ab ethnicis[a]. Sepulchrum dominicum clauditur. Acra, cum post necem christianorum per aliquot[b] tempus deserta haberetur, utpote fracta[c] et diruta, iterum ab ethnicis[a] reedificatur et inhabitatur. Solam Sur[d] et Tripolim et Antiochiam et castella in montanis posita christiani optinent. Marchio Cunradus quietus in Sur[d] esse nec confligere cum paganis statuit, ne, si exercitus suus perimeretur, civitas a christianis perditum iret. In natale Domini legati soldani de Leonio[e, 1] cum quingentis equis imperatorem adeunt mille numero; qui plures ideo missi sunt, ut eo magis crederetur his quae nunciarent. Soldanus ad subsidium itineris et ad opem indefessam imperatori et exercitui eius se expositum mandavit et xenia[f] ei quam plurima[g] transmisit. Aderant etiam legati Servianensis[h] regis. Est enim[i] Severian[2] terra inter Ruteniam et Ungariam posita. Isti in mandatis habebant, regem ipsorum summo gaudio perfungi pro adventu imperatoris, et quod Romanorum augustum in specie peregrini per[k] terram suam transiturum se videre speraret, nichil in hac vita iocundius reputare. Ad hoc scripsit ei, nobilissimam urbium suarum se ad hoc preparare, quatinus cum maxima sollempnitate eum ibi decenter exciperet, et de cetero caput regni sui eandem urbem reputare ac[l] libertate eam donare velle. Quibus gloriose susceptis ac remuneratis, diversa dona regi eorum remisit, glorificans Deum, quod a regibus, quos vix umquam nominari audierat, tanti haberetur.

[Prima[m] expeditio sub Friderico imperatore].

Febr. In quadragesima naves undelibet[n] adventantes et sibi invicem copulatae velis oppansis iter aequoreum ingressae sunt. Quae post decem dies navigationis suae prosperante Deo terrae Sancti Iacobi applicuerunt. Erant sexaginta naves ex eis, virorum vero pugnatorum ad 10 milia et amplius. Egressi in arida[o], ad Sanctum Iacobum adoratum pergunt. Sed cum fama nichilominus precurrisset[p], eos caput sancti Iacobi velle per vim auferre, timore acti provinciales eos a Conpostelle urbis, ubi apostolus quiescit, ingressu arcere

a) ethinicis *corr.* ethnicis *B* 1. b) *ita A* 2. *B* 1. c) ut potefacta *C* 1. 2. d) Sur' *A* 2; Surs *C* 2. e) *ita pro* Iconio *A. B. C.* f) exen. *C* 2. g) *deest B* 1, *pagina finita, et B* 2; ei quoque *Fr.* h) Serviaensis *A* 2. i) autem *A* 2, *ubi* Servian. k) in *C* 1. l) hac *C*; et hac *B* 1. m) *ita B* 1 *in marg. et B* 2. n) tantumlibet *C* 1. 2; undique *B* 1. o) aridam *A* 2. p) percucurrisset *C* 1.

1) Iconio *legendum esse, probat Cont. Sanbl.* c. 31, *p.* 319. 2) *Servia.*

Recensio I. et II.

temptabant. Sicque paucis hinc[a] inde cesis, prudentibus viris obstantibus, tumultus detumuit. Inde ad naves regressi, cum in Affricae partes venissent, urbem gentilium populosam nomine Albur[1] oppugnant et capiunt atque aurum et argentum infinitum inde detrahunt, urbicis in ore gladii cesis.

Estas ferventissima usque ad Augustum mensem fuit, in quo etiam mortalitas hominum et pecudum inmensa contigit.

Godefridus dux Brabanciae[b] et Heinricus comes de Lo propter iurisdictionem[c] oppidi Sancti Trudonis in manu valida bella gerunt[2]. E quibus dux 60[d] milia hominum contraxisse refertur, comes autem minus ad 60[e], in qua, sicut est gens atrocissima, hinc inde tale quid[f] accidit. Tres unius partis armigerum partis alterius comprehensum compellere ceperunt, ut se ab eis redimeret. Qui[g] cum se non habere diceret, unde ab eis redimi posset, eum in tres partes incidunt, et quisque[h] partem suam tulit. Similiter[i] partis alterius duo egerunt in captione unius, et eum per medium dividendo quisquis suum tulit.

Heinricus rex Angliae obiit; pro quo filius eius Richardus[k] coronatur[l]; qui accepit uxorem sororem[m] Philippi regis Franciae[3]; nam reconciliati prius erant.

Heinricus quondam dux Saxonum, cognita imperatoris absentia, contra iuramentum de Anglia reversus, nativum solum expetit, astipulante sibi rege Richardo[n], cuius sororem habuit, et rege Datio[o], genero[p] suo. [Bellatur[q] inter filium eiusdem ducis et regem Romanum].

Sofredus[r] cardinalis a papa Clemente missus est ad regem Heinricum pro negociis ecclesiae; quo mediante Iohannes, imperialis aulae cancellarius, Trevirorum[s] archiepiscopus investitur a rege*[4]. Rudolfus[t] maior prepositus et Folmarus maior decanus ut ante esse iubentur.

Bertrammus[u] Mettensium presul sedi suae remittitur.

*) Heinrico *add. C.* 2.

a) *deest B* 1. b) Brithanie *C* 1. c) iuris dicionem *superscr. B* 1. d) 40 *C* 1. e) ad min. ad 40 *C* 1. f) qd *B* 1; quod *C* 1. g) Cumque se *B* 1. h) quisquis *C* 1. 2. i) S. autem *B* 1, *qui* S. a. p. alterius *eadem manu in loco raso exhibet cum primo ibi scripta erant verba mox sequentia:* Heinricus rex Anglie obiit. k) *deest B.* l) *deest A* 2. m) *deest C* 1. 2. n) Rych. *C* 1. o) Dacie *C* 2 *e corr. eiusdem manus.* p) genere *C* 1, *corr.* genero *B* 1. q) *haec desunt B. C.* r) Soffredus *C* 1. s) Trever. *C* 2. t) Rodulphus *C* 1. u) Bertramus *A* 2; Bertrannus *C* 1; Bertrammus — remittitur *des. B* 2. *Fr.*

1) *Fortasse Albufeira in Portugal; Riezler, 'Forsch.' XV, p.* 78 *n.* 2) *Cf. Gisleberti Gesta com. Hann. p.* 567 *sqq.* 3) *Ipsi desponsata fuit a.* 1183, *sed numquam nupsit.* 4) *De tempore v. Scheffer - B. p.* 183.

Recensio I. et II.

Eodem tempore rex expeditionem Italicam[a] iurare fecit
nobiles [terrae[b]], et[c] eos maxime qui ministeriales imperii
Sept. 21. essent, a festo sancti Mathei post annum explendam, qua-
tinus in augustum ipse consecrari[d] debuisset Romae. En-
gilbertus[e] comes obiit in mense Novembri circa festum beati[f]
Nov. 11. Martini.

Plurimi peregrinorum, qui navigio ierant, redierunt
Coloniam, adducentes secum vestes et pallia et alia quaedam
preciosa, quae eversa quadam urbe paganis abstulerant; circa
Febr. 2. festum purificationis[g] sanctae[h] Mariae revertuntur.

Apr. 23. Imperator[i.*] in festo sancti Georgii curiam celebrem
Ratisponae habuit, occurrentibus illic omnibus[k] signatis qui
cum eo per terras ire disposuerant; ibique ad peregrinandum
Deo lumbos suos accinxit[l], relicta rerum summa[m] filio suo
Heinrico regi. Erat autem exercitus eius 30[n] milia homi-
num, inter quos erant 15 milia electorum militum. A pre-
dicta ergo urbe per decursum Danubii iter moventes, vene-
runt in civitatem quae dicitur Brisburg[o.1], et est initium
Mai 28. Ungariae. Ibi in die pentecostes imperator conventum habuit,
et iurata est pax ab omnibus, et lex malefactorum lata est,
Mai 31. et de processu itineris actum est. Feria quarta inde mo-
Iun. 4. verunt; et in octava pentecostes occurrit eis rex Ungariae
cum regina, optulitque[q] imperatori[q] tentorium operosum,
quod portare vix poterant tria plaustra, et alia insignia.
Filiam quoque suam filio imperatoris Friderico desponsavit,
atque per totam Ungariam transeunti misit plerumque vic-
tualia gratis et sufficienter, providens etiam, ne in comitatu
eius mercatum habundans deesset. Venientibus namque eis
ad civitatem Sancti Georgii[2], preparari iusserat domum
plenam[r] farina et pabulum, ex quibus quisque pro libitu
accepit. Emensa Ungaria, ventum est ad flumina Marowam[s],
Sowam et Drowam. Quibus navigio transitis, [rursum[t]] per
descensum Danubii Brundusium[3] pervenerunt. Ibique per dies
octo quieverunt, prospicientes sibi in vehiculis et aliis viae
Iun. 29. necessariis. Erat enim[u] tempus estivum, circa festum scilicet[v]
apostolorum Petri et Pauli, obiitque ibidem Engilbertus[w]

*) Eodem anno imp. Fredericus *C*2.

a) Italiam *A* 2. *C* 2. b) *deest B. C.* c) n. max. eos *B*. d) ipse c. ipse *B* 1. 2. e) Engelb. *C* 1. f) sancti *A* 2. g) *deest C* 2. h) beate *C* 1. i) Imper. — accinxit *des. A* 2 *errore manifesto.* k) comitibus, *post add.* omnibus *B* 1. l) succinxit *B* 1. m) vero summa rerum *C* 1. n) *e corr. B* 1. o) Brisburc *B* 1. *C*. p) que *deest C* 1. q) tent. imp. *C* 1. 2. r) plena *C* 1. 2. s) Marwam *C* 1. t) *deest B. C.* u) autem *B* 1. v) ap. sc. *B. C* w) Engelb. *C* 1. 2.

1) *Pressburg.* 2) *Tschalma, ut videtur.* 3) *Brandiz ad Danubium.*

Recensio I. et II.

comes de Monte. Habita est etiam ibi ab imperatore curia in villa quae Belgrave[1] dicitur, ad quam duo nobiles de Alsatia pro violata pace decollati sunt. Profecti de Brundusio intraverunt fines Bulgarorum[a], qui ingenita sibi fraude hostiliter eos supra opinionem exceperunt, telis eos et sagittis lacessentes[b] et inhumana crudelitate in eos debachantes. Captum enim quendam civem Aquensem palo per intestina transfixerunt. Unde ex eis quinque capti probrose etiam suspensi sunt. Transierunt autem Bulgariam summo metu et periculo, eratque[c] semper in fronte exercitus Fridericus dux Sueviae, currus vero et alia vehicula retro agebantur cum custodiis[d]. Intra Bulgariam venerunt ad civitatem nomine Niceam[2], ubi princeps dictus Serf[3] cum summo gaudio imperatorem excepit, datis ei nonnullis donis. Ab hoc loco imperator legatos ad regem Greciae misit, Herimannum[e] Monasteriensem episcopum, Rupertum[f] comitem de Nassowe et comitem Walravum cum 500 equitibus et eorum apparatu pro pace et conductu per terram suam et mercatu. Quos ille quidem benigne suscepit septemque diebus pacifice in Constantinopoli tenuit, sed octavo die in carcerem mitti iussit, ubi et aspera multa contra ius legatorum passi sunt. Imperator autem cum suis progrediens, venit in civitatem nomine Straleiz[g. 4]. Bulgari vero tribus muris singillatim ab invicem positis iter eorum prestruxerant, estimantes se eos implicatos in illis absque discrimine occidere. Attamen hoc conamen eorum nostris non nocuit, eo quod staret Omnipotens pro eis; ex parte vero illorum multi ceciderunt in gladio. Emensa[h] tandem Bulgaria, in qua circiter octo septimanis velud in camino tribulationis desudaverant[i], intraverunt Macedoniam, partem scilicet Greciae opulentam, in qua maximam vinearum, pomorum pabulique[k] copiam invenientes, per aliquod[l] tempus recreati sunt. Applicuerunt etiam ad civitatem Vinipopolin[m. 5], quae et Philippis[n], cuius habitatores omnes ad solam venientium famam relicta urbe aufugerant. Imperator autem undique suspectus insidias, sciens quoniam docti est semper[o] metuere, edicto vetuit, ne quis suorum civitatem intraret, sed omnes foris muros urbis residerent. Ibi responsales regis Greciae ad eum venerunt, per quos ei demandavit, se salvum esse et nichil

a) Bulgariorum *A* 2. b) lascessentes *B* 1. c) *deest C* 1. d) custodibus *B* 1. *C* 2. e) Herm. *C* 1; H. M. e. *des. B* 2. *Fr.* f) Rubertum *A* 2. g) Siraleiz *C* 1; Syraleiz *C* 2. h) Demensa *A* 2. i) desudaverunt *B* 1. k) et pabulique *C* 2. l) aliquot *B* 1. m) Vinipopolym *C* 2; Vinipopelim *C* 1; n) Philippus *A* 2; Phylippis *B* 1; Phylyppis *C* 2. o) *superscr. B* 1; s. e. *C* 1. 2.

1) *Belgrad.* 2) *Nisch.* 3) *De principe Serbiae cogitandum esse, monuit Platner.* 4) *Sredetzia, hodie Sofia.* 5) *Philippopolin.*

Recensio I. et II.

aliud. Iterato per alios ei demandavit, se post Deum esse dominum dominantium. Tercio [quoque[a]] ei demandavit[b], quod[1], si regnum Romanorum dare vellet in manus eius et ab eo loco hominii recipere, conductum ei[c] daret per terram suam et mercatum sufficiens. Ad hoc imperator ita respondit: 'Eam ego in Christo, et in[d] fratribus meis, qui pro eius crucis liberatione michi adherent, habeo fiduciam, quod eiusmodi compositionem cum eo facere opus nobis non erit'. His dictis, legatos in pace dimisit. In eodem confinio collectores pabuli cenobium quoddam expugnare aggressi sunt, quod summis copiis rerum necessariarum plenum invenerunt. Hii vero qui intus erant vim oppugnantium ferre non valentes, missis nunciis ad imperatorem, eius potestati se et sua tradiderunt. Quapropter iussu eius omnia ablata exceptis victualibus receperunt. Tanta autem inundatio imbrium exorta est in castris, quod civitatem intrare compulsi sunt, nunciusque imperatoris transiens per plateas singulis secundum quod oportebat mansiones distribuit. Armenii etiam quaquaversum venientes, mercatum eis[e] habundantissimum in omnibus prebuerunt. Cumque iuvenes quidam animosi de exercitu mercatum spoliarent, quotquot ex eis capi poterant iussu imperatoris decollati sunt. Tanta vero erat eius in iudicando severitas, quod nullius preces in iudicio admittebat nec personam alicuius respiciebat, sciens quoniam bonis nocet qui malis parcit, et quia facilitas veniae incendium[f] tribuit delinquendi. Cuius rei gratia Armenii delectati, magis ac magis necessaria advehebant. Imperator autem sua et legatorum suorum iniuria permotus, vidensque, rex[g] quia nullam suis nisi coactus humanitatem exhiberet, statuit in regnum eius vehementius insurgere; assumensque partem exercitus, processit versus Andronopolim[h.2]. Eam vacuam et ab incolis nuperrime desertam invenit. Erat
Nov. 22. autem tempus hiemale, circa festum scilicet sanctae Ceciliae. Dux etiam Sueviae cum quibusdam egressus pro pabulo, accessit Dimodicam[i.3], demandavitque urbicis, ut sibi suisque mercatum preberent. Quod cum[k] illi facere dissimularent, accensis animis iussit suos armari, et hora diei nona repente aggressus civitatem, ita celeri[l] potitus est victoria, quod ad vesperam capta civitate habitatores pene omnes

a) *deest B. C.* b) mandavit *A 2.* c) *deest A 2.* d) *deest C 2.* e) eius *B 1. 2. C 1. 2.* f) incentivum *scribendum esse, iam Freherus vidit.* g) r. q. *B. C.* h) Andronopolym *C 2*; Andropolim *C 1.* i) Dunodicam *C 2.* k) *deest B 1. 2*; *post superscr. C 2.* l) sceleri *B 1. C 1*; secleri *B 2*; celeri *e corr. C 2.*

1) *Haec ex fama incerta relata sunt.* 2) *Adrianopolin.* 3) *Demotica ad Maritzam.*

Recensio I. et II.

occiderat. Erat infra civitatem turris quam maxima, quam tuebantur milites[a] conducti qui dicebantur Aleni[b], missi illuc a Saladino[1]. Hii strennuissime nostris resistebant, donec tres iuvenes robustissimi, acclinata ad turrim arbore, audacter per fenestram ad eos intraverunt; et prosperata est salus in manibus eorum, omnesque illos occisos per fenestram quam intraverant eiecerunt. Tanta autem erat in hac civitate rerum omnium affluentia, quod decem septimanis continuis suffecit toti exercitui omnia victui necessaria copiose ministrare. Inter hec et milites quidam [per[c] turmas] egressi circumquaque vagabantur, percutientes quotquot[d] invenerunt in gladio. Eodem tempore soldanus, cuius supra mentionem fecimus, legatos ad imperatorem direxit, quos rex Greciae cepit.

[39.] Anno dominicae incarnationis 1190.

Heinricus[e] rex natale Domini in Suevia apud Egram[2] agit. Siciliensis rex[3] obiit; pro[f] cuius regno sibi vendicando rex expeditionem indicit et iurare facit.

Hyemps sicca et calida. Mortalitas hominum inmensa.

Signatorum qui navigio ierant, cum in unum trans mare convenissent, erant centum milia et mille; qui partim bello, partim morbo ita sunt attenuati, quod in Ianuario viginti milia extincta esse passim nunciantur. Eodem etiam tempore obiit[g] illustris Ludewicus lantgravius. Unde apostolicus signatos[h] omnes qui remanserant[i] domi excommunicavit, si post octavam paschae ire[k] dissimularent.

In pentecoste rex curiam apud Nurinberg[l] habuit, ubi *Mai. 13.* archiepiscopum[m] Coloniensem curtes omnes ab eo quondam invadiatas absolvit, telonia quaedam et monetas concessit[4]. Nitebatur[n] enim modis omnibus eum sibi allicere, eo quod vir strennuus[o] et victoriosus esset. Post pascha rex Mogontinum archiepiscopum et Ditherum[p] cancellarium premittit in Apuliam ad explorandum eventum rerum; sed ortis inter eos simultatibus, Mogontinus statim revertitur, cancellarius in Novembri redit, omnia facilia captu indicans.

In Maio grando insolita circa Mogontiam[q] ad 100 villas et amplius omnia vastavit. Omnis hic annus pluvia et

a) milites c. q. dic. *des.* C2. b) alieni C1. 2. c) p. t. *des.* A2. d) quodquot B1. e) *h. l. imaginem Heinrici C2 exhibet, cui superscriptum* HEINRICVS REX. f) et pro C1. g) *deest* A2. C1. h) o. s. B1. i) d. r. B. C. k) ne C1; ire *post in marg. suppl.* C2. l) Nuenberg A2; Nurinberc B. C. m) *ita codd.* — Coloñ A2. B1. n) Dicebatur C1. o) st. erat et v. A2. p) Ditherium B1. 2. q) Moguntia C1; Maguntiam C2.

1) *Quod dubium videtur; v. Riezler, 'Forsch.' X, p.* 44. 2) *Eger; cf. Cohn, G. G. A.* 1858, *p.* 2032; *Toeche p.* 243 *n. A.* 3) *Wilhelmus a.* 1189, *Nov.* 4) *Diploma* 25. *Nov. datum est; Lacomblet I, p.* 365.

Recensio I. et II.

crebris inundationibus plenus fuit. In Septembri Philippus comes Flandriae cum inmenso apparatu et diviciis incomparabilibus iter ad sepulchrum Domini arripuit. Godefridus dux Brabantiae obiit*. In mense Novembri rex in Apuliam proficiscitur; sed audita morte patris et Ludewici lantgravii, Coloniensem archiepiscopum premittens, ipse in Thuringiam[a] proficiscitur, eam sibi subicere temptans; postea tamen[b] fratri ipsius omnia permittens, in Apuliam tendit. Signatorum plurimi[c] de maritimis revertuntur. Philippus rex Franciae et Richardus rex Angliae cum suis exercitibus in expeditionem accinguntur et in maritimis hiemandi gratia demorantur. Godefridus Wirceburgensis episcopus obiit.

Videns[d] rex Greciae, quantum in terra et hominibus detrimentum per imperatorem et comites eius sustineret, multis missis nunciis vix tandem pacem ab eo impetravit, tali compositione, ut legatos eius honorifice remitteret et navigia ad transeundum Brachium sancti Georgii provideret. Huiusque rei obsides 24[1] ex optimis terrae cum donis regiis ei transmisit. Imperator autem compositioni assensum dare noluit, nisi et nuncii soldani cum suis dimitterentur. Quod et factum est. Cum igitur custodiis laxarentur, datae sunt eis claves omnium custodiarum, permissumque est[e] omnibus christianis libere exire. Venientibus ergo eis omnis exercitus velut de resurrectione[f] acceptis summo gaudio obviam processit. Cum autem ad Brachium sancti Georgii transituri[g] applicarent, rex Greciae 300 galeidas[h]
Mart. 22. supra promissum eis exhibuit. In cena Domini et per continuos 7 dies dux Sueviae cum omni multitudine transivit.
Mart. 29. Octavo demum die imperator transiturus procedere noluit, nisi prius omnes pauperes peregrinos transvectos cognovisset; et tandem ipse in navi regia transmeans, cum ad suos transpositus esset, gavisus in Christo et confortans exercitum ait: 'Fratres, confortamini et confidite, omnis terra in manu nostra est!' Hactenus vehiculis necessaria deportabant; ex hoc iam[i] summariis usi sunt. Transito namque mari, statim in montana venerunt atque in magna victus penuria Romaniam transierunt. Cumque appropinquarent Philadelphiae[k, 2], princeps civitatis peciit ab imperatore, ne cum exercitu

*) cui filius eius Heinricus succedit *add.* *C* 2.

a) Thuringia *C* 1. b) *deest* *C* 1. c) plurima *C* 1. d) Videns — a. 1191 (*infra p.* 152) *des.* *A* 2, *folio integro fere vacuo relicto.* e) *deest* *B* 1. f) resurect. *B* 1. g) transsit. *B* 1. h) galidas *C* 1. 2. i) hoc animalibus summariis (libus sum *e corr.*) *C* 2. k) Phyladelphye *B* 1; Phyladelphie *C* 1.

1) 18. *Ansbertus.* 2) *Hodie Alaschehr.*

Recensio I. et II.

urbem suam[a] intraret; se ei extra posito omnia necessaria abundantissime provisurum. Quod et fecit. Sed cum nostri necessitate pabuli vagantes prope urbem accessissent, motus ille suos armari et eis obviam procedi edixit. Cumque multi hinc inde occumberent, nostri ex consilio revocati processerunt in fines Turcorum versus Laodiciam[b. 1]. Ibi imperator a legatis soldani gratantissime quasi ad ducatum in dolo susceptus est. Cumque Turci exercitum sine intermissione nocte dieque impugnarent, piissimus imperator in nullo eos ledi permisit, ne fedus rupisse videretur, donec eorum assultu motum contra se sensit exercitum; sicque demum ad resistendum eis se et suos animavit. Cesa sunt ibi Turcorum 15400[c. 2]. Occiditur[d] etiam ibi Fridericus de Hůsen, vir probus et nobilis, qui egregiae laudis et honestatis pre omnibus illo in tempore nomen acceperat[3]. Qui dum in Turcos viriliter deseviret unumque ex eis acrius insequeretur, equus eius fossatum transiliens cecidit, ipseque subsequens ruina expiravit. Super cuius morte tanta in castris orta est mesticia, quod[e] omissa pugna omnes clamorem bellicum mutaverunt in vocem flentium. Cum autem inde progredi vellent, Turci iter eorum prope montana explorantes, currus plenos lapidibus exstruxerant, quos a devexo transeuntibus desuper inmitterent. Verum nutu Dei, sub cuius alarum tegmine sperabant, duo Turci capti sunt, quorum uno sine deliberatione occiso, alter sub pactione vitae promisit, se ducem eorum fore; duxitque eos[f] infide per montem habentem tria milia in altum. Multi ibi non solum homines, sed et equi fortes sarcinis et estu defecerunt, quibus tamen ipsi[g] ob penuriam victualium in cibum usi sunt. Transito monte, venerunt in planiciem gramine et aqua fecundam, ubi ad modicum recreati sunt. Accrescente autem multitudine Turcorum incomparabili, nostri in summo[h] erant positi discrimine, eo quod tam calore quam labore defecerant, nec erat aliquod[i] periculi effugium, quia[k] iter eorum ut locustae obsederant. Ibi legati soltani perfidi ad Turcos refugerunt[l], abducto secum interprete imperatoris nomine Godefrido. Nostri vero deliberantes, quid[m] in hoc periculoso discrimine aggredi possent, — eo quod nullum diffugium pateret, si etiam hoc ipsum animo insedisset, —

a) *deest* C2. b) Laodociam B1. c) 15300 C2. d) occidit C1. 2. e) *deest* C2. f) *deest* B1. 2. g) *deest* C1. h) sompno B1 (*post corr.* summo). C1. 2 (*m. rec. corr.* summo). i) aliquot B1. k) qui B1. C1. 2. l) perfugerunt C1. m) quod C1.

1) *Ad Lycum, cuius ruinae prope Denizley. PL.* 2) *Alii de* 500 *vel* 300 *tantum dicunt.* 3) *Etiam carminibus celeber.*

Recensio I. et II.

et considerantes, quod gladiis via paranda esset, animis accensi pugnam conseruerunt et stragem multam hostium fecerunt, licet etiam plurimi ipsorum debilitarentur. Ibi etiam imperatoris filius Fridericus dux Sueviae a fundibulario duobus dentibus mutilatus est. Acta sunt autem haec
Mai 10. 5. feria ante pentecosten. Progressis inde Turci multa mala eisdem ingesserunt, iter eorum insequentes eosque et iumenta eorum sagittis debilitantes. Secunda autem feria
Mai 14. post pentecosten, cum iam fama percrebuisset in omnibus finibus Turcorum, quod exercitus christianorum multam stragem eis intulissent, mutuo se cohortantes, in manu valida convenerunt, ut auxilium soltano ferrent et ultionem suorum facerent. Ipsa autem die christiani, spem suam in Deo figentes et beatum Georgium invocantes, ter congressi Turcis, infinitam stragem fecerunt absque ulla sui diminutione. Quibus autem Deus revelare voluit, ipsa die viderunt beatum Georgium cum multitudine albatorum equis albis insedentium albos clyppeos preferentes, insignitos signo Domini rubei coloris. Qui etiam sub [a] iuramento asseverabant, eundem beatum Georgium filium soltani nomine Mylchin [b. 1], qui prefuit Turcis, lancea quam ferebat ab equo deiecisse. Sic in perniciem Turcorum cum desevissent, fautore Deo,
Mai 16. nostri 4. feria venerunt ad ortum, qui ante civitatem Yconium situs erat, ubi aggrestia animalia soltani inclusa pascebantur. Perinde imperator, consilio cum suis habito fere usque ad noctis medium, quos ad optinendam civitatem premitteret, decrevit ducem Sueviae, filium scilicet suum, et comitem Hollandiae Florentium nomine ad expugnationem civitatis mittere, ipse in castris insidias Turcorum sagaci animo operiens. Dux autem Sueviae cum sequacibus [suis [c]] ut ad civitatem venit, impertesus laboris, — quippe tota nocte pluerat, et equi ex congerie luti multum laboraverant [d] — invadens civitatem optinuit, obvios quosque sine miseratione necans; cum pater eius imperator Turcis retro molientibus insidias efficaciter resisteret et quam plures ex eis prosterneret. Videns autem soltanus interitum et destitucionem suorum necnon et civitatem captam, petivit ab imperatore dextras sibi dari, spondens se ipsi ducatum prebiturum et in necessariis quibusque rebus profuturum. Imperator autem habiti laboris ex itinere non inmemor, nec tutum suis nec sibi reputans, si moras ullas necteret et

a) cum *C*1. b) Milhim *corr.* Milchim *C*2. c) *deest C*1. 2. d) laboraverunt *C*2.

1) *Malek-shah.*

Recensio I. et II.

castrum in quo soltanus in medio civitatis tutabatur obsideret, statuit proficisci. Progressis inde Leo[1] de montanis cum victualibus copiosis occurrit, non quidem in bona fide, sed ut hoc optentu per terram suam minime transirent; eademque victualia a Turcis ablata sunt; unde peregrini tam fame quam morbo laborantes pene defecerant. Moventes autem castra cum ad ripam fluminis[2] devenissent, imperator die dominica pene contra omnium voluntatem, *Iun.* 10.
cum diutino labore aestuaret, in fluvium descendit refrigerandi gratia. Nec mora, iubente eo qui aufert spiritum principum, aquis prefocatus obiit. Quod eo magis est flebiliter mirandum, quod idem fluvius non admodum altus erat, ita ut plerique testati sunt, quia vado transiri potuisset. Sed Deus, cuius potentiae nemo resistere potest et sub quo curvantur qui portant orbem, fecit[a] sicut ei placuit: iuste quidem secundum suae dispositionis incommutabilem et inflexibilem sentenciam, sed non misericorditer, si dici fas est, quantum ad aecclesiae sanctae statum et terrae repromissionis vastitatem diutinam. In hoc autem loco et relatu tristi stilus noster deficit, et sermo mutus est, explicare non sufficiens[b] peregrini exercitus in summo periculo deprehensi mestitudinem et angustiam; hoc quoque sentiendum, non legendum, iudicio uniuscuiusque relinquimus, ut penset, quae vel fuit[c] vel fuisse poterit confusae et in terra aliena desolatae multitudinis et capite diminutae vox, mesticia et desperatio. Sed hec actenus.

Mortuo igitur imperatore, exercitus filium eius Fridericum ducem Sueviae, virum mirae strennuitatis et prudentiae, sibi prefecit; quo duce usque Antiochiam[d] processum est, in qua per 8 ebdomadas recreati, usque Tripolim, et inde usque Sur[e], grassante interea[f] morte tam nobilium quam ignobilium, cum difficultate venerunt. A[g] Sur processerunt Acram, quae et Accaron[h] vel[i] Ascalon[3]. Cumque cum Ascalonitis triduano bello conflixissent, predictus dux Fridericus diem clausit extremum[4]. Quanta fuerit in huius viri corde circa Deum devotio, ex hoc constare potest omnibus, quod, decumbenti cum a physicis esset suggestum, posse curari eum, si rebus venereis[k] uti vellet, respondit: malle se mori, quam in peregrinatione divina corpus suum per

a) *deest* C1. b) susticiens? B1. c) fuerit C1; quid fuerit *e corr.* C2. d) Antyochiam B1. e) Surs C2. f) inter *codd.* g) Assur *codd.* h) Acearon C1; Acaron C2. i) vel *erasum* C2. k) veneris C2, *corr.* venereis B1; venenis C1.

1) *Princeps Armeniorum, de cuius fide auctor male iudicasse videtur; v. Riezler p.* 68. 2) *Saleph.* 3) *Acconem et Ascalonem auctor confundit.* 4) 1191, *Ian.* 20.

Recensio I. et II.

libidinem maculare. Post hunc Heinricus[1] quidam per 4 septimanas, ac deinde per 6 quidam Gerhardus[1] exercitui prefuerunt[a]. Volentes autem pauperes Christi honeste magis mori quam ignominiose vivere, cum in obsidione Acrae successum non haberent, applicuerunt ad Cayphas, multisque malis ibi afflicti, reversi sunt versus Accaron. Desolati itaque ac vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem, divisi sunt et dispersi ab invicem, et unusquisque in[b] viam suam ad patriam declinavit, incipientes a sanioribus[c]. Ita expeditio hec nutu Dei et incomprehensibili iudicio eius, sine quo nichil rectum incipitur nichilque sanctum perficitur, cassata et adnichilata est, nisi quod perpauci ex his et nonnulli ex eis qui navigio venerant remanentes, in expugnatione Acrae modicum sunt prosperati.

Recensio I. codd. A 2. C.

[Primus[e] annus imperatoris Heinrici.]
Anno incarnationis dominicae 1191[d].

Rex natale Domini in Thuringia agit. Clemens papa obiit; cui Celestinus succedit. Heinricus rex in Apuliam ducens exercitum, Romae in[f] imperatorem et Constantia[g], uxor
Apr. 15. eius, in imperatricem secunda feria paschae consecrantur. Quae consecratio procedere non potuit, donec imperator castrum Tusculanum in potestatem papae et Romanorum contradidit; quod illi statim, expulsis et cesis habitatoribus, destruxerunt. Erat enim inimicum eis, eo quod omne munimen imperatoris contra ipsos in illo constabat. Eclypsis solis in mense Iunio[2], luna existente 30. Philippus rex Franciae et Richardus rex Angliae et[h] Philippus comes Flandriae cum 500 navibus mare transeunt.

Imperator in Apulia primo prosperis usus successibus, montem Cassinum cum civitate Sancti Germani et centum

Recensio II. codd. B.

Clemens papa obiit[3]; cui Celestinus succedit.
Primus annus imperii Heinrici VI.
Anno dominicae incarnationis 1191,

ab Urbe autem condita 1943, Heinricus sextus, filius Friderici, 92mo loco ab Augusto imperare cepit et 7 annos post mortem patris imperavit. Hic in Apuliam ducens exercitum, Rome in imperatorem et Constancia, uxor eius, in imperatricem secunda feria pasche consecrantur. Quae consecratio — — de Iherosolimis rediit. *ut Recensio I.*

a) prefuit *corr.* prefuerunt *B* 1. b) *deest C* 1. c) senioribus *C* 1. d) M.C.CCI. *C* 1. e) *ita C* 1; *C* 2 ut *B*. f) *deest A* 2. *C* 1. g) Castigantia *C* 2. h) *deest C* 2.

1) *De quibus nihil constat; Riezler p.* 86. 2) *Iun.* 23. 3) *a.* 1191, *Mart.; annus in rec. B a paschate incipitur.*

Recensio I. et II.

sexaginta castella in deditionem accepit, donec in Augusto mense aeris inconsueti intemperie corrupto exercitu, omnes pene principes suos amisit, indeque[a] tandem, amissa[1] uxore, per dolum rediit. Obiit ibidem Philippus Coloniensis archiepiscopus, cuius ossa Coloniam delata et in domo sancti Petri condita sunt; successitque in locum eius Bruno maior ibidem prepositus.

Rudolfus Leodiensis episcopus obiit; cui ex discordia eligentium duo successores destinati sunt, Albertus scilicet archidiaconus, frater ducis Brabantiae, itemque Albertus eiusdem ecclesiae maior prepositus; sed prior suffragio cognatorum contra morem ecclesiasticum armata manu intronizatur. Philippus comes Flandriae in expeditione moritur; cuius terra et comitatus postmodum[2] comiti de Hinehau[b, 3] cessit dono regis Franciae; qui et eodem anno de Iherosolimis rediit.

Recensio I. cod. A 2.

In transmarinis partibus bene a christianis contra ethnicos pugnatur, multoque labore Acra tandem ab eis ob-

---

Recensio II. codd. B. C.

In transmarinis partibus bene a christianis contra ethnicos[c] pugnatur.

Nam cum per biennium circa obsidionem[4] exercitus christianus et plurimi principes cum machinis et omni armorum[d] apparatu, quibus urbs scindi et expugnari posset, multum insudassent et parum profecissent, tandem Phylippus rex Franciae et Richardus rex Angliae cum Phylippo comite Flandriae advenientes, forti obsidione civitatem vallaverunt, plurimas mangenas[e] in circuitu statuentes. Muros etiam subfodere cupientes, machinas et alia instrumenta iuxta fossatum et muros fieri iusserunt, sagittarios et fundibularios in eis statuentes, ut gentiles a menibus arcerent et fossores capita sua tuta a iaculis eorum haberent. Rex etiam Richardus, ut quosque ad fodiendum robustiores redderet, spondet, ut, quicumque lapidem de presidio civitatis deferret suae presentiae, solidum denariorum pro munere ab eo acciperet. Certatim multi periculo se ingesserunt[f], et cavatione permaxima facta, [postes* et trabes sub fundamenta[g]

*) *Haec desunt B, qui pergit:* igne supposito murus in c.

a) inde *C* 1. b) Hinehan *A* 2; Heinehau *B* 1. = c) ethinicos *B* 1. *C* 1. d) armatura *corr.* armatorum *B* 1, *et ita B* 2. *C* 1. 2. e) magenas *C* 1, *corr. m. rec.* machinas *C* 2, *et ita B* 1. 2. f) iniecerunt *C* 1. g) fundamento *C* 1.

1) *i. e. relicta; cf. a.* 1193. 2) *a.* 1192, *Mart.* 3) *Balduino V.* 4) *Acconis.*

tinetur et incolitur. Captus est in ea Carcus, homo mirae antiquitatis, ita ut et tempore victoriosi ducis Godefridi extitisse diceretur. Hic erat consiliarius Saladini multumque acceptus in eius curia, quoniam productior etas multarum rerum et artium experientiam ei intriverat.

Recensio I. et II.

[2.[a]] Anno incarnationis dominicae 1192.[b]

Imperator* natale[c] Domini in Suevia apud Hagenowe[d] celebrat. *Ian. 13.* In octava epiphaniae curiam Wormatiae habuit,

---

Recensio II. codd. B. C.

murorum statuunt; sarmenta, stipulas et arida ligna et omnia fomenta ignis conferunt. Post hec ignis inmissus magno spiramine suscitatur, qui[e] postes, trabes et omnia ligna subposita in cinerem redegit]. Murus etiam in conspectu tocius populi corruens, fragorem maximum reddidit. Turci vero, defensores civitatis, ad ruinam muri perterriti et longa obsidione fatigati, considerantes se non posse evadere nec civitatem diucius tueri, de vita et menbrorum salute precantur, sibi parci ab exercitu christiano deposcunt, claves urbis reddere in manus principum pollicentur. Igitur consilio inter reges et principes habito, tali conditione consentiunt: ut incolumes ex civitate [exeant[f]], in deditionem christianorum veniant, nuncios ad Saladinum mittant, ut crucem sanctam, quam abstulerat, et[g] civitatem Iherusalem christianis[h] restituat. Quod cum[i] factum fuisset, et Saladinus pro redemptione suorum neque crucem reddere neque civitatem restituere vellet, 8 milia Turcorum ante muros civitatis a christianis decollantur, duo vero milia, qui pro salute sua regibus pecuniam maximam promittebant, vinculis mancipantur. Capti sunt etiam[k] ibidem duo admiraldi[l], Mustoch[m.1] et Carcus[n], homo mire antiquitatis, ita ut et[o] tempore victoriosi ducis Godefridi extitisse et 250[p] annorum esse diceretur. Hic erat consiliarius Saladini[q] multumque acceptus in eius curia, quoniam productior aetas multarum rerum et arcium experienciam ei intriverat. Ibi etiam regibus et principibus ingressis civitatem, et christianis eam mundantibus[r], Richardus rex suspectam semper habens virtutem Alamannorum, signum ducis Austriae Lupoldi in culminę cuiusdam turris erectum in terram precipitari precepit. Quod ille indigne ferens, sed tamen dissimulans, urbem[s] cum suis egressus, tentoria ante menia civitatis posuit.

*) Heinricus imp. *C* 2.

a) Annus secundus *rubrica* *C* 1. 2. b) M.CCIII. *C* 1. c) anī natale *C* 2. d) Hagennowe *A* 2; Hagenove *B* 1. = e) que *C* 1. 2. f) *deest B.* g) *deest C* 2. h) r. chr. *B* 1. i) dum *C* 1. 2. k) et *C* 2. l) admirandi *B* 1 m) Mustoht *C* 1. n) Caretis *corr.* Carcus *B* 1; Caretis *B* 2. o) *deest B* 1. p) ducentorum LX[a] *B* 1. q) Salatini *B* 1. r) inundantibus *C* 1. s) urbe *C* 1. 2.

1) *Seifeddin Ali Meschtab et Bohaeddin Karakusch; Wilken IV, p.* 357.

Recensio I. et II.

ubi electo Coloniensi iura episcopatus sui duosque ducatus[a.1] concessit, Wirceburgensibus[b] episcopum prefecit. Alberto Leodiense electo ibidem ex sententia episcoporum et principum amoto, eo quod non canonice intrasset, Lotharium Bunnensem prepositum substituit, quem ad audientiam apostolici Albertus statim vocavit. Episcopus Wormatiensis[2] obiit; cui Heinricus, prothonotarius imperatoris, successit. Ignis mirae magnitudinis versus Saxoniam et occiduas partes palam in celo visus est.

In octava pentecostes Bruno in archiepiscopum Coloniae[c] *Mai* 31.
consecratur a Iohanne Trevirensi archiepiscopo et episcopo Virdunense[3]. Cui consecrationi episcopus Traiectensis[4] et Monasteriensis[5] cum adessent, interesse nolebant, eo quod sui iuris esse affirmabant, quod ipsi eum iure suffraganeorum ordinare deberent. Predictus Albertus Romam veniens, litteras a papa accepit ad Coloniensem archiepiscopum, quatinus eum in episcopum consecraret, vel, si ipse hoc exsequi non posset vel timeret, Remensis archiepiscopus[d] hoc eius consensu impleret. Quod et factum est. Nam Coloniense episcopo infirmitate detento, Remensis eum consecravit secumque detinuit[e]. Imperator ob huiusmodi simultates Renum claudi iussit Coloniensibus a festo sancti Lam- *Sept.* 17.
perti[f] usque ad festum sancti Nicolai[g]. Transiens etiam *Dec.* 6.
in inferiores partes, venit Leodium, ibique bona quorumdam, qui cum Alberto contra Lotharium senserant, publicari iussit.

Bellum grave in Westfalia inter comites terrae illius. Estas ferventissima in Augusto mense subito tepore[h] refriguit; unde febres acutae et quartanae passim in hominibus dominantur. Marchio Cunradus, qui in brachio virtutis suae terram promissionis iam diu solus defenderat, consilio Richardi regis Angliae dolo interficitur. Albertus quoque Leodiensis episcopus apud Remis obtruncatur; quod voluntate imperatoris actum[i] esse ferebatur[6].

[3.[k]] Anno incarnationis dominicae 1193.

Imperator natale Domini in Suevia apud Egram[l] agit. Richardus rex Angliae rediens de transmarinis, ob mortem

---

Recensio II. codd. B. C.

3. Anno dominicae incarnationis 1193.

Imperator — — sepultus est. *ut Recensio I.*

a) ducatusque *A* 2. b) Vireeb. *A* 2. *C* 1; Wirzib *B* 1. c) Coloniē *C* 2. d) ẹpiscopus *corr.* archięepiscopus *B* 1. e) *deest A* 2. f) Lamberti *B. C.* g) Nykolai *B* 1; Nycholai *C* 1. 2. h) ref. tempore *A* 2. i) esse actum *B* 1. k) Annus tertius *rubrica C* 1. 2. l) Agram *corr. ut videtur* Egram *C* 2.

1) *Cf. Ficker*, '*Engelbert*' *p.* 225 *sqq.* 2) *Conradus.* 3) *Albertus.* 4) *Hermannus.* 5) *Wilhelmus.* 6) *V. Vitam Alberti, SS. XXV, p.* 162 *sqq.*

Recensio I. cod. A 2.

Cunradi marchionis et multa apud Acram[a] non bene[b] gesta captus est[c] a duce Austrasiae Lupoldo et imperatoris custodiae traditur. Ignis in caelo etiam hoc anno visus est magnus et mirabilis cum stellis intermicantibus. Constantia imperatrix de partibus Apuliae rediens, per Ottonem illustrissimum[d] Romanorum prefectum imperatori reducitur.

Domnus papa Lotharium[e] Leodiensem electum omnibus suis tam in spiritalibus quam in carnalibus privari iubet pro obiectu mortis domni[f] Alberti. Imperator ergo Symonem, filium Heinrici de Limburch[g], episcopum Leodiensibus prefecit, concilians sibi per hoc favorem omnium comitum et nobilium Lotharingiae, qui predictam ob mortem Alberti omnes pene ab eius gratia defecerant.

Adolfus, maior in Colonia prepositus, in archiepiscopum eligitur, resignante curam eius Brunone[h] ob defectum aetatis et virium; idemque in monasterio quod Berge dicitur[1] in habitu monachico obiit ibique sepultus[i] est[2,*].

Recensio I. et II.

[4.[k]] Anno incarnationis dominicae 1194.[l]

Imperator secundam expeditionem facit in Apuliam. Richardus rex Angliae, datis 170 milibus marcarum, captivitate solvitur et repatriat. [In[m] Maio vinee floruisse vise sunt]. Domnus papa promotionem Symonis Leodiensis electi improbans, Albertum, eiusdem ecclesiae archidiaconum[n], ordinari precipit in episcopum. Episcopus Traiectensium terram Fresonum invadens, cum multo suorum dampno rediit. Episcopus Mogontiensis[3] cum lantgravio[4] eventu vario confligit. Lupoldus dux Austrasiae obiit[o]. Lotharius Leodiensis electus obiit.

[5.[p]] Anno dominicae incarnationis 1195.

Heinricus imperator, vir[q] experte felicitatis, tam inopinata quam exspectabili victoria potitus, totam Apuliam, Siciliam

*) iuxta fratrem suum Fridericum secundum[5] *add.* A 3.

Recensio II. codd. B. C.

1194. *Mart. 26. 27.* Ordinatus est autem idem Adolfus[r] sabbato Sicientes in presbiterum, et sequenti die Iudica-me in archiepiscopum consecratus ab Herimanno Monasteriensi episcopo, presentibus Cunrado[s] Moguntino archiepiscopo et Mundensi episcopo[6].

a) Acaram *C 2.* b) benigne *C 2.* c) *deest B. C.* d) illustrissimorum *corr.* illustrissimum *B 1*; illustrissimi *C 1.* e) Lotarium *C 1*; Lotharum *C 2.* f) *deest C 2.* g) Limburg *C 2.* h) B. quarto *A 3.* i) defunctus *B 1. 2.* k) Annus 4. *rubrica C 1. 2.* l) 1194—1197. *annorum numeri e corr. B 1.* m) *haec desunt B 1.* n) archi. *C 1*; *corr.* archidiaconum *B 1*; *deest A 2*; e. a. o. *in loco raso C 2.* o) est *A 2.* p) Annus 5. *rubrica C 1.* q) *deest A 2.* = r) Odolfus *C 2.* s) Conrado *C 2.*

1) *Altenberg.* 2) *a.* 1194; *v. Ficker, 'Engelbert' p.* 210. 3) *Conradus.* 4) *Hermanno.* 5) *qui obiit a.* 1158. 6) *Thietmaro.*

Recensio I. et II.

et Calabriam sibi subiugavit; filiam quoque regis Greciae[1], quae Tancredo[2] nubere debuerat, fratri suo Philippo uxorem dedit cum parte quadam Apuliae. Marroch[a.3] rex Affricae 25 summarios auro et lapide precioso multisque donis oneratos imperatori mittit.

Imperator, ut vir Deo plenus recolens miserias et captivitatem christianorum in terra promissionis, ad liberationem eius animum intendit, scribens ab Apulia[b] omnibus in Theutonica[c] terra constitutis in hunc modum:

H[einricus] Dei gratia Romanus[d] imperator, rex Siciliae[e] et semper augustus, dilectis ac fidelibus suis archiepiscopis, abbatibus et ecclesiarum prelatis gratiam suam et omne bonum. Universitati vestrae duximus significandum, quod, per gratiam Dei regno Siciliae nobis subiugato et in bonum statum redacto, ad honorem eius qui brachia sua extendit in crucem pro nobis immolatus, recolentes miseriam et angustias, quae terra promissionis peccatis[f] exigentibus feritate paganorum intolerabiliter oppressa sustinet, in sollempni curia apud Barum in festo resurrectionis *Apr. 2.* *Domini celebrata pro redemptione eiusdem terrae mille quingentos milites et totidem sargantos[g] in expensis nostris a Marcio usque ad annum transmittere decrevimus, et hoc manifeste spopondimus, unicuique militi 30 uncias auri et tantum annonae quae ei cum[h] duobus servientibus ad victum unius anni potest sufficere et sarganto 10 uncias auri et tantum annonae quae ei ad annum sufficiet daturi. Pecuniam vero ubicumque naves ascendent eis dabimus, annonam autem traduci faciemus et ex illa parte maris ubi naves applicuerint eis presentabimus. Milites itaque et sarganti iurabunt obedire illi, quem magistrum eis ac ducem constituemus, et per annum stare in servitio Dei. Et si aliquem eorum ex hoc[i] mundo migrare contigerit, quicquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli assignare poterit, sed pro consilio magistrorum ac ducum exercitus alii, qui vicem eius compleat et pro ipso serviat, assignabitur. Mandamus igitur universitati vestrae rogantes, ut hanc voluntatem nostram militibus et bonis hominibus in dyocesi vestra constitutis insinuare curetis, ut, si qui eorum ad propulsandas iniurias Christo et christianitati illatas instinctu divino ire voluerint, infra terminum predictum ad iter se preparent. Datum apud Tranum 2. Idus Aprilis.* *Apr. 12.*

a) Marcoht *C* 1. b) Epulia *C* 1. c) Teuthon. *A* 2. d) Rom̄. *A* 2; Romanorum *B* 2. *Fr.* e) Cicilie *C* 2. f) p̄ ceteris ex. *B. C.* g) sargantes *C* 1. h) cum — annonae quae ei *desunt B. C.* i) *deest C* 2.

1) *Irenen.* 2) *Tancredi filio.* 3) *Fortasse rex Maroccanus intelligendus est. PL.*

Recensio I. cod. A 2.

Cristahe rex Grecie a fratre suo captus, cum iussu eius emascularetur, in pacientia doloris vitam finivit [1]; filius quoque eius, cum cecari [a] deberet, obiit.

Imperator de Apulia revertitur cum gloria et diviciis incomparabilibus. Cunradus palatinus comes de Reno obiit; cuius dignitates et beneficia Heinrico, filio Heinrici quondam ducis Saxoniae, cesserunt; is enim filiam eius [b] unicam duxerat.

Facta est hoc anno irruptio paganorum valida et bellum ingens contra christianos in finibus Hispaniae et Galatiae, ita ut rex Hispaniae [2] metu periculi, conditione cum eis facta, in regnum regis Franciae demigraret, pacta pace cum ethnicis usque in pentecosten sequentis anni.

Bellum antiquum recrudescit inter Philippum regem Franciae et Richardum Angliae. Rex autem Franciae prevalet.

Domnus papa cardinales duos [c] a latere suo mittit in Galliam et quaquaversum, convenire et adhortari [d] omnem virum [e] bonum et strennuum ad subeundam peregrinationem pro honore Crucifixi et crucis eius. Innumera ergo multitudo hominum crucem sibi assumit [f] in nomine Domini.

[6. [g]] Anno dominicae incarnationis 1196.

Penuria frumenti et annonae magna facta est, quae et in sequentem annum usque duravit. Eratque fames valida et pene omnium victualium penuria inaudita. Episcopus Traiectensis obiit. In Saxonia mulier quaedam 4 infantes infra 3 menses genuisse dicta est. Imperator in Apuliam denuo proficiscitur, premissis sargantis innumeris, quos duxit Marquardus, dapifer eius, cui et marchiam Anconiae [h] et alia quaedam beneficia contulerat. Estas frigida et humida. Bellum inter christianos et ethnicos in terra Sancti Iacobi.

Recensio II. codd. B. C.

Tirsach [i] rex Greciae a fratrę suo cecatur et cum parvulo filio Alexio de regno eicitur.

Imperator — — in nomine Domini. *ut Recensio I.*

6. Anno dominicae incarnationis 1196.

Imperator — — humida. Penuria — — inaudita. In Saxonia — — dicta est. Bellum — — Iacobi factum est. Episcopus Balduinus [k] Traiectensis obiit. *ut Recensio I.*

a) cerari *A* 2. b) *deest C* 1 c) suos *corr.* duos *B* 1. d) hortari *B* 1. *C* 2. e) b. v. et st. *C* 2. f) assumunt *corr.* assumit *B* 1. g) A(n)nus sextus *rubrica C* 2. h) Arconie *C* 1. = i) Tyrsach *C* 1. k) Baldewinus *B* 1.

1) *Minime*; *cf. a.* 1199. 2) *Alfonsus.*

Recensio I. cod. A 2.

Imperator ab omnibus imperii principibus summa precum instantia optinet, ut filium suum Fridericum nomine vix triennem in regem eligant, omnesque puerulo fidem et sacramenta prestant preter Adolfum Coloniensem archiepiscopum, qui tunc quidem in hoc minime consensit, sed postmodum apud Bopardiam[a] consensit, iuramentum ibi prestans coram Philippo duce Sueviae, fratre imperatoris.

[7.[b]] Anno dominicae incarnationis 1197.

Imperator in Apulia moratur, et de eo ac imperatrice Constantia rumor varia seminat, scilicet quod ipse in variis eventibus preventus, etiam in vitae periculo sepe constitutus sit, quod imperatricis voluntate semper fieri vulgabatur. Penuria annonae et frumenti magna et fames valida, ita quod maldrum siliginis in partibus Reni ad 15 solidos vendebatur. Plaga miserabilis grassatur. Nam lupi in partibus circa Mosellam plures homines devoraverunt[c].

Recensio I. codd. A. C.

Eodem tempore quibusdam iuxta Mosellam ambulantibus apparuit fantasma mirae magnitudinis in humana forma equo nigro insidens. Quibus perterritis, ad eos accedens, ne terreantur, hortatur. Theodericum Bernensem se nominat et in brevi per totum imperium causam[d] adventus sui debere innotesci. Cumque plura cum eis conferret, equo quo sedebat Mosellam transivit, quosdam nobiles illic habitantes per eos invitans ad quendam locum, dicens se in ascensione Domini illuc venturum et quae ventura erant eisdem pronuntiaturum.

Recensio II. codd. B. C.

Imperator — — fratre imperatoris. *ut Recensio I.*

Felicis[e] memoriae Heinricus abbas obiit; cui[f] Waldeverus[g] successit, abbas Sancti Pauli in Traiecto, [antea[h]] monachus ecclesie nostrae.

7. Anno dominicae incarnationis 1197.

Imperator in Apulia moratur. Ibi quosdam principes, qui in necem eius conspirasse dicebantur, diversis penis occidit. Rumor[i] etiam de eo ac — — devoraverunt. *ut Recensio I.*

Recensio II. codd. B.

Eodem etiam anno quibusdam iuxta Mosellam ambulantibus apparuit fantasma mirae magnitudinis in humana forma ęquo nigro insidens. Quibus timore perculsis, id quod videbatur ad eosdem audacter accedens, ne pertimescant, hortatur. Teodericum quondam regem Verone se nominat et diversas calamitates et miserias superventuras universo Romano imperio denunciat. Hec et alia plura cum eisdem contulit, et ab eis recedens, ęquo quo sedebat Mosellam transivit et ab oculis eorum evanuit.

a) Bobardiam *B* 1. b) *deest C* 2. c) devoraverunt — emergens homines *des. A* 2. d) causa *post corr.* causam *C* 2. = e) *haec desunt C* 2, *linea una erasa.* f) *deest C* 1. g) Waldenerus *C* 1. h) *post suppl. B* 1, *deest C* 1. i) rum *corr.* rumor *B* 1.

Recensio I. et II.

Rumor[a] falsus subito de obitu imperatorsi emergens homines pravos et pestilentes ad predam et direptionem quaquaversum instigavit, qui tamquam lupi rapaces in destituta ovilia[b] sevientes, his quos opprimere poterant nichil reliqui fecerunt, donec, cognito quod adhuc viveret imperator, a seviendi licentia repressi sunt. Verumtamen quod rumor vulgaverat in brevi postea verum factum est. Nam imperator non longo post tempore mortuus nunciatur. Obiit autem in festo sancti Michaelis 2. Kal. Octobris[1] et honorifice cum multis insignibus apud Neapolim[2] sepultus est. Ibi adnullata est profectio, quam ipse ad liberationem terrae repromissionis dudum disposuerat; sed et omnis Apulia [et[c]] Calabria, Sicilia ab[d] suorum dominatione se excutiens, tamen uxori eius et filio se subiecit et eis fidem fecit. In Theutonica vero terra werre multe et dissensiones eatenus inauditae oriuntur super imperio.

[Secunda[e] expeditio a quibusdam principibus imperii].

Episcopus Mogontinus et dux Lotharingiae[3] et lantgravius[4] [et[f] palatinus comes] et alii multi principes cum quibusdam signatis mare transeuntes, solo suo adventu et nomine paganos terruerunt. Aggressi etiam pugnam contra inimicos Dei in nomine Domini bene prosperati sunt, sicut cognitum est ex litteris, quas predictus dux misit Coloniensi archiepiscopo in hunc modum:

Quoniam de honoris nostri promotione ac totius christianitatis prosperitate plurimum vos scimus letari, discretionis vestrae prudentiae significamus, quod, cum a principibus Romani imperii et baronibus terrae Iherosolimitanae et communi populo in magistrum totius exercitus fuissem electus, cum consilio principum et totius exercitus iter versus
Oct. 23. *Beritum arripuimus. Et[g] cum in nocte beati Severini inter Tyrum et Sydonem ordinati[h] decentissime incederemus, Saphadinus et omnes ammirati Babyloniae atque Damasci cum magna multitudine Sarracenorum a latere montis se nobis ostendentes et a tergo usque ad mare exercitum nostrum circumdantes, in acies nostras graves et continuos fecerunt insultus, omnesque vires suas, ordinatis omnibus quos habere potuit, exercuit contra nos gens iniqua. Pro-*

a) Igitur r. *B* 1. b) deferentes *add. sed del. C* 1. c) *deest A* 2. d) a. *B* 1; ad *C*1. e) *rubra in marg. B* 1; *des. A* 2. *C* 1. 2. f) *desunt A* 2. g) Que *C* 2. h) ordinatis *A* 2. *B* 1. 2. *C* 1; ordinatus *C* 2.

1) *Ita etiam alii multi; sed die* 28. *Sept. obiit; v. Toeche p.* 471 *n.* 2) *Immo Panormi.* 3) *Lotharingiae inferioris Heinricus.* 4) *Hermannus.*

Recensio I. et II.

positum siquidem eorum fuit, omnes vires suas contra nos effundere omnesque[a] *vires nostras attemptare. Sed protector in se sperantium Deus, qui liberat pauperem a potente, non sine multa impiorum dampnificatione pauperes suos eripuit de manibus impiorum. Dominum quippe Sydonis et alios quam plures Sarracenos ibidem mortuos reliquerunt, et postmodum nusquam nobis occurrere ausi fuerunt. Sicque eodem die super flumen Sydonis cum gaudio tentoria fiximus. Cum autem naves nostrae exercitus precederent, et Sarraceni existentes in castro Beriti naves venientes viderent, metu perterriti, castrum Beriti munitissimum reliquerunt, et altera die exercitum subsequentes, castrum ibidem, quod erat munitissimum, absque omni difficultate cepimus, et tot arma alabastrariorum et sagittariorum in illo castro invenimus, quod vix 20 plaustra ferre possent, et tot victualia, quod quingentis hominibus ad 7 annos*[b] *sufficerent. Cum autem ibi 15 diebus moram faceremus, alii Sarraceni adventum nostrum metuentes, castrum quod*[c] *dicitur Gibel*[1] *et aliud castrum firmissimum quod Lyeche dicitur*[2] *reliquerunt. Hoc audito, et cognito, quod omnia castra marina*[d] *usque in Antiochiam essent sub potestate christianorum, versus Sydones revertentes, terram circumquaque, quam tenuerunt Sarraceni, vastavimus: et sic per auxilium superni Regis, fugatis Sarracenis, qui nusquam comparere audent, sanctam civitatem Iherusalem in brevi capiendam esse speramus. Sarraceni enim exercitum nostrum unanimem esse scientes et fortem, nusquam audent apparere. Inde est, quod vestram obnixe exoramus reverentiam, quatenus pro nostra ac totius christianitatis prosperitate per totum archiepiscopatum vestrum memoriam nostri haberi faciatis, et ut signatos in vestro archiepiscopatu ad persolvendum vota sua et succurrendum christianitati*[e] *compellatis. Si qui etiam in terra promissionis manere voluerint, reditus eis sufficientes in eadem terra assignari faciemus. Valete.*

Recensio I. codd. A. C.

Anno dominicae incarnationis 1198.

Celestinus[3] papa obiit; cui Lotharius, qui et Innocentius, successit. Cunrado preposito de[f] Deventre et Theoderico,

Recensio II. cod. B1.

Celestinus — — de Nurberg (*in fine anni* 1197).

a) *deest B* 1. b) vel 7 annis ad septem annos *B* 1. 2. *C* 1. 2 (vel 7 annis *in archetypo superscr. erat*). c) quod d. Gyhel e. a. castrum *in marg. add. C* 1. d) maxima *C* 1. e) christianitatis *A* 2. 3, *post corr.* christianitati *B* 1. f) *deest B* 1. *C* 1; pr. Daventrie *C* 2.

1) *Gabala.* 2) *Labakieh.* 3) *B, qui annum mense Martio incipit haec in fine a.* 1197. *posuit; vide praefationem.*

Recensio I. codd. A. C.

fratre comitis de Hollant, electis Traiectensis ecclesiae, mortuis[1], succedit Theodericus[a] de Nurberg[b].

Recensio I. codd. A.

Werra magna et dissensio nimis timenda[c] oritur inter principes Theutonicos de imperio. Nam Coloniensis et Trevirensis archiepiscopi electionem regis sui iuris esse firmantes, habito consilio cum quibusdam sed paucis principibus, curiam aliis primoribus in Colonia habendam prefigunt
Mart. 1. in dominica Oculi mei, evocantes eodem et ducem Cerugie, quem etiam ipsi deliberaverant regem creare. Ad hanc autem curiam cum principes nulli occurrere vellent, scripserunt predictis archiepiscopis et eorum sequacibus principes Austrie et aliarum superiorum partium, ut ipsi ad curiam in Erspfort occurrerent electuri cum eis ydoneum et dignum Deo imperatorem et advocatum ecclesiarum. Dum ergo iam

Recensio II. codd. B. C.

Primus annus discordiae in regno inter duos reges[d].

8. Anno dominicae incarnationis 1198.

Werra[e] magna et dissensio nimis timenda oritur inter principes Theutonicos de imperio. Nam Coloniensis et Trevirensis archiępiscopi electionem regis sui iuris esse firmantes, habito consilio apud Andernacum[2] cum[f] Bernhardo[g] duce Saxoniae et aliis episcopis et comitibus et nobilibus plurimis, curiam[h] omnibus principibus in Colonia habendam prefigunt in dominica Oculi mei, evocantes eodem et ducem Zaringon Bertolfum, quem etiam[i] ipsi deliberaverant regem creare. Ad quam curiam cum pauci occurrerent, et ideo tale nęgocium ad effectum non possent perducere, nunciatur eis, orientales marchiones cum duce Saxoniae Bernhardo et[k] Magaburgense archiępiscopo et aliarum superiorum[l] partium principibus ad electionem novi regis Erspfort convenisse. Qui mox Herimannum[m] Monasteriensem ępiscopum et alios honoratos viros ad eosdem[n] qui convenerant principes miserunt, rogantes, ne absentibus eis aliquam electionem celebrarent, sed ad aliquem denominatum locum ipsis occurrerent, electuri cum eis ydoneum et dignum Deo imperatorem et advocatum aecclesiarum.

a) Teod. *B* 1. *C* 2. b) Nurinberg *C* 2. c) periculosa *A* 3. d) Ottonem comitem Pictavie et Philippum ducem Suevie *add. C* 2. e) *Codd. C ut A praemittunt:* Celestinus — Nurberg. f) *deest C* 1; *m. s. XV. suppl. C* 2; Bernhardum ducem *corr.* cum Bernhardo duce *B* 1. g) Bernardo *C* 2; Bernarno *C* 1, *infra* Bernardo. h) coram *corr.* curiam *B* 1. i) ipsi etiam *B* 1. k) *deest C* 2. l) superorum *B* 1. 2. *C* 1. 2. m) Heirmannum *C* 2. n) ad eosdem *et* principes *in loco raso B* 1; viros qui conv. ad p. m. *C* 1; ad viros principes qui convenerant ad eosdem qui miserunt *C* 2.

1) *a.* 1197*; sed Theodericus a.* 1198. *electus; v. Ann. Egmund. SS. XVI, p.* 471. 473. 2) *Quod a.* 1197. *fine factum esse, opinatur Winkelmann, 'Philipp und Otto IV', Vol. I, p.* 57.

Recensio I. codd. A.

'fices ad eandem curiam iter facerent, cognoverunt Philippum ducem Suevie, imperatoris fratrem, et eum in regem elegisse. Unde moti redierunt ..o duci Cerugie fidem fecerunt, quod ipse repatrians ..um secum duceret et statuto sibi die Anternacum ..ret, eum ibi remota omni dubitatione regem crearent. ..oc et ipse promisit et iuravit et insuper obsides dedit.

Designato igitur die cum apud Anternacum ab episcopis et omni multitudine cum apparatu et desiderio maximo expectaretur, ecce rumor pessimus et eius ignaviae dignus intonuit, ipsum scilicet cum duce Sueviae concordasse[a] et, ut ipse regno et electioni renunciaret, 11 milia marcarum et ducatum ab eo accepisse[1]. Hic ergo rumor et inhonestus eventus primores inferiorum partium graviter afflixit, eo quod indignum sibi et intolerabile videretur, si contra suam voluntatem Suevus[b.*] regnasset. Constat tamen, quod ipse nuncios[c] suos ad archiepiscopum Coloniensem cum precibus transmisit, multa offerens, sed plura promittens, si ad suam electionem animum vellet inclinare. Sed episcopus hoc sibi tutum non credens vel honestum, haec facere penitus recusavit; habitoque consilio[d], Ottonem [Pium[e]] comitem Pictaviae, filium Heinrici quondam ducis Saxoniae, in regem eligit[f].

Recensio II. codd. B. C.

Dum ergo iam dicti nuntii ad eandem curiam venissent, cognoverunt illos in Phylippum ducem Sueviae, imperatoris fratrem, concordasse et eum in regem elegisse. Unde moti redierunt et predictis episcopis que facta fuerant retulerunt. Qui vehementer indignati, eo quod numquam aliquis rex in Saxonica terra ęlectus ab hiis principibus fuisset, mox duci Bertolfo[g] de Zaringon[h] fidem fecerunt, quod ipse repatrians exercitum secum duceret et statuto sibi die Andernacum rediret, eum ibi remota omni dubitatione regem crearent. Hoc et ipse promisit et iuravit et insuper obsides dedit.

Designato igitur — — in regem eligit. *ut Recensio I.*

*) Phylippus dux *B* 1.

a) *m. s. XV. corr.* concordasse *C* 2. b) Suevius *C* 1. 2. c) *deest B* 1. d) consilio *post suppl. B* 1; h. ergo c. *A* 3. e) *ita C* 2; *post erasum in B* 1; *deest A. C* 1. f) *columna prior paginae insequentis imaginem Ottonis IV. exhibet, cui superscriptum:* OTTO REX *C* 2. g) Bertholpho *C* 1. h) Zarigon *B* 1. *C* 1; Zarigo *C* 2.

1) *Rumor concessiones Philippi ampliavit; Winkelmann I, p.* 72 *n.* 3.

Recensio I. et II.

Episcopus[a] Argentinae[1] et comes de Dasburg[b. 2] Suevo omnia sua devastant eique in tota Suevia cuncta diripiunt usque ad urbem imperialem quae[c] Hagenowe[d] dicitur. Causa discordiae inter eos fuit, quod Otto, frater ducis[3] predicti, episcopi fratrem captum suspendio necaverat. Idem ergo episcopus et sui, cum diutina dissensione Suevo restitissent, data tandem civitate, sub conditione satisfecerunt[4]. Predictus itaque dux [Suevie[e] Philippus] causam suam agens, et ut necessitatis[f] proprium est, ab omnibus auxilium petens, omnes pene principes muneribus sibi conciliat, urbes regias suscipit, fidem[g] sibi fieri ab omnibus iubet, nomen regium sibi asscribit, et apud civitatem Wangionum in albis paschalibus[5] coronatus progreditur; [in[h]] inferioribus vero[i] partibus nobiles Lotharingiae ad favorem suum sollicitat, ex quibus Walravius[k], Heinrici ducis de Limburch[l] filius, ad eum declinat, castrumque regium quod[m] Berinstein[n. 6] dicitur ab ipso suscipit. Ducem quoque Boemie[o. 7] sibi allicit eique, ut favorem eius et opem propensius habeat, nomen regium indulget; quem et in presentia sua consecratum Bobardiae coronari consentit[8].

Circa idem tempus[p] stella Coloniae visa est circa horam nonam, sumentibus inde omnibus letum auspicium de rege suo, qui tercio die post visam stellam ibidem electus est. Cum autem Aquisgrani ad regiam sedem consecrandus properaret, invenit eam sibi oppositam et militibus Suevi* septam cum predicto Walravio[q]. Expugnare igitur eam aggressus, multis expensis et gravi labore consumpto, tandem eam in deditionem accepit[r], et ingressus, ab[s] Adolfo Coloniensi archiepiscopo consecratus intronizatur. Sepe dictus etiam Walravius[t] in gratiam eius venit, et castrum Berinstein[n], quod a duce Philippo acceperat, ab eo quoque suscipit in signum reconciliationis. Sed episcopus hoc non[u] tutum terrae aestimans, idem castrum expugnatum destruxit; unde et Walravius[t] a rege Ottone deficiens, ad Suevum** iterato se contulit, et in omnibus malis quae Germania postmodum

*) Phylippi ducis *B* 1. **) Phylippum ducem *B* 1.

a) Episcopus — satisfecerunt *desunt A 3, ubi etiam in sequentibus nonnisi fragmenta leguntur.* b) Daspurgh *C* 1, *m. s. XV. corr.* Haspurgh *C* 2. c) que et H *C* 2. d) Hagenow *A* 2; Haginove *B* 1. e) *des. B. C.* f) necessitas eum compulit *B.* g) sibi fidem *C* 2. h) *deest A. B. C.* i) *deest C* 2. k) Walravus *A* 2; Walramus *B* 1. Walranus *C* 1. l) Limburg *B* 1. m) *deest C* 2. n) Bernstein *A* 2; Berinsten *C* 2. o) Bohemie *C* 2. p) *A 3 pergit:* cum de electione regis Colonie in palatio tractaretur, circa nonam visa est stella *etc. ex Caesar. Heisterb. Mir. X, c.* 25. q) Walramo *A* 2; Walrawo *B* 1. r) in deditionem sumpto tandem eam accepit, *sed verba* sumpto t. eam *m. s. XV. deleta C* 2. s) *deest A* 2. t) Walravus *C* 2; Walranus *C* 1. u) *deest B* 1.

1) *Conradus.* 2) *Dachsburg; Albertus.* 3) *Philippi.* 4) *a.* 1199; *ib. p.* 145. 5) *cf. Böhmer, Reg. p.* 4, *qui septimanam post pascha interpretatus est.* 6) *Bernstein, arx ante portas Aquisgrani sita.* 7) *Otakarum I.* 8) *Hoc Maguntiae factum esse, alii tradunt; Böhmer p.* 5.

Recensio I. et II.

passa est, ipse dux et auctor fuit[1]. Nam circa initium Octobris Philippus rex, collecto copiosissimo exercitu, cum rege Boemiae et aliis suis auxiliariis ripas Mosellae obsedit, volens transire in partes inferiores et vastare episcopatum Coloniensem. Sed Otto rex et episcopus Coloniensis, contractis ex adverso partibus, in alia ripa castra metati sunt. Burgenses quoque Coloniae cum apparatu et ornatu multo navium illo advenerant; stabatque anceps prelium, nec superioribus ad inferiores, nec inferioribus ad superiores transire audentibus. Tandem Philippus rex et sui concepta audacia transitum facere conati sunt, quibus Lotharingi in alveo fluminis[a] obstiteruut. Ibi ab utraque parte in ancipiti pugnatum, donec nocte prelium dirimente[b] Lotharingi sequenti mane ad castra sua redierunt, tutum sibi non arbitrantes cum infinita illorum multitudine in sua paucitate congredi. Quo viso, illi statim flumen transierunt, et Lotharingis apud Anternacum[c] collectis et cum eis congredi volentibus, copiam martis non fecerunt, sed quaquaversum omnia vastantes, incendia permiscebant. Exustum est eodem tempore Regimagium et Bůnna cum multis circa iacentibus villis; nec erat qui furentibus et vastantibus occurreret aut resisteret, omnibus ad loca munitiora[d] se conferentibus, ita quod illi iuxta Coloniam pene ad duo miliaria accesserant. Multa nefanda et misera relatu inpurissima illa barbaries patravit, quorum unum ponam, ex quo plura conici possunt. Sanctimonialem quandam omnibus indumentis spoliatam oleo[e] perungentes, in plumis lectualibus volutabant, sicque monstruose hirsutam caballo inposuerunt, versa eius facie ad caudam caballi. Cumque ridiculosum hoc, immo miserabile, spectaculum per aliquot dies circumduxissent, regi Philippo tandem res innotuit, qui zelo Dei tactus omnes sceleris huius reos aquae bullienti tradi iussit. Cum[f] ergo satis in episcopatu Coloniensi desevissent, iubente Deo, qui ponit terminum tenebris et in se facit confringi[g] fluctus maris, inopinate nulloque fugante se ad sua retulerunt, in itinere exurentes Anternacum.* *cf. Iob. 38, 10. 11.*

Interea Otto[h] etiam rex post discessum alterius in inferioribus partibus omnia[i] sibi pro posse subiugans, episcopos, comites et nobiles Lotharingiae sibi conciliat[k] et sacramenta

*) *C 2 add.* (*in margine* 1186. *rubr.*): Eodem anno terram que dicitur Gelren a comite Arnoldo de Hemesberg et Adolfo Coloniensi episcopo exurunt (*m. s. XV. corr.* exusta est).

a) fluvium *A 2*; fluminę *B 1*; fluminum *C 1*. b) nocte intercidente bellum *e corr. C 2*. c) Andern. *B. C semper*. d) munitima *B 1. C 1*; *m. s. XV. corr.* munitiora *C 2*. e) melle *B 1. C*. f) Dum *C 1*. g) constringi *A 2*. h) *deest C 2*. i) omnia s. p. posse *des. C 2*. k) conciliabat *B. C*.

1) *Cf. Caesarium Heisterb. V*, 37.

Recensio I. et II.

ac fidelitatem ab eis exigit et accipit; quae tamen infirma erant et infidelia. Nam plures ex eis in exiguo ponentes mendacium aut[a] periurium, contra conscientiam suam venire non timebant, ore quidem sacramenta prestantes et fidem iurantes regi Ottoni, cum cor eorum longe[b] ab eo remotum cum Philippo rege magis rectum videretur quam secum. Venit etiam predictus rex Otto versus Saxoniam tendens Goslariam; eam et[c] adiacentes civitates expugnare adgressus, superveniente Philippô rege, a proposito[d] cessare coactus est.

Heinricus palatinus comes Rheni, frater Ottonis regis, et lantgravius ac dux Lovaniae* de Iherosolimis revertuntur, infecto omni negocio apud ethnicos.

Recensio I. cod. A 2.

Moguntinus quoque archiepiscopus inde rediens, in Italia moram facit.

Richardus rex Angliae obiit[1]; cui frater suus Iohannes succedit.

Episcopus Remensis[2] obiit. In Gallia Fulco mirabilium operator valde clarus habetur[e]. Penuria annonae magna.

[2.] Anno dominicae incarnationis 1199.

Regum quisque suis in partibus natale Domini celebrat.

Constantia imperatrix in Apulia moritur[3], relicto par-

*) Brabantiae *B* 1.

Recensio II. codd. B. C.

Mogontinus quoque archiępiscopus inde rediens, in Italia moram facit, audiens discordiam[f], que in regno orta fuerat inter Philippum et Ottonem.

Richardus rex Angliae dum quoddam castrum, Limogiae scilicet, obsideret, et circuiens quereret ubi assultus oportunius faceret, telo letaliter percutitur; quod non sinę iudicio Dei factum hoc modo probatur. Siquidem ępiscopus quidam dum sine causa offensam eius incurrisset, in tantum eum persecutus est, ut a propria sede eum exturbaret, precipiens ei, ne deinceps eius se oculis offerret. Ille Romam progressus ad apostolicum se contulit. Qui dum quadam die astaret altari, ipso momento quo Richardus obiit telo videt ipsum telum secus altaris crepidinem lapsum, cui karta fuerat innexa secundum vaticinium Merlini olim predictum: 'Telum Limogiae occidit leonem Angliae'. Sic mortuo rege Richardo, frater eius Iohannes in regem ęligitur.

Episcopus — — magna. *ut Recensio I.*

2.[g] Anno dominicae[h] incarnationis 1199.

Regum quisque — — absconsum. *ut Recensio I.*

a) et *post corr.* aut *C* 1. b) re longe *C* 3. c) *deest A* 2. d) preposito cesare (*post corr.* cessare 2) *C* 1. 2. e) habebatur *C* 1. = f) *post suppl. B* 1. g) IIdus annus *rubr. C* 2. h) Domini *C* 1; Domini incarnatione *C* 2.

1) *a.* 1199, *Apr.* 2) *Wilhelmus obiit a.* 1202. 3) *Anno* 1198, *Nov.* 28.

Recensio I. cod. A2.

vulo Friderico filio imperatoris, cui in regem electo vivente adhuc patre principes imperii fidem et sacramentum[a] fecerant. Marquardus itaque marchio Anconiae ex consensu et iussione Philippi regis, qui patruus erat pueri, regnum Apuliae optinet[b], ut fertur, servandum puero.

Werrae plurimae et graves inter episcopum Wormaciae[c.1] et suos complices et Wernerum[d] de Bonlant et comitem de Lininge[e] et eorum sequaces, itemque inter lantgravium et Cunonem de Mincinberg omnes superiorum partium civitates et villas, cenobia[f] et ecclesias pessumdant, ita ut nichil usquam reliqui sit, quod non fuerit in urbibus aut in locis munitis absconsum.

In Grecia Crissahe a fratre suo dudum cecatus et eiectus[2], expulso eodem fratre, denuo regno suo potitur.

Philippus[g] rex Francie et Iohannes rex Anglie post diutinum odium et avitam discordiam ad pacem redeunt[3].

Otto rex filiam ducis Lovaniae sibi desponsatam accipit. In estate etiam movens in superiores partes exercitum, auxilio Coloniensis archiepiscopi et predicti ducis, generi sui[4], exusta parte Confluentiae villisque aliquibus, Bopardiam[g] accessit. Ibi ergo cum principes quidam et nobiles illarum partium, qui eum evocaverant eique per scripta et nuncios opem spoponderant, ad eum et eius partem non accederent, victus quoque[h] exercitui deficeret, ad sua cum suis reversus est. Philippus autem[i] rex, hoc cognito, collectis copiis cum militibus et eorum sequela, itemque cum curribus et[k] apparatu navium cum victualibus, transita Mosella, denuo descendit et episcopatum Coloniensem pro libitu devastat et exurit.

Recensio I. codd. A. C.

Colligit ergo contra eum exercitum magnum nimis tam equestris quam pedestris ordinis dux Lovaniae cum comitibus terrae, paratis omnibus vel hostes finibus suis arcere vel pro patria occumbere. At illi, nescio nutu Dei, qui cum vult ponit frenum in maxillis populorum, sive terrore aut timore *cf. Ezech.* insequentium, celerrime se ad sua contulerunt nostrisque 29, 4.

Recensio II. codd. B. C.

[Philippus[k] — — redeunt] *ut Recensio I.*

Ottoni regi desponsatur filia ducis Brabantiae[5].

In estate etiam — — et exurit. *ut Recensio I.*

Contra quem dux Brabantiae colligit exercitum magnum nimis tam equestris quam pedestris ordinis cum comitibus — — Austriae Lupoldi. *ut Recensio I.*

a) sacramenta *B*1. b) relinquit *in loco raso B*1; *ubi* ut f. *desunt.* c) Warm. *C*1. d) Warnerum de Bollant *C*1. — Bolant *B*1. e) Linine *A*2; Lininch *B*1; Limich *C*1; Linengen *C*2. f) cenobias *corr.* cenobia *B*1. g) Bobard. *B. C.* h) victusque *B*1. i) *deest C*2. k) *des. B.*

1) *Liutpoldum.* 2) *a.* 1195, *ubi perperam mortuus dicitur; sed neque hoc anno Isaac restitutus est.* 3) *Anno* 1200, *Mai.* 4) *i. e. soceri sui.* 5) *Ita recte emendavit quae supra scripta erant; sed pertinet ad a.* 1198.

Recensio I. cod. A 2.

congressionis[a] facultatem non dederunt. Inter hec omnia fama Coloniensis archiepiscopi non erat integra, et suspectus habebatur, quod negociis manum valentius non apponeret, cum tamen revera gravissimum et inpossibile ipsi fuisset cunctis[b] principibus contraire et contra eorum voluntatem et consensum pro suo velle Romanum imperium disponere. Constabat enim, quia Otto rex omni pene terreno auxilio et humano solatio destitutus, quantum ad respectum adversae partis, regnum aut imperium numquam optinere posset, nisi adiutorio solius Dei, qui dominatur in regno hominum et cuicumque voluerit dabit illud.*

In Pannonia etiam super regno illo discordia sevit inter duos fratres, quod in hoc modo accidisse ferebatur. Bela rex Ungariae vita decedens[1] duos reliquit filios, Hemmeradum et Andream. Quorum priori regnum dedit et filiam principis Antiochiae, alteri quedam castella et predia magna atque ad peregrinationem Iherosolimitanam, quam[c] ipse voverat, peragendam infinitam pecuniam. Adolescens autem post decessum patris cum libera usus fuisset potestate, sicut ea etas sepius prodiga est et inprovida, acceptam pecuniam[d] cito dilapidavit. Quo facto, cum ad consuetum luxum copia non affiueret, cepit consilio suorum regnum fratris sibi[e] usurpando invadere. Cui cum rex resisteret, orto inter eos[f] bello, victoria potitus est Andreas auxilio ducis Austriae [Lupoldi[g]], cuius filiam duxerat. Quo successu elatus — sicut res est inquieta felicitas — secundo contractis copiis fratrem invadit. Ille, accitis Theutonicis, quorum ibi copia magna est, qui et hospites ibi vocantur, fratrem devicit, occisis ex eius parte multis et captis. Eiusmodi ergo discordia inter eos diutina fuit et pertinax, variusque bellorum [eventus[h]], donec Moguntinus archiepiscopus de transmarinis rediens, partes suas interposuit eosque ad concordiam reduxit. Hoc elaborato, rex ad perigrinandum lumbos suos accinxit, commissa regni cura fratri suo.

Recensio II. codd. B C.

Quo successu — — et captis. *ut Recensio I.*

Eodem anno descendit Cunradus Mogontinus[i] archiepiscopus ab Italia, et cum eo Bonifacius[k] marchio de Monteferreo[l] ut discordiam que in regno orta fuerat ex electione Ottonis et ducis Sueviae** sedarent, et si nequirent istud[m]

*) *C1 add. infra in margine, ut videtur, manu alia, eiusdem vero aetatis:* Obiit hoc anno Albertus de Chuc Leodiensis episcopus[2]. **) Phylippi *B* 1.

a) egressionis *A* 2; congressiones *B* 1. 2. *C* 1. 2. b) c. enim pr. *A* 2. c) perag. q. i. v. *A* 2. d) *deest A* 2. e) sui *C* 1. f) *post suppl. B* 1. g) *deest A* 2. h) *deest A* 2, *spatio vacuo relicto.* = i) Moguntinus *C* 1. 2, *corr.* Mogontinus *B* 1. k) Bonef. *C* 1. l) Monte ferio *C* 1. m) illud *C* 1.

1) *Anno* 1196. 2) *Anno* 1200, *Febr.* 1.

Recensio II. codd. B. C.

efficere, ut alteruter eorum cessaret, ex consilio principum per quinquennium pax firmaretur et hoc elaboraretur, ut alter alteri cederet. Sed quid intenderint[a] vel quid contulerint cum Phylippo, licet non innotuerit, rex Otto invitatus a marchionę, ut Bobardiam veniret, rennuit, quoniam quidem dedecorosum arbitratus est, si ullo pacto regno cederet, cum legittimę in regem consecratus esset. Cunradus etiam ępiscopus Coloniam veniens, cum ępiscopo Coloniensi et burgensibus colloquium super[b] hoc habuit, sed infecto negocio rediit. [Cum[c] in hac re minus hoc modo profecissent, ambo se ad Suevum contulerunt]. Post haec Cunradus episcopus Ungariam intravit[1], ut discordiam fratrum sedaret, et ab utroque honorificę susceptus est. Inito consilio et habito consensu utriusque et ducis Austriae Lupoldi omniumque principum Ungariae, pacem[d] tali modo statuit, ut signati crucę mare transirent et regnum Ungariae predicto duci Austriae commendarent, ut, si quis illorum morte preventus in transmarinis partibus debitum carnis exsolveret, supervivens[e] rediens ad patriam regnum possideret.

a) intenderunt — contulerunt *C* 2. b) super hoc *des.* *C* 1. 2. c) *haec desunt B.* d) *deest C* 1. e) vivens *C* 2.

1) *a.* 1200, *Winkelmann I, p.* 189.

PARS QUINTA.

Continuatio II. codd. A 2. 3.

Anno dominice incarnationis 1200.

Cunradus Moguntiensis archiepiscopus obiit 8. Kal. Novembr.; cui Philippus rex Lupoldum Wormacie episcopum substituit. Otto vero rex Sigefrido de Eppenstein[a] regimen et iura episcopii contradidit. Unde Sigefridus utilitatibus propriis consulens, Romam sese contulit, promotionem suam[b] domno pape seriatim exposuit. Ubi apostolica auctoritate in archiepiscopum confirmatus[1], accepto pallio cum aliis episcopalibus insigniis, perceptaque benedictione, cum honore a papa dimissus revertitur. Werra gravis inter iam dictos multo tempóre succrescens nimium invaluit; unde Mogontiensis ecclesia pluribus annis legittimo pastore caruit.

Anno dominice incarnationis 1201.

Lupoldus Wormacie episcopus a papa excommunicatur, eo quod contra morem ecclesiasticum non canonice, sed quasi per violentiam Mogontiensem episcopatum invadere presumpserit, cum id fieri sancti canones modis omnibus inhibeant, Leone papa attestante, qui ait[c.2]: *Si quis episcopus, civitatis sue mediocritate despecta, amministrationem loci celebrioris abiecit et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit et propria, ut nec illis presideat quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam despexit.* Sigefridus Mogontinus electus favore et consensu pape a Guidone[d] cardinali apud Xantum 2. Kal. Oct. in archiepiscopum consecratur[3], suffragantibus Adolfo[e] Coloniensi archiepiscopo, Herimanno Monasteriensi episcopo, presidente Ottone rege, Heinrico[f] duce Lovanie et aliis quam pluribus.

a) Eppensthein *A 2.* b) suam a d. *A 2.* c) q̃ atti *A 2.* d) Gvicone *A 2.* e) Adholfo *A 2 semper fere.* f) Henr. *A 2 nonnumquam.*

1) *A.* 1202, *Mart.* 21; *Böhmer, Reg. p.* 300. 2) *Epist.* 14, *c.* 8, *Mansi V, p.* 1283. 3) *Ita Ann. S. Gereonis, infra; cf. Winkelmann I, p.* 225 *n.*

Anno dominice incarnationis 1202.

Lupoldus episcopus excommunicationis paulisper timore perculsus, ratum sibi arbitratus, Italiam expetiit, Romane se curie exhibuit, apud quoscumque poterat propensius efflagitans, quatinus et a banno absolvi et sede Mogontiensis ecclesie investiri mereretur. Aliquantis igitur diebus pro huiusmodi causis exequendis ibidem constitutus, cum iam nichil proficeret et se non solum non exaudiri, verum apostolice presentie se non admitti erubesceret, iram animique furorem dissimulans, infecto negotio cum suis reversus est. Eodem anno circa festum sancti Egidii Heinricus dux Lo- *Sept.* 1. vanie multifaria comitis de Gelre permotus inpudentia, iam diutius eius insolentias pati ratus sibi fore pudori, copiosum educens exercitum, terram eius invadere ipsumque utpote totius beneficii ac benignitatis ingratum sub armis humiliare disposuit. Cuius manum potentem et brachium extentum iam dictus comes ferre non prevalens, adhuc illo longe agente, per se ipsum adventum eius prevenire satagens, ad castra ducis devenit, per amicos legationem misit, rogans ea que pacis sunt. Interea comes Hollandie, in auxilium predicti comitis evocatus, civitatem novam nomine Bůshc[1], quam ipse dux summo labore ac studio maximisque sumptibus exstruxerat, penitus igne consumpsit, viros ac mulieres vinctos abduxit, armenta boum et equorum greges, ovium aliarumque diversarum rerum innumeram multitudinem asportavit. Itaque de pace inter agendum, cum iam ab omnibus pacis et concordie speraretur effectus, ecce subito rumor et clamor, miserabilis dolor et gemitus intolerabilis cuncta ducis castra replevit, ipseque dux ultra quam credi potest animo consternatus ac nimia exacerbatione excitus, predictum comitem de Gelre huius mali conscium eiusque consilio factum suspicatur; unde pax, que iam obsidibus et fidei sacramento confirmanda sperabatur, interrumpitur. Adunato igitur exercitu, dux e vestigio comitem cum preda secure procedentem insequitur, marteque constanti magnanimitate commisso, exercitus comitis partim occiditur, partim in fugam vertitur, preda tam hominum quam iumentorum excutitur, ipse cum aliis quam pluribus captivis[a] abducitur. Hac felici victoria dux animatus, Novimaium[b, 2] devenit, Oie castrum satis munitum expugnavit, comitem de Clieve, licet puerum, amicitie sue copulavit, omnibusque pro libitu et utilitate ibidem dis-

a) captivus? b) Novimarum *corr. ut videtur* Novimaium *A* 2.

1) *Hertogenbosch; cf. Ann. Egmund., SS. XVI, p.* 473. 2) *Nimwegen.*

Sept. 14. positis, in festo sancte crucis Xantum preteriens, in ira magna et multitudine gravi terram comitis intravit; postera die ex iudicio et sententia super ea examinaturus. Comes vero cernens se totius honoris ac dignitatis inevitabili circumvallatum dispendio, hominesque suos tam vite quam rerum supremo periclitari discrimine, licet invitus, sera tamen penitudine ductus, Ottonem regem, Adolfum archiepiscopum aliosque principes pro pace sollicitare opere pretium duxit. Dux itaque tantorum legatorum continua interpellatione pulsatus tandemque devictus, annuit, hac tamen conventione, ut ipsum comitem die designato sibi satisfacturum Lovanie exhiberent seseque pro eo obsides ac fideiussores exponerent. Quo facto, accepta securitate sacramentali, arma manumque cohibuit, ac sic dimisso exercitu, sese in terram propriam contulit. Post hec paucis transactis diebus Otto comes conmeatu Ottonis regis, Adolfi archiepiscopi, Adolfi comitis Lovaniam accessit, duci se presentavit, obsides ac fideiussores absolvit. Hinc dux per triduum habito consilio, tercio demum die semitas et exitus viarum observari, portas seris ac vectibus obfirmari, civitati custodias deputari populumque cunctum signo notorio convocari mandavit. Ipsa nocte Adolfus archiepiscopus, Adolfus comes, nescio quid mali aut doli suspicantes, equis ascensis, cursu velocissimo, fuge presidio se tradiderunt. Quorum absentia dux audita, indignatione permaxima permotus, in sua quemque redire precepit, comitem vero captivum secum retinuit. Qui non multo post conventione facta 6 milibus marcarum se redemit, gratiam obtinuit, adeoque pariter confederati sunt, ut filius comitis desponsatam sibi filiam ducis acciperet uxorem[1] . . . . . .[a]. Comes Hollandie, datis quingentis marcis ac terre sue non modica quantitate[2], loco scilicet qui Mons Sancte Gertrudis[3] appellatur, duci contradita, captivitate solutus, revertitur.

Anno dominice incarnationis 1203.

Lupoldus episcopus cum magno belli apparatu Italiam denuo ingressus est[4], cuncta que ditioni apostolice attinebant ferro et igni hostiliter devastare cepit, insana obligatus deliberatione, si forte minis et terroribus obtinere valeat, quod iam pridem precibus per gratiam non poterat. Quodam

a) militis *add. A 2, ubi plura deesse videntur.*

1) *Cf. chartam datam Traiecti supra Mosam (s. d.) a. d. inc.* 1202, *Orr. Guelf. III, p.* 766. 2) duobus milibus marcarum *Ann. Egmund. l. l.* 3) *Gertruydenburg.* 4) *A Philippo legatus constitutus; v. Winkelmann I, p.* 356.

itaque tempore dum depredandi causa ad loca quedam se cum suis transferret essetque iter angustum, arduis preclusum montibus, et iam nullum hac vel illac divertendi pateret diffugium, ecce familiares et amici pape cum ingenti manu armatorum subito in eos hinc et inde irruentes, fortiter pugnare ceperunt, tandemqne victoria potiti, alios occiderunt, alios vulneraverunt, multos etiam secum captivos abduxerunt; ipseque Lupoldus cum paucis vix fuga elapsus, cum magno suorum dampno ac detrimento satis probrose regressus est. Herimannus Monasteriensis episcopus obiit; cui ex dissensione duo successerunt, Otto scilicet maior prepositus Bremensis ecclesie itemque Fridericus prepositus de Claholz[a]; sed Otto auxilio amicorum armis episcopium violenter obtinuit[1].

Ipso anno Balduvinus comes Flandrensis, Cunradus marchio de Monpharra aliique principes et nobiles occidentalium regnorum necnon et vulgi utriusque sexus innumerabiles turme armata manu Ierosolimam tendere ceperunt, arreptoque itinere, per Orientalem Franciam, Pannoniam Bulgariamque permearunt, sicque gravi labore regno Ungariorum emenso, tandem Constantinopolim applicuerunt. Quo in loco aliquanto tempore fixis tentoriis residentes, werram et controversiam satis gravem de optinendo regno inter principes terre illius cognoverunt, ipseque comes Flandrensis, ut erat vir magni consilii altique ingenii, causa pacis et concordie se fictuose interposuit, donec tandem, nacta oportunitate, et, ut reor, divina sibi voluntate favente, armata manu et[b] in multitudine gravi civitatem Constantinopolim intravit[c], omnibusque inhabitantibus captis, occisis, exiliatis, fugatis, regnum violenter optinuit.

Anno dominice incarnationis 1204.

Philippus[d] dux Suevie, tam generis quam morum dignitate preclarus, animadvertens causam suam secundo processu in prosperum agi et regalia insignia, crucem scilicet, lanceam, sceptrum cum corona potestati sue contradita cunctosque principes ac primores unanimi conspiratione cum fidei sacramento sub[e] pacis confirmatione iam dudum se in regem eligendo concordasse, nunc vero possibile esse, rerum summam sibi cedere totiusque regni monarchiam ad se facile posse devenire, Adolfum Coloniensem archiepiscopum, adhuc sibi resistentem, cum aliis Lotharingie primatibus pro sui consecratione scriptis atque legationibus propensius sollicitare

a) Slaholtz *A 2.* b) *post add. A 2.* c) intravit — optinuit *hic omissa, a.* 1204. *post* revertitur (*p.* 174 *n.* a) *signis appositis scripta sunt A 2.* d) *inc. A 3.* e) sub — conf. *eadem manu in marg. suppl. A 2.*

1) *Cf. Cont. III.*

pertemptat. Tandem multa offerens et plura promittens,
1205. eosque velle suo paria respondere persentiens, accepta iuris-
Ian. 6. iurandi obligatione cum obsidibus, in epiphania Domini, multo stipatus milite, Aquisgrani accedens, a* iam dicto archiepiscopo in regem consecratur. Celebrata igitur consecratione, predictus archiepiscopus auro, argento, lapide pretioso aliisque regalibus insigniis satis regaliter remuneratus[1], cum honore dimittitur. Rex in terram suam revertitur[a]. Eodem tempore naves et currus, quibus victualia regis ferebantur, a Walravio[b. 2] apud Veronam[3] diripiuntur.

Dissensio gravis, controversia intolerabilis et scisma lugendum omnibus ecclesie filiis in Coloniensi ecclesia inter Ottonem regem et archiepiscopum oritur, consecratione Philippi regis huic periculose discordie incentivum ac fomitem ministrante. A multis etiam, quibus erat mens sanior, ad insidias regni totiusque[c] ecclesie detrimentum factum hoc presagabatur, quod postea rerum exitus approbavit. Otto denique rex legatos suos Romam dirigens, omnem calamitatis sue seriem pape querebundus exposuit, ipsius paternitatem ac discretionem commonitam esse imprecans, qualiter Adolfus[d] archiepiscopus se de terra sua, ubi diviciis, honore copiosus[e] habundabat, evocatum favore ac consensu cunctorum Lotharingie et quorundam superiorum principum totiusque multitudinis acclamatione Colonie[f] in regem creaverit ac processu temporis Aquisgrani ecclesiastico more consecratum regali sede sublimaverit; nunc vero, se quasi repudiato ac violenter reprobato, Philippum ducem Suevie simili modo Aquisgrani deductum, accepta ab eo pecunia innumerabili, ibidem in regem consecrare presumpserit, protestans, omne regnum, precipue Coloniensem episcopatum, insuper totam ecclesiam inde gravissime periclitari. Dominus papa, cognita tam inaudita tamque temeraria presumptione archiepiscopi, tamquam pater piissimus affluens misericordie visceribus, Ottonis regis tamquam dilecti filii deiectioni satis paterne condescendit, prudenterque apud se pertractans, ac[g] temeraria supercreatione Philippi regis regalia iura pessumdari, ecclesiastica instituta depravari, decreta canonica periclitari et quicquid iusticie[h], quicquid sanctitatis, quicquid religionis esse poterat, hoc sementivo malicie in perversum agi, pre-

*) ab Adolfo a. *A* 3.

a) *hic sequuntur supra omissa* intravit — optinuit *A* 2. b) Walravo *A* 3. c) que *deest A* 2. d) A. *A* 3. e) et copiosus *A* 2. f) Colō *A* 2; Colōn *A* 3. g) *ita A* 2. 3 = hac. h) iust. q. s. q. *des. A* 2.

1) *Cf. etiam Philippi chartam* d. 12. *Ian.* 1205, *Lacomblet II, p.* 17.
2) *Filio comitis Limburgensis.* 3) *Bonn.*

dictum archiepiscopum Romam censuit evocandum atque in
audientia sua de obiectis examinandum. Archiepiscopus
vero sentiens sibi papam graviter offensum, testimonium sibi
perhibente conscientia sua, ire pertimuit; unde ex sententia
cardinalium totiusque Romane curie a papa excommunicatur.
Verum sepius vocatus tandemque peremptorie citatus, quia
venire recusavit, omni honore, dignitate omnique beneficio
tam seculari quam spiritali apostolica auctoritate privatur.

Hoc[a] anno hyemps prolixa et asperrima fuit.

Anno dominice incarnationis 1205.

Adolfus archiepiscopus per totam Coloniam[b] excommu-
nicatus denunciatur, idque per omne episcopium fieri apo-
stolica auctoritate precipitur. Philippus rex in pentecoste[c] *Mai. 29.*
Spire curiam habuit, ubi Adolfus[d] archiepiscopus consilio
amicorum suorum regi cunctisque principibus se exhibuit,
super contricione et[e] deiectione sua consilium et auxilium
illorum satis humiliter imprecatus. Cui rex quam intime
compatiens, quippe qui propter se tam contumeliosam patere-
tur repulsam, ipsum blande consolatus, tempore congruo,
quo pro honore ac dignitate rei publice propensius id exequi
valeat, se certissime venturum pollicetur. Iurant ergo sibi
mutuo rex cunctique principes et ad expeditionem hanc
in Octobri celebrandam sacramentalibus se iuramentis vicissim
obligaverunt. Rhenus[f] superius et inferius clauditur[1]. Lo-
tharius[g] comes de Hoinstadin[h], cognato suo Gerhardo
comite de Are eadem urbe violenter expulso, ipse, inibi
militibus suis locatis, totaliter eam sibi usurpavit, cum nisi
medietatem eiusdem urbis antea non haberet. In festo sancti *Iun. 15.*
Viti Otto rex, Heinricus[i] dux de Lemburg, qui eo tempore
curam episcopii administrandam[k] susceperat, una cum filiis
suis Walravio[l] et Heinrico, necnon et[m] Colonienses[n], adunato
exercitu valido et forti, castrum quod Hoinstadin dicitur
aliquanto tempore obsidentes, tandem resignato sibi[o] predicto
castro obsidibusque acceptis, Coloniam reversi sunt. Bruno
Bunnensis prepositus Colonie in archiepiscopum eligitur 8. Kal.
Augustas. Ad[p] vincula sancti Petri Adolfus archiepiscopus, *Aug. 1.*
comes Iuliacensis, comes de Hoinstadin cum aliis pluribus
sibi sociatis, cuncta que ducis de Lemburg filiique eius
Walravii[q] esse poterant hostiliter invadentes, eo usque insana

a) Hoc — fuit *des.* *A* 3. b) Col'o *A* 2; Colon̄ *A* 3. c) pentecost' *A* 3. d) Adolphus *A* 3.
e) et d. *des.* *A* 2. f) Renum — inferi claudit *A* 2. g) Loth. — haberet *des.* *A* 3.
h) Hoinsthadin *A* 2 *constanter.* i) Henr. *A* 3 *semper.* k) administrandum *A* 2.
l) Walravo *A* 3. m) *deest* *A* 2. n) Colō *A* 2; Col' *A* 3. o) s. p. *bis scriptum* *A* 3.
p) D. *A* 2. q) Walravi *A* 3.

1) *Ita etiam Cont. III.*

mente in eos debachati sunt, ut etiam ipsum castrum Rode usque ad murum interiorem totaliter igni consumpserint. Succiderunt et tiliam, que diversis edificiis mirabili structura in modum propugnaculi in altum latumque deducta, intuentibus quidem delectabile prestabat spectaculum, subtus eam vero ambulantibus vel sedentibus optabile prebebat umbra-
Sept. 8. culum. Bruno electus circa nativitatem sancte Marie cum 600 militibus peditumque magna multitudine versus fluvium Are protendens, queque comitis de Hoinstadin[a] erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est. Obsedit et castrum cui Hart[b] vocabulum est, ubi quidam miles egregius nomine Gisilbertus de Kerriche lancea percussus interiit. Profectus inde, terram comitis Iuliacensis eque cedibus, rapinis et incendiis devastare cepit. Excidit et vineam, peroptimam sepem, torcular exussit. Unde comes idem quam plurimum indoluisse fertur, eo quod in locis illis rare haberentur vinee, et quod multo labore ac sumptu ipsa vinea exculta fuisset; a nonnullis vero accepto non modico argenti, domos villasque eorum inustas reliquit. Inde motis castris Nusiam pretergressus, in loco qui Bucholz Sancte Gerdrudis[c]
Sept. 15. appellatur fixit tentoria, postera die, scilicet post exaltationem sancte crucis, terram comitis de Gelre [intravit[d]], ipsumque cum ceteris sibi adversantibus aut ditioni sue subicere aut omnibus[e] modis disperdere molitus: cum ecce nuncii supervenientes, Philippum regem cum multitudine copiosa fluvium Mosellam transisse atque in confinio Veronensis civitatis iam consedisse, retulerunt. Unde infecto negotio Bruno electus cum suis quam celerius Coloniam reversus, intra[f] urbis menia
Sept. 17. se recepit. Philippus rex circa festum sancti Lamberti cum palatino comite de Witlincbach[g], duce Austrasie, duce Baioarie aliisque quam pluribus, cum exercitu[h] magno ac navium innumera multitudine, rogatu Adolfi archiepiscopi amicorumque suorum, partes inferiores iam quarto intravit, iniuriam predicti archiepiscopi pro expulsione ipsius ab episcopio in Colonia[i] acrius vindicaturus ac insuper, si copia detur, ipsam civitatem Coloniam[i], utpote maiestatis ream, quippe de qua tam sibi quam multis ante se regibus opprobria multa illata fuisse conquerebatur, solotenus eversurus. Transito igitur fluvio Mosella, nullo sibi obsistente, Andernacum venit, inde predium regium Sinzeche Regiomagumque preteriens, Veronam applicuit, [inter[k]] quam et Coloniam[l] ad duo fere miliaria protendens tabernacula, illic sese cum suis transposuit. Ubi gratia recreandi exercitum aliquantis

a) Hoinsthaden *A 3 hoc loco.* b) Narc *A 2.* c) Gertrudis *A 3.* d) *deest A 2. 3.* e) omni *A 2.* f) inter *A 2.* g) Witlinbach *A 2.* h) *hucusque A 3.* i) Col' *A 2.* k) *deest A 2.* l) Col' *A 2.*

diebus commoratus, nimia pluviarum inundatione, ventorum turbine, frigorum asperitate equi innumerabiles nonnullique homines huiusmodi aeris inequalitate perierunt. Illic ducis Brabantie, qui se illo venturum spoponderat, prestolabantur adventum. Heinricus comes de Seine, admodum puer, consilio atque commeatu comitis de Lininge et de Spanheim regis presentie coramsistitur, pro gratia et consilio de sibi obiectis satisfacturus. Sed causam suam ad effectum perducere non valens, rex quia sibi magis ac magis offensus fieret, habito consilio, a predictis comitibus non sine magno timore suorum ad Renum usque deducitur; quo transito, in terram suam revertitur. Dux Brabantinus, collecto in unum non modico exercitu, ad regem usque protendens, prope silvam que Vi^e^le dicitur castra deposuit, ipseque regi locuturus cum paucis ultra processit. Rex et optimates sui, viso duce, leticia magna excitati, gratias inmensas sibi referunt, ipsum regi fidelem, ipsum regni tutorem attestantes. Dissensio inter regem et ducem quibusdam intercedentibus causis orta in brevi adeo invaluit, ut ipse dux super hoc nimia commotione actus redire disponeret, unde tam regi quam suis maximum incussit timorem. Veritus rex, ne se relicto ad detrimentum sui Colonie [a] confederaretur, habito consilio, necessitate magis quam voluntate, ad mitigandum ducis animum et ad sustentationem exercitus 500 marcas omni septimana sibi dari constituit. Post hec communi consilio parique voluntate castra moventes, Coloniam applicuerunt, ubi secus silvam que Hůsholz dicitur figentes tabernacula resederunt [b]. Ibi rex nulla certaminis congressione usus est. Quadam vero die dux Austrasie, dux Baioarie, rege quieto, ipsi cum suis ad murum accedentes, interioribus secum congrediendi copiam martis obtulerunt. Otto rex, Walravius et qui cum ipsis erant consueta magnanimitate e portis erumpentes ferocique impetu in hostes insilientes, fortiter cum eis dimicare ceperunt, alternatimque concertantes, plurimum diei consumpserunt, donec tandem, Ottone rege, Walravio multisque aliis hinc et inde graviter vulneratis, pluribus captis et occisis, quique ad sua non sine dampno gravi redierunt, multo tamen plures de exterioribus ceciderunt [1]. Captus est ibi Theodericus prepositus Sancti Gereonis et Macharius, filius ducis de Limburg. Qui cum regi presentati fuissent, Theodericum prepositum custodie mancipavit, Macharium vero decollari mandavit, sed propter ducem Bra-

a) Col' *A 2*. b) res. — certaminis *in marg. suppl. A 2*.

1) *Cf. Chron. rhythm. Brunsv. p.* 535.

bantie[a], qui tunc forte presens aderat, liberum et absolutum eum dimisit. Philippus rex cum omni exercitu Coloniam[b] preteriens, Nussiam accessit; quam sine magna martis congressione in deditionem accipiens, Adolfo archiepiscopo eam resignavit[1]. Ibi Constantinus, filius Cunradi de Dikke, vir militaris et strenuus, ictu sagitte percussus occubuit. Ibi etiam octo tam milites quam servi, qui domum regiam Werdene tradere moliebantur, decollati sunt. Eodem tempore naves, quibus apparatus regis copiose satis ac decenter amministratus et victualia exercitibus sufficienter delata fuerant, passim utraque parte Rheni quibusque in locis penitus diripiuntur, in quibus preter diversa et innumera armorum genera plurimum auri et argenti, vestes pretiose, vasa aurea et argentea in bulgis et in somariis sublata sunt. Multi etiam ex his qui navibus preerant capti, quidam occisi, nonnulli vero aquis prefocati interierunt. Philippus[c] rex movens exercitum, Rode castrum ducis de Lymburg obsedit. Quod dux Lovanie[d] mox obsidione solvit ea conditione, quod ipsum ducem ad gratiam regis perduceret eumque fidelem in omnibus regi faceret, vel ipsum castrum denuo resignaret. Sicque rex Aquisgrani accessit, de disponendo rei publice statu consilium habiturus. Ibi tristi auspitio audita navium depredatione hominumque suorum crudeli occisione, rex et optimates sui nimia animi commotione exacerbati, versus Veronam divertentes, ipsam civitatem in furore et in ira cum inhabitantibus igni, cede, rapinis funditus evertere moliebantur. Veronenses territi, comitem de Liningen et de Spanheim sollicitant, quorum consilio et auxilio, datis obsidibus, 300 marcis se periculo exemerunt. Comiti etiam de Seine notam huius criminis principaliter obiciunt, illum auctorem, illum regni insidiatorem contestantes, presertim in cuius terra et a cuius hominibus dampnum hoc nimis contumeliosum sibi contigerit, quod nisi condigna satisfactione restituatur, noverit se regie maiestatis cunctorumque principum offensam graviter incurrisse et ut maiestatis reum ac hostem habendum, gratiamque regis sibi prorsus denegandam. Nec sic quidem insana commotio furentium sedari poterat, quin collecta undecumque multitudine navium Rhenum transire terramque comitis penitus disperdere molirentur. Quod utique factum fuisset, si comitis de Liningen et de Spanheim non intercessisset industria. Rex igitur Philippus nichil relatione dignum his in partibus executus[e], cum magno suorum dampno

a) Brab'. *A* 2. b) Col' *A* 2. c) Phillippus *A* 2 *nonnumquam.* d) Lovanis *A* 2. e) exercitus *A* 2.

1) *Ita etiam Chron. rhythm. l. l. Aliter rem narrat Cont. III.*

et detrimento repatriare festinat; quem tamen Adolfus archiepiscopus, Adolfus comes ceterique comites Germanie pro consilio et auxilio non minus sollicitare satagunt. Comes Iuliacensis clerico cuidam bone indolis ad iniuriam Coloniensium[a], vesano, immo diabolico actus instinctu, nasum et aures abscidi, linguam prescidi, oculos erui, sicque membris omnibus inutilem campo [relinqui[b]] precepit. Ludolfus Magedeburgensis archiepiscopus obiit; cui Albertus maior prepositus eiusdem ecclesie successit.

Anno dominice incarnationis 1206.

In pasca comes de Hoinstaden cunctique fautores Adolfi *Apr. 2.*
archiepiscopi cum universis populis sibi subiectis Colonie a delegatis apostolici excommunicantur, et per omnem terram eorum tam ecclesie quam clerici a divinis suspenduntur. Unde quam multi iugum obedientie et timoris Domini huius vite emolumento preponentes suisque omnibus renunciantes, mendicare coguntur, quidam vero vite necessitate urgente sub interdicto celebrantes, altaris beneficio privantur. Willehelmus dux, frater Ottonis regis, Goslariam civitatem regiam quibusdam insidiis captam et, ut verius dicatur, divino iudicio sibi traditam, nullo resistente, cum exercitu copioso potenter intravit, ubi conventione facta et acceptis obsidibus cum sacramento fidei, civitatem quidem ditioni sue mancipavit, fiscum vero regium multo tempore publica exactione collectum totum exhauriens, auri, argenti rerumque pretiosarum innumeram quantitatem secum asportavit[1]. Bruno electus a Sigefrido Mogontino archiepiscopo Colonie consecratur in archiepiscopum 8. Idus Iunii, presentibus duobus *Iun. 6.*
episcopis, qui ad hoc ipsum iussu apostolici de Anglia illuc advenerant. Item Philippus rex circa festum sancte Marie *Iul. 22.*
Magdalene Germaniam quinto ingressus, hac illacque pro libitu incedens, super fluvium Arlephe[2] cum exercitu consedit, duobus miliariis a castro quod Wassinburg[3] dicitur seiunctus; ubi etiam ducem de Lymburg in gratiam suscepit.
In vigilia sancti Pantaleonis Otto rex, Bruno archiepiscopus, *Iul. 27.*
Walravius, aggregata preclara militia, pugnandi deliberatione se mutuo cohortantes, Philippo regi obviam processerunt, sed habito utrinque consilio, pugne necessitatem in crastinum differre complacuit. Dum igitur Otto rex cum suis refrigerandi gratia depositis armis in castris suis se quisque quieti dedisset, et iam nichil mali suspicantes solam pugnam super-

a) Colonieñ *A 2.* b) *deest A 2.*

1) *Cf. Arnold. Lub. VI, 7; Chron. rhythm. p.* 530 *sq.* 2) *Erft.*
3) *Wassenberg.*

venture diei securi prestolarentur: ecce comes de Hoinstadin, Heinricus de Kalatin, irritato pacto, disturbato consilio, cum exercitu magno ex inproviso supervenientes, in predictum regem repentino impetu irruerunt, castra turbaverunt, sicque omnes tamquam oves lupis irrumpentibus dispersi, alii cesi, alii capti, omnes vero in fugam versi sunt. Otto vero rex ducatu Walravii per loca ignota et invia errabundus pertransiens, cum paucis Coloniam venit, ubi pro carorum amissione cum planctu et merore multorum, tripudio lacrimabili, nimis luctuose susceptus est. Bruno quoque archiepiscopus in castrum vicinum Wassinburg confugiens, dum ibidem occultare se nititur, a supervenientibus hostibus capitur. Sic Philippo regi presentatus, tam ferri quam militum custodie deputatur. Oppidum quoque Hilkerode[1] dum evertere conatur, interventu amicorum comitis de Seine, cuius erat proprium, non solum illesum reliquit, verum etiam ipsum comitem in gratiam suscepit. Sicque reversus via qua venerat, inter Veronam et Coloniam in eo quo et preterito anno aliquantis diebus loco consedit; ubi inter ipsum et Ottonem regem necnon et Colonienses de pace et concordia multa tractata nec terminata sunt. Inde ultra procedens, in confinio Regiomagi[2] et Sinzeche se cum exercitu exposuit, montem quendam dictum Gimmich supra fluvium Are preoccupans, castrum satis firmissimum in ipso construxit nomenque urbis Landiscrone nuncupavit. Per hanc continuam estatem inter comitem Adolfum et Colonienses diversis temporibus in orientali ripa Rheni vario eventu satis acriter
Nov. 11. dimicatum est. Circa festum sancti Martini Philippus rex Confluentiam venit, ubi[3], Heinrico duce Lotharingie intermediante, Colonienses in gratiam suscepit, hac tamen conditione, quod tam ipsi qui presentes erant legati Coloniensium quam omnis civitas regi Philippo fidem facerent fideliterque in omnibus et contra omnes prestito sacramento fidem servarent. Igitur a rege ceterisque principibus et Coloniensibus tali pactione pace confirmata, Rhenus navigantibus aperitur, strate etiam ad transducendum mercatum Coloniensibus ubicumque sub pacis firmamento patefieri iubentur. Illic etiam Adolfus archiepiscopus pro restituendo se in episcopium tam regem quam omnes principes instantissime interpellat, sed [ad[a]] tempus congruum sententia rationabili differendum ab omnibus censetur. Eodem tem-

a) *deest A 2.*

1) *Hilgerod.* 2) *Remagen.* 3) *Contin. III. hoc Bopardiae factum dicit.*

pore Otto rex intus Coloniam multo iam tempore demoratus, cum ad regem Philippum Confluentiam pacis gratia venturus[a] ab omnibus speraretur, ipse de[b] civitate se eximens, transitoque Rheno, versus Saxoniam in civitatem propriam Bruneswich, que sibi iure hereditario cesserat, se cum suis recepit. Priores Coloniensium legatos suos Romam miserunt, pro pace et statu regni necnon et Coloniensis ecclesie dominum papam interpellaturi.

Anno dominice incarnationis 1207.

Post octavam epiphanie Philippus rex cum aliquantis *Ian. 13.*
superioribus necnon et Lotharingie principibus apud Sinzeche concilium celebravit, ubi iterum[c] Colonienses interventu et commeatu ducis Brabantie pacem a rege sibi iam antea datam regis ac principum auctoritate ampliori confirmatione roborari deposcunt; quod et factum est. Eclypsis solis facta est 2. Kal. Martias, hora diei sexta. Eo tem- *Febr. 28.*
pore 4. feria post dominicam Estomihi, que ipso anno 4.
Nonas Martias occurrit, Colonienses nuntios suos Romam *Mart. 7.*
transmiserunt, sed ab episcopo Spirensi capti regique Philippo presentati, usque ad medium quadragesime satis honorifice detenti sunt. In passione Domini iterum[c] Philippus *April.*
rex cum nonnullis principibus Sinzeche devenit, adducens secum iam dictos legatos; ubi a prioribus et capitaneis Coloniensium satisfactione pacisque confirmatione per iusiurandum accepta, omnibusque inimicitiis destructis, adeo coram rege gratiam invenerunt, ut ipse rex Coloniam se venturum promitteret. Circa festum palmarum Philippus rex Coloniam *Apr. 15.*
pacifice ingreditur[1], ubi a clero et omni populo utriusque sexus in ymnis et laudibus signisque concrepantibus gloriose ac honorifice susceptus est, utque regem decebat diversis multiformis obsequii generibus per octo dies[2] magnificentissime honoratus atque huiusmodi liberalitatis ac devotionis studio delectatus, in gaudio et leticia pascha *Apr. 22.*
Domini ibidem celebravit. Ibi comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, comes de Hoinstaden aliique quam plures, premissa tamen et promissa satisfactione condigna, interventu regis banno absolvuntur; inter quos etiam et Colonienses pace vera et concordia inviolabili per edictum regie censure confirmata[3] omnique controversia pacificata, rex in terram

a) futurus *A 2*. b) in *A 2*. c) itẽ *A 2*.

1) *Contin. III, vigilia demum paschae regem Coloniam venisse, tradit; quod rectius dictum videtur, cum diploma Coloniensibus* 30. *April. datum sit Coloniae.* 2) per 9 dies, *ib.* 3) *V. diploma ap. Lacomblet II, p.* 11.

suam letus et hilaris revertitur. Eodem tempore rex Philippus filiam suam filio ducis Brabantie nuptum tradidit.

Igitur Innocentius papa, divino utputa instinctu premonitus, speculatorem se domus Domini delegatum considerans et permutationes rerum per declivum infidelitatis et malicie iusum vergi perpendens, duos cardinales, Leonem scilicet et Hugelinum[a] Ostiensem episcopum, viros utique industria et ingenio callentes ac circa Dei ecclesiam devotione atque religione perspicuos, in partes Cisalpinas direxit ad informandam et confirmandam pacem et unitatem sancte Dei ecclesie, que ex dissensione duorum regum Philippi et Ottonis inter mundi huius turbines fluctuans sine remige, sine rectore, naufragio nimis procelloso iamiamque periclitari videbatur. Venientes autem iam dicti cardinales in partes Galliarum, ad Philippum regem diverterunt, a quo benigne ac honorifice suscepti, per totam estatem apud ipsum commorabantur. Summus etiam Aquileiensis patriarcha, vir inquam mire probitatis et eloquentie, consurgens ex adverso, murum se posuit pro domo Domini, stansque in prelio in die Domini similiter et ipse apud dominum papam et predictos reges pro pace et concordia agenda fideliter institit. Heinricus Wirzeburgensis[b] episcopus obiit[c]. Philippus[d] curiam satis celebrem in
Aug. 15. assumptione sancte Marie Northusin per dies plurimos habuit, ubi tam ipse quam et Otto rex necnon et patriarcha cum cardinalibus pluribusque sibi sociatis principibus de pace et concordia in regno componenda instantius agebant[1]; verum quibusdam causis pacem eximentibus, infecto huius rei negotio, discessum est, indeque Quidilinburg divertentes, pro eodem negotio fideliter operam dabant. Otto comes de Gelrin obiit 8. Kal. Septembr. Willehelmus comes Iuliacensis obiit 4. Nonas Novembr. Circa festum sancte
Dec. 13. Lucie apud Quidilinburg[e. 2] Adolfus archiepiscopus a cardinalibus tali pacto a banno absolvitur, ne qua ratione in terram suam remeare presumat, quousque Romane curie se exhibeat, offensam domini pape omnimodis placare studeat, si forte amicorum suorum auxilio per Dei adiutorium gratiam obtinere valeat. Bruno quoque episcopus a Philippo rege captivitate solvitur; similiter et ipse Romam proficiscitur, premisso tamen sacramentali iuramento, quod omni

a) Hugelimuri *A 2.* b) Wirzenburgis *A 2.* c) *deest A 2.* d) *post suppl. A 2.* e) Quindinlinburg *A 2.*

1) *Cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 370. 2) *Cont. III. rectius hoc Augustae factum refert; cf. Winkelmann I, p.* 430; *II, p.* 534.

instantia omnique fidelitate causam ipsius agere debeat gratiamque pape tam ipsi quam Adolfo archiepiscopo impetrare debeat.

Anno dominice incarnationis 1208.

In cena Domini vise sunt tres lune in Saxonia pluribus *Apr. 3.* in locis a vespera usque mane girare firmamentum, et in media crucem pulcherrimam et satis magnam, in cuius medio nichilominus crux permodica apparuit, que, superiori cornu ablato, tribus constare videbatur; unde mortem Philippi regis, que in brevi subsequuta est, quidam intelligi voluerunt. Vise sunt etiam scintille candentes quaquaversum in aere volantes circumferri. Philippus rex, quamquam etate iuvenis, potentia tamen clarus et pietate precellens, domi miliciaque optimus, largitate serenus et omnium virtutum insigniis precipuus, a palatino de Wittinlingisbach crudeliter et proh dolor! nimium miserabiliter occiditur vigilia Iohannis baptiste. Unde dux Boemie ceterique amici *Iun. 23.* et cognati eius de morte talis ac tanti principis quam plurimum condolentes, tamquam inauditum facinus inpunitum transire non patientes, urbes, castella et omnia que predicti palatini esse poterant diripiendo, concremando devastare ceperunt, ipsumque unanimi conspiratione insequentes, de loco ad locum profugum incedere compulerunt. Estas levis et sicca, fertilis et calida, adeo ut maldrum siliginis 6 libris, 7 denariis emeretur. Heinricus dux Lovanie hortatu et instinctu regis Francie[1] necnon et regine, regis Philippi coniugis, pro optinendo regno quosdam principes interpellare pertemptat. Sed Brunone archiepiscopo, Sifrido Mogonciensi archiepiscopo, qui eo tempore, utputa divina disponente providentia, de Roma pariter advenerant, et Heinrico palatino aliisque quam pluribus unanimiter sibi resistentibus, a regno cessavit. Bruno Coloniensis archiepiscopus obiit 4. Nonas Novembr. In festo sancti Martini *Nov. 11.* apud Frankenvort[a] curia adeo celebris habita est, ut quinquaginta quinque principes illic convenisse probarentur, a quibus omnibus Otto rex votiva concordia et unanimi inspiratione in regem est declaratus et in regno feliciter sublimatus[2]. Sicque divina sibi favente clementia totius regni monarchiam solus optinuit. Ibi etiam Philippi[b] regis filiam

a) Franckenv. *A 2 hoc loco.* b) Phillip̄. *A 2.*

1) *Cf. Winkelmann II, p.* 118. 2) *Ita recte quae tunc Francofurti gesta sunt auctor exprimere videtur; nam Ottonem revera iterum esse electum, ne iis quidem quae Winkelmann II, p.* 480 *sqq. exposuit persuasus sum.*

Dec. 20. desponsatam sibi accepit uxorem. Vigilia Thome apostoli Otto rex[a] Coloniam adveniens, tamquam novus rex ab omni civitate in leticia et exultatione gloriosissime susceptus, ibidem triduo commoratus est. Theodericus prepositus Sanctorum Apostolorum Colonie in archiepiscopum eligitur 11. Kal. Ianuar. Palatinus de Wittelingisbach occiditur ab Heinrico de Kalatin pro morte Philippi regis, quem ipse crudeliter occiderat. Eodem tempore in Anglia dissensio
1205. gravis orta est. Cantuariense namque archiepiscopo viam universe carnis ingresso, dum pro eligendo pastore clerus cum populo convenisset, rex Iohannes tirannide ac violentia magis usus quam iusticia, liberam et ab antiquo canonice conservatam et apostolica auctoritate confirmatam electionem in preiudicium iuris ecclesie pertemptabat infringere, regali ditioni dicens attinere, quod ipse archiepiscopum eis preficere deberet. Ceteris vero per iurisdictionem et ecclesiasticam censuram se defendentibus, cum nil proficerent, et rex, tamquam hostis et inimicus veritatis et iusticie, omni conamine violentiam eis inferret, dominum papam super hoc consulendum censuerunt. Relatione igitur huiusmodi Rome delata, per sententiam totius Romane curie rex excommunicatur; transactoque aliquanto tempore, papa Cantuariensi
1206. ecclesie episcopum preficiens, in Angliam transmisit[1]; quem cum nullatenus rex suscipere consentiret, sed magis exitium crudelissime mortis illi, si illo intrare pertemptaret, inter-
1208. minaretur, nichilominus et ipsa tota Anglia simili excommunicationis sententia feritur. Fridericus, filius Heinrici imperatoris, adhuc adolescens, intra[b] Siciliam se plurimo tempore continens, filiam regis Arragonum[c], et[d] adhuc paganam[2], sed postea christianam factam, duxit uxorem.

Anno dominice incarnationis 1209.

Otto rex natale Domini Bunne celebravit. In octava
Mai. 24. pentecostes Theodericus electus omnes suffraganeos episcopos Coloniam invitavit, quatinus eorum suffragio secundum scita canonum episcopalibus insigniis investiri debuisset. Instante autem die, et hora procedendi iam imminente, dissensio inter iam dictos episcopos oritur, quolibet acclamante, iuris sui esse, quod archiepiscopum ipse consecrare deberet; sicque in huiusmodi disceptatione aliquantum diei protractum est, quousque ipse Theodericus electus se medium inter-

a) regis *corr.* rex *A 2.* b) inter *A 2.* c) Arragaum *A 2.* d) *fortasse:* tunc.

1) *Stephanus Langton a.* 1206. *Romae electus, non tamen Angliam ingressus.* 2) *Nota errorem manifestum scriptoris; Constantiam a.* 1208. *sibi desponsavit, sed anno sequenti uxorem duxit.*

ponens eos conpacificavit, ac deinde ipsis episcopis astipulantibus, sollemniter procedens, ab Hugardo Leodiense episcopo, qui ad hoc ipsum specialiter advenerat, more ecclesiastico Colonie in archiepiscopum est consecratus. Heinricus Mindensis episcopus obiit. Otto rex, collectis undique copiis atque totius Germanie electo stipatus milite 1500, in mense Augusto Italiam proficiscitur; ubi simili modo congregato non modico exercitu, cum innumera multitudine bellatorum Romam usque tetendit; ibi a papa Innocentio cum inmense exultationis tripudio gloriosissime[a] susceptus, 3.[1] Kal. Octobris apud Sanctum Petrum cum diadematis inpositione necnon et augusti nominis dignitate [in[b]] imperatorem feliciter est consecratus, anno regni sui tertio decimo. Werra inter dominum papam et imperatorem oritur pro quibusdam prediis satis magnis et latis ac precipue pro terra Methildis, que omnia papa ecclesie Romane, imperator vero regno ea attinere contestabatur; atque hac altercatione aliquo tempore contendentes, cum neuter alteri cederet, papa imperatorem excommunicavit[2].

Eodem tempore[3] apud Hispaniam[c], que terra Sancti Egidii[4] nuncupatur, in civitate Tolosa heresis quedam, cuius cultores Beggini denominabantur, emergens, ramos sue perversitatis in brevi longe lateque nimium propagando in tantum distenderat, ut non solum humiles atque meliores, verum etiam primores et principes totius Hispanie cum aliarum provinciarum capitaneis necnon innumerabili multitudine utriusque sexus huius perversi dogmatis error involveret. Sed ne virus tam execrabile latius in omnem hominem catholicum irreperet et ecclesia detrimentum in suorum desolatione membrorum sustineret, multi ex regno Theuthonicorum atque Francorum aliisque nationibus zelo iusticie accensi pro nomine Crucifixi, vestimentis crucibus affixis, pro iam dicta heresi destruenda in partes occiduas ire, unanimiter se preparaverunt. Abbas quoque Cisterciensis[5], vir mire probitatis et industrie, de consilio et mandato domini pape ac consensu totius ordinis sui cum nonnullis suorum prono animo sese comitantibus illuc se transferens, multa ibi viriliter operatus est.

a) *e corr.* *A* 2. b) *deest* *A* 2. c) Hispannam *A* 2.

1) *vel* in *c.; sed neque haec neque illa dies fuit dominica;* 5. *Kal. Octobr. alii diem coronationis indicant, quamvis plerique rectius* 4. *Non. Octobr. (Oct.* 4*) ponant; cf. Winkelmann II, p.* 496. 2) *a.* 1210, *Nov.* 18. 3) *Cf. quae Cont. III. eiusdem argumenti tradit.* 4) *St. Gilles.* 5) *Arnoldus.*

Anno dominice incarnationis 1210.

Otto imperator natale Domini apud marchiam Anconie in civitate Folingin[1] celebravit, sicque intra[a] Italiam per totam hiemem commoratus est. Ubi quidam ex principibus Apulie ad eum venientes, fidem et hominium[b] ei fecerunt, urbes, castella ceterasque possessiones in beneficium ab eo susceperunt, obnixius adhortantes, quatenus imperator Apuliam intraret, regnum terramque ditioni sue subiugaret; sacramento fidei firmiter attestantes, in Apulia nullum debere regnare, nisi regnum et coronam ab Romano imperatore suscepisset; sed utrum hec in dolo facerent necne, incertum habetur. Ipso tempore legati Salatini regis Sarracenorum[2] cum epistolis magnisque muneribus ad imperatorem Tuskanum venerunt; quos honorifice susceptos post aliquot
Nov. 11. tempus regaliter donatos absolvit. In festo sancti Martini[3]
(18.) papa imperatorem, quem antea excommunicaverat atque pro bono pacis hucusque sustinuerat, et nunc per totam ecclesiam excommunicatum publice pronunciari demandat.

Rex Ungariorum[4] cum per suos munitionem quandam expugnare non posset, consilio uxoris sue, que ex Theuthonica gente oriunda fuit[5], ex his qui in terra eius morabantur Theutonicis sumens exercitum, iam dictam munitionem sine magno belli periculo in brevi sibi subiugavit; unde tam muneribus quam honoribus plurimis eos ampliare curavit. Ungarii vero invidentes et se tanquam viliores ac[c] despectui haberi erubescentes, regem occidere conati sunt; quod reginam non latuit; unde intempeste noctis hora, omnibus somno graviter oppressis, a regina premonitus rex cum paucis fugam iniit, ipsa cum suis in castris permanente; estimabat enim sibi, utpote sexui femineo, magis quam regi ab hostibus parcendum. Nondum rex longius processerat, cum ecce Ungarii manu armata, mente efferata, in castra[d] regis irruunt, ad occidendum regem inquirunt; quem tandem abisse pro certo cognoscentes, more bestiali reginam crudeliter invadunt, vulnerant, prosternunt, manus, quas supplicando protenderat, abscidunt, sicque omni bestia crudeliores, lanceis et contis

a) inter *A* 2. b) hominum exfec. *A* 2. c) *vocabulum quoddam deesse videtur.* d) castro r. irruit(ur) *A* 2.

1) *Foligno. Diplomata vero regem apud Interamnam natale Domini celebrasse, postea Fulgineum accessisse, probant.* 2) *Saladinus iam a.* 1193. *obierat; non tamen de alio Sarracenorum rege scriptorem cogitasse, ostendunt quae paulo infra narrat.* 3) *Alii rectius in octava S. Martini* (*Novemb.* 18) *haec ponunt; v. Böhmer p.* 55. 4) *Andreas.* 5) *Gertrudis de Merane.*

undique perfossam demum miserabiliter occiderunt. Rex, tam inhumano audito scelere, stimulo doloris vehementis in furorem et in iram exardescens, huius criminis non solum auctores, sed et fautores conprehensos crudeli et amara morte consumsit. 1213?

Salatinus[a] rex Babilonie obiit; cuius frater Saphatinus[1] (1193.) cum regnum Babilonicum loco nepotum amministrandum suscepisset, quasi rei publice utilitatibus consulens, nepotibus dolo repulsis, eo quod etate puerili minus sufficerent, regnum sibi taliter usurpavit; unde bello satis gravi sese lacessentes, pacem cum christianis ad 6 annos sub iurisiurandi sacramento confirmaverunt[2], ita ut utrimque, quorsumcumque commeandi necessitas urgueret, communi libertate potirentur.

Anno dominice incarnationis 1211.

contigit, quod sequitur. Cum diabolica persuasione eorum qui Beggini dicebantur execrabilis doctrine semen paulatim irreperet, et iam in plures transfunderetur eorum perversitas, quidam magister Radulfus de Namuco, vir prudens et religiosus, considerans tantum periculum[b] universali imminere ecclesie, ad investigandam plenius eorum nequitiam et ad eos convincendos, si necesse esset, quendam sacerdotem, de cuius vita plurimum presumebat, secum assumens, ad eos venit, attestans, eorum secte se velle participare. Ut itaque ipsi heretici de magistro R[adulfo] plene confiderent ipsique eos de se certiores redderent, quandoque vultu elevato se spiritu in celum raptum simulabat et postea aliqua que se vidisse dicebat in conventiculis eorum enarrabat et publice eorum fidem, immo infidelitatem, de die in diem se predicaturum spondebat. Tandem cum omnis error eorum ei perfecte innotuisset, ad episcopum Parisiensem[3] venit et que ab eis audierat per ordinem enarravit. Quo audito, predictus Parisiensis episcopus, quasi fidem eorum defensaturus, per provincias pro eis misit, congregansque vicinos episcopos et magistros theologos, satis subtiliter eos examinavit. Quorum quidam manifeste errorem suum protestabantur, quidam resilire conati, cum viderent, se non posse evadere, erubescerentque convinci, si negarent, cum aliis stabant in eadem pertinacia, nec negabant. Tanta audita

a) Palatinus *A 2*. b) piaculum *A 2*.

1) *Malek-el-Adel Seif-ed-din, de quo cf. Wilken, 'Kreuzzüge' VI, p.* 1.
2) *Pax a.* 1207. *in tres annos pacta a.* 1210. *innovatur; cf. Wilken l. l. p.* 55. 66. 3) *Petrum.*

perversitate, ex sententia omnium preiudicati, ducti sunt in campum, ubi in conspectu totius cleri ac populi degradati clericalique exuti privilegio, regis custodie deputati sunt. Quo non multo post regresso, in eius conventu flammis exusti sunt. Erant autem 14 tam clerici diversi ordinis quam et laici, qui diabolicis adeo irretiti machinationibus erant, ut nec in ipso mortis articulo ullum in eis posset perpendi indicium penitentie, sed mente obstinata ultro atque certatim corporis et anime sese ingerebant supplicio.

Eodem anno Mummilinus[a. 1] rex Affrice, collecto innumerabili exercitu, transfretavit, multasque regiones in cismarinis partibus pertransiens, cuncta potestati sue subiecit; tandemque regnum Hyspanorum ingressus, regem bello potenter appetiit, castrum quoddam inexpugnabile humanoque ingenio insuperabile superavit, destruxit; omnibusque pro libitu peractis, ipsi regi omnique populo terre sequenti anno in manu forti se denuo venturum interminatus, in terram suam reversus est.

Heinricus dux Brabantie Leodium civitatem cum exercitu ingressus, spoliis et cedibus in cives multa crudeliter operatus est[2]. Summam quoque ecclesiam, sancti scilicet Lamberti, confractis ianuis, cruentis manibus hostiliter intravit, nec ibi rapinis parcens; unde ab episcopo Leodiense sententiam excommunicationis excepit.

Anno dominice incarnationis 1212.

Mart. 18. Otto imperator in palmis[3] apud Frankenvort curiam celebravit, ubi quidem multi principes convenerunt, sed prelatorum ecclesiarum nullus accedere audebat, eo quod ipse imperator excommunicationis sententia adhuc teneretur obnoxius.

Item rex Affrice Mummilinus, transiecto mari, in multitudine gravi terram Hyspanorum rursus ingressus est.

In mense Iulio imperator cum immenso exercitu Thuringiam ingressus, terram lantgravii totaliter dissipare conabatur, quatinus ipsum lantgravium, quem quasi rebellem ac regni totius hostem habebat precipuum, hac pressura sibi subiugaret, sperans eum pro amicitia ac gratia imperatoris promerenda malle operam dare, quam totius terre sue desolationem sustinere. Verum lantgravius velut leo mentis impavide quodamque spiritu fortitudinis animatus, cum in-

a) Nunimilinus *A 2; mox* Nummilinus.

1) *i. e. Emir-el-Mumenin, Muhammed-Abu-Abdallah.* 2) *Quod a.* 1212. *factum Ann. Reineri Leod. tradunt, SS. XVI, p.* 664. 3) *Ann. Reineri Leod. l. l., iam dominica Laetare curiam celebratam esse, dicunt; sed diplomata, imperatorem d.* 16—20. *Francofurti fuisse, probant.*

desinenter amicorum consiliis ac ammonitionibus appeteretur, bellorum minis ac terroribus frequenter pertemptaretur omnique genere interpositionis de reconciliatione sepius a multis ageretur, ipse nichilominus mente obstinata, fronte obfirmata, numquam imperatori fidem se facturum contestabatur. Eodem tempore circa festum sancte Margarete [a.1] *Iul. 13.* imperator ducens filiam regis Philippi apud Northusin nuptias [b] celebravit; que non multo post miserabili fato in trenos converse sunt; nam decima [c.2] post hec ipsa die viam universe carnis ingressa, inmatura ac nimium miseranda morte sua non solum imperatori, verum omni exercitui intolerabilem dolorem incussit. Imperator exercitum absolvens Thuringiamque relinquens, in partes superiores se contulit, rei publice consulens utilitatibus. In quadragesima Sifridus Maguntinus archiepiscopus a domino papa delegatus Ottonem imperatorem publice pronuntiavit excommunicatum, Thiricum etiam Coloniensem archiepiscopum excommunicavit, eo quod et ipse imperatorem secundum mandatum pape non solum non excommunicavit, verum in omnibus ei communicare, celebrare, crisma consecrare presumpsit; bona etiam ecclesiarum, quarum rectores eum pro excommunicato vitabant, depredatus est, quedam amicis et cognatis suis depredanda contradidit; pro quibus et aliis multis, quibus tyrannice et indiscrete abusus est, dignitate episcopali privatus est.

Fridericus rex Sicilie, Heinrici quondam imperatoris filius, a domino papa et quibusdam principibus Romam [invitat]us [d], in regem creatur, perceptaque confirmatione et benedictione apostolica, Italiam, Tusciam, Lonbardiam pertransiens, in Galliam devenit, ubi in festo sancti Andree apud Frankenvort [e] curia habita, *Nov. 30.* a principibus quam plurimis in regem est declaratus; sicque magis ac magis in regno convalescens, et in cunctis se nobiliter agens, favorem ac benevolentiam omnium innata sibi liberalitate captabat.

Tiricus Traiectensis episcopus obiit; cui Otto, Xantensis prepositus, frater comitis de Gelre, successit.

Anno dominice incarnationis 1213.

Fridericus rex apud Reinsberg [3], Otto vero imperator apud Bunnam natale Domini celebravit, in cuius confinio

a) Margrete *A 2.* b) *e corr. A 2.* c) decimo *A 2.* d) *exciderunt fissura chartae A 2.* e) Franckenvort *A 2.*

1) Die dominica ante festum beati Iacobi *(Iul. 22), Epist. Ottonis, Acta imp. p.* 231. 2) *Alii, quarta vel quarta decima die post nuptias Beatricem obiisse, tradunt; sed d.* 11. *Augusti praeferendum duxit Winkelmann II, p.* 309. 3) *Quod cum diplomatibus non concordat, quae Fridericum prope Rhenum commoratum esse ostendunt; sed mense Ianuario* 1213. *Ratisponam profectus est.*

et circa Rhenum huc illucque aliquanto se tempore agens[a], tandem in Saxoniam secessit; ubi congregato exercitu, circa estatem terram lantgravii denuo ingressus, cedibus, rapinis et incendiis villas, urbes, castella destruxit, et quod dictu miserabile, auditu terribile est, sacras etiam virgines violenter de claustro quodam eiciens, castrum sibi construxit, plures insuper ecclesias simili sorte perdere non pertimuit. Fridericus vero rex in superioribus circumquaque se feliciter agebat.

Iohannes Trevirorum archiepiscopus obiit; cui Thiricus, prepositus Sancti Cuniberti in Colonia, successit.

Iohannes rex Anglie pape reconciliatur; unde tam ipse quam omnis terra sua a banno absolvi et a papa loco dilecti filii adoptari meretur. Bellum inter Ludowicum regem Francie et Iohannem regem Anglie recrudescit; unde rex Francorum maximam multitudinem navium parari easque rebus omnibus, quibus ad bellum uti solet, onustari precepit, ut his mare cum exercitu transiens terram Anglie inprovise invaderet; sed exercitus regis Anglorum eius insidias preveniens, repente navigio supervenit, naves invasit, quadringentas etiam et paulo plures cum omni apparatu suo secum abduxit[1].

Heinricus dux Brabantie Tungrensem civitatem aggressus igne devastat; quem recendentem episcopus Leodiensis, comes Flandrensis cum exercitu insecuti, apud civitatem Landene[2] magnam stragem hominum dederunt; ipse vix fuga lapsus evasit.

Iohannes rex Anglie, convocatis ad se principibus, primatibus et primis regni sui, secreta consilii sui et quid per multum tempus secum pertractans deliberasset, omnibus aperuit, scilicet profectionem in Franciam ad iniurias a rege Francorum sibi pluribus iam annis illatas ulciscendas, civitates, urbes, castella aliaque quam plurima a iam dicto rege sibi violenter ablata, etsi non per pacem, per arma se utique recepturum. Quibus omnibus beneplacitum regis approbantibus, et in id votiva concordia, unanimi consensu conspirantibus, utque celerius ipsa expeditio perficeretur artius insistentibus, rex, missis circumquaque legatis, exercitum copiosum adunari, naves ingentes et validas fieri, frumento, vino omnique genere cibariorum onerari, instrumenta, utensilia, arma diversi generis, aurum et argentum infinitum et omnia que tanto exercitui ad 7 annos vel amplius copiose sufficerent habundantissime preparari mandavit.

Ipso anno contigit res satis miranda et ideo magis miranda,

a) ubi congr. *etiam hoc loco add. A 2.*

1) *De pugna prope Damme mense Maio commissa agitur.* 2) *Landen in Brabantia. Cf. de hac pugna prope Steppes commissa Reineri Ann. p.* 667 *sqq.; G. S. Trud., SS. X, p.* 392; *V. Odiliae, SS. XXV, p.* 183.

quia a seculo inaudita. Circa pasca enim et penthecosten ex *Apr. 4. —* omni Theutonia et Francia, nullo hortante nec predicante, *Iun. 2.* nescio quo spiritu acti, multa milia puerorum a 6 annis et supra usque ad virilem etatem, invitis parentibus, cognatis et amicis retrahentibus[a], quidam aratra vel currus quos minabant, alii pecora que pascebant, vel si qua alia[b] habebant pre manibus, relinquentes, subito unus post alium currentes[c], crucibus se signaverunt; sicque per vigenos et quinquagenos vel centenos erectis vexillis versus Iherosolimam ire ceperunt. Cumque a multis inquirerentur, cuius consilio, cuius hortatu huic vie se exposuissent, presertim cum ante nonnullos annos reges multi, duces plurimi, populi innumerabiles in manu valida illuc pervenientes infecto negotio reversi fuissent, ipsos vero adhuc etate puerili nec robur nec vires ad aliquid agendum habere et ideo stulte et absque discretione hoc factum attemptatum ab omnibus iudicaretur, breviter responderunt: in hoc se nutui parere divino et ideo, quicquid Deus de eis fieri vellet, ipsi libenti ac prono animo sustinerent. Sicque aliquantum vie progressi, quidam Maguntie, quidam Placentie, quidam vero Rome revertebantur; alii vero Massiliam pervenientes, utrum transierint[d] necne, vel quis finis eorum fuerit, incertum habetur; unum tamen constat, quia ex multis milibus, qui ascenderant, vix pauci reversi sunt.

Anno dominice incarnationis 1214.

In pascha Fridericus rex apud Confluentiam curiam *Mart. 30.* habuit, ubi principes omnes, quorum plurimi advenerant, expeditionem Aquisgrani iurare fecit post pentecosten celebrandam. In quadragesima quidam ex Coloniensibus Ottonem Monasteriensem episcopum, [ad[e]] iam dictam curiam iturum, in ipsa civitate Colonia ad Sanctam Mariam-in-gradibus ceperunt, captumque Ottoni imperatori tradiderunt, qui se eo tempore apud castrum Werdene tuebatur[1]; unde ipsa civitas excommunicationi subiacuit.

In Martio Iohannes rex Anglie cum exercitu magno apparatuque ingenti Franciam ingressus, apud Pictavium consedit, urbes, castella, civitates et omnia, super quibus ipse cum rege Francie iam multo tempore satis acriter altercatus fuerat, potenter recepit, confisusque in fortitudine sua, aliquamdiu ibidem resedit.

Innocentius papa interpellatus a rege et patriarcha Iero-

a) et trah. *A 2.* b) alia que *A 2.* c) currentibus *corr.* currentes *A 2.* d) transierunt *A 2.* e) *deest A 2.*

1) *Otto a.* 1213. *in castro Werden commoratus est; et in hoc anno (sed minus recte, ut videtur; cf. infra a.* 1215) *episcopi Monasteriensis captionem ponit Cont. III.*

solimitano, crucem Christi per universam terram predicari et populum ad expeditionem Sancti Sepulchri hortari iubet. Cui primo quidem pauci, postea vero innumerabiles obaudientes, signati sunt. Ipso[a] tempore Otto imperator terram comitis de Gelre igne devastat[1]; post hec filiam ducis Brabantie diu sibi desponsatam accepit uxorem. Post hec ad
Aug. 1. vincula sancti Petri[2] Otto imperator, Pharamundus[3] comes Flandrie cum exercitu copioso iuxta Tornacum contra filium regis Francie[4] prelium committentes, cum utrinque acriter dimicaretur, comes Flandrensis, comes de Thikenlinburg cum multis aliis capiuntur, multi occiduntur, ipse vero im-
Aug. 15. perator inhoneste reversus est. In assumptione Marie Fridericus rex cum inestimabili multitudine Alamanniam ingressus, Mosella traiecta, in confinio Meinevelt tentoria fixerunt. Ubi Walravius comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, Heinricus comes de Seine cum eo pacem composuerunt, ita ut ipsi eum in nullo lederent, et ipse per terram eorum pacifice transiret, nihil nisi mercatum condigna mercede recipiens; que pax statim rupta est. Nam dux Baioarie pro quadam controversia sedanda aliquantum ab exercitu sequestratus capitur. Rex vero ultra progressus fluvium Masam transiit, terram ducis Brabantie intrare disposuit; sed dux eius adventu territus, ei pacificus occurrit, pacem quesivit, quem rex tali conditione in gratiam recepit, quod ipse dux regi fidelitatem faceret, obsides daret, quod in omnibus ei fidelis existeret et contra omnem hominem
Aug. 29. ei fideliter assisteret[5]. In decollatione Iohannis baptiste in confinio Confluentie ante diluculum terremotus magnus factus est. Est in partibus occiduis super fluvium Masa villa nomine Kůche, penes se eiusdem nominis habens
Sept. 8. castrum; ubi cum circa nativitatem sancte Marie ex antiqua consuetudine totius populi frequentia rerumque venalium habundantia more vulgari nundine sollempniter celebrarentur, contigit, quendam magistrum Xantensem Ioha[nnem nomin]e[b.6] legatione crucis functum [adventa]sse[b]. Quo inter predicandum ad sumendas cruces intentius populum adhortante, nulloque pene verbis salutaribus aurem accommodante, tactus dolore cordis intrinsecus, ne heus! in vacuum cucurrisset[c], totum se mente ac spiritu ad Deum extendens, ex intimis precordiis divinam implorabat misericordiam: cum ecce

a) Leso *A* 2. b) *fissurae chartae.* c) curreret aut cucurrisset *A* 2.

1) *Cf. Reineri Ann. p.* 671. 2) *Rectius d.* 27. *Iulii.* 3) *Ferrandus.* 4) *Immo ipsum regem.* 5) *Quae Fridericus duci concessit, diplomata ostendunt Sept.* 2. *data; Böhmer, Reg. nr.* 90. 91. 6) *De quo cf. Cont. III. a.* 1215.

signum sancte crucis omnibus ad audiendum verbum Dei circumstantibus cum immenso claritatis fulgore in celo apparuit, ipseque magister Iohannes strepitu tumultuantis populi excitus, quos in predicando semper clausos tenebat oculos aperiens, crucem sicut ceteri et ipse similiter vidit — mira res et ad confirmandam populi fidem magis magisque ipsa rei novitas ammiranda. Nam hii, qui rebus temporalibus insistebant, vociferantes et sursum aspicientes mirabantur, agnita vero rei veritate, in celum intuentes cum ni[chil][a] vi[de]re [po]ssent, obstupefacti, relictis [cunc]tis[a] quibus implicabant[ur nego]ciis[a], eis qui verbo Dei adherebant sese devote coniunxerunt, acsi corde conpuncti cum ceteris et ipsi crucem viderunt; unde ea die plus quam mille quingenti crucem sumpserunt. Item in terra Friscenorum apud civitatem quandam Holovero[1] maioris ecclesie in Colonia scolastico tempore quodam verbum crucis predicante, simili modo crux in celo miri fulgoris apparuit; quo viso, ipsa die innumerabiles signati sunt.

Anno dominice incarnationis 1215.

. . . .[b]
diversis in locis fabricate sunt. Fridericus[c] rex in festo
sancte Walburgis Andernacum venit, ubi dux Brabantie, *Mai.* 1.
comites plurimi, nobiles innumeri regi fidem fecerunt. In
vigilia sancti Iacobi cum multis principibus Aquis accessit, *Iul.* 24.
ubi a Sigefrido[d] Magontino archiepiscopo, apostolice sedis
legato, in die sancto intronizatus, sollempniter atque gloriose *Iul.* 25.
in regem est consecratus. Vacabat enim tunc temporis Coloniensis ecclesia archiepiscopo, cuius iuris erat regem consecrare. Eodem tempore Adolfus comes castrum regium
Werdene, a capite ieiunii obsessum et iam ex parte magna *Mart.* 4.
suffossum, cepit[2], episcopum Monasteriensem, per annum et menses quatuor ibidem captivatum[3], absolvit, quem secum Aquis adductum regi[e] presentavit; cui rex castrum resignavit. Episcopus contra Colonienses querimoniam super captivitate sua proposuit, comes de facto suo a rege et principibus quam plurimum commendatur. 4.[f] Kal. Augustas rex Nussiam venit; unde pridie Nonas eiusdem Coloniam ingressus, licet multis resistentibus plurimumque reclamantibus, tandem sedatis tumultuationum controversiis, uti regiam excellentiam

a) *fissurae chartae.* b) *spatium unius et dimidiae lineae vacuum relictum est A* 2. c) Trirericus *A* 2. d) Sidefrido *A* 2. e) cui rex pr c. a. regi r. *A* 2. f) *de numero non constat; fortasse* circa Kal. *legendum, cum Fredericus usque ad finem mensis Iul. Aquisgrani sedisse videatur.*

1) *i. e. Olivero; cf. Emonis chron., SS. XXIII, p.* 473, *et Oliveri epistolam infra editam.* 2) *Iul.* 24; *Cont. III.* 3) *V. a.* 1214.

decebat, in ymnis et laudibus, cum coronis[a] et lampadibus, cum sanctorum reliquiis et crucibus gloriosissime susceptus est. Castrum Landiscrone regi resignatur. In festo sancti
Nov. 11. Martini papa[b]. celebravit[c] in . . . .[1] exceptis abbatibus, prepositis, decanis aliisque ecclesiarum prelatis, quorum non erat numerus, exceptis clericis, monachis aliisque totius ordinis aut professionis viris, quorum multitudo computari non poterat.

Ipso anno Saphatinus cum filiis fratris sui Salatini reconciliatus, exercitu pariter congregato, Ierosolimam adeunt[2], repente super inprovisos et nichil mali[d] suspicantes christianos irruunt, pacem, quam adhuc duobus annis servandam sub sacramento iuramenti confirmaverant, rumpunt, sternunt, capiunt, occidunt, villas, vicos, urbes, castra, castella capiunt, diripiunt, destruunt, omnique crudelitate perpetrata, reliqua circumquaque posita effera mente aggressi sunt. Hoc miserabili casu christiani nimis humiliati, calamitates, contritiones, cedes occisorum, desolationem Terre Sancte statim cum festinatione domno pape Romam denuntiare curaverunt et, nisi sibi celerius succurreretur, ipsum modicum terre, quod adhuc utcumque tenere videbantur, in brevi se amissuros verissime testabantur. Quo tristi nuntio papa universoque concilio nimium mente consternato, quid super hac tam repentina clade ad presens opus esset, diu ac satis suptiliter[e] ab omnibus deliberatum est[3]. Quoniam igitur expeditio generalis, que universalis concilii edicto in futurum annum inter diversas causas protracta fuerat, laxari fas non erat, omnibus se expedire valentibus et in continenti in nomine Domini ire volentibus cum benedictione apostolica indulgentia eundi a domno papa indulgetur[f] . . . .

Ludewicus, filius Philippi regis Francie, Angliam in manu valida ingressus, plurimum terre potestati sue subegit, ipsum regem regno partim cedere compulit.

Anno dominice incarnationis 1216.

Febr. 29. [2.] Kal.[g] Marc. Engilbertus, maior in Colonia prepositus, ibidem in archiepiscopum eligitur. In inventione sancte
Mai. 3. crucis Fridericus rex curiam celebrat apud Wirzeburg[h. 4].

a) *e corr.* A 2. b) papa *in capite lineae, cuius reliquum spatium vacuum* A 2. c) cebravit in *initio lineae, cuius rel. sp. vacuum* A 2. d) mala A 2. e) rept. A 2. f) *duarum linearum spatium vacuum* A 2. g) k. kal. A 2. h) Wirzenburg A 2.

1) *De magno concilio Lateranensi sermo est; cf. locum in Chron. Ursper gensi alibique obvium.* 2) *Haec ex falso rumore nata videntur.* 3) *Cf. Innocentii orationem in concilio habitam, Mansi XXII, p.* 968. 4) *Minus recte Cont. III. rec. B Nurinberg habet.*

Innocentius papa obiit Idus Iulii[1]; cui quidam cardinalis Cincius maior substituitur, eique nomen Honorius inponitur.

Iohannes rex Anglie obiit; cui filius eius adhuc puer suc- *Oct. 19.* cessit. Barones, qui patri suo rebellaverant, quique ad expellendum eum regem Francie iuniorem in auxilium sibi asciverant, reconciliatos sibi in gratiam suscepit, processuque temporis adeo invaluit, ut ipse regem Francie a finibus Anglie propulsaret, citoque fugatum in civitate quadam obsedit, quem per satisfactionem congruam in amicitiam recepit. *1217. Sept.*

Anno dominice incarnationis 1217.

In Martio et in Maio innumera multitudo signatorum, alii per terras, alii navigio, versus Ierosolimam[a] iter aggressi sunt. Ludowicus[2] lantgravius obiit 8. IdusAprilis. Estas *Apr. 6.* sicca et nimium fervida. Octavo Kal. Octob. Engilbertus *Sept. 24.* Colonie[b] in archiepiscopum consecratus est a domino Thirico Trevirensi archiepiscopo, astipulantibus Hugardo Leodiensi episcopo, Mindense episcopo, Osniburgense, qui etiam eo die similiter in episcopum consecratus est. In nativitate sancte Marie quidam signatorum cum centum quinquaginta *Sept. 8.* navibus in terram regis Porthegalensis applicantes, ad civitatem quandam munitissimam Alkhar[3] devenerunt, que christianis multo tempore nimium infesta, paganis maxime presidio fuit. Quam fossatis, machinis aliisque innumerabilibus armorum instrumentis circumvallantes ac nimio conatu per dies plurimos acriter inpugnantes, tandem, auxilio et consilio episcopi Ulixibonensis et eorum militum qui dicuntur de Gladio, in festo apostolorum Symonis et Iude eam *Oct. 28.* ceperunt. Multi ibi ex christianis, set multo plura milia ex paganis ceciderunt. Eodem anno christiani qui Acris morabantur consilio Templariorum et eorum qui erant de domo sancti Iohannis baptiste cum multitudine navium versus *1218.* civitatem firmissimam Damiatam[c], ubi Nilus mari influit supra litus maris sitam, applicantes, turrim quandam ex adverso positam magnis sumptibus ingentique labore ac periculo multorum inpugnantes, tandem vicerunt et, ne ultra christianis inpedimento foret, captam solotenus deiecerunt; sicque post tempus aliquot Nilum fluvium transeuntes, in manu valida et exercitu copioso ipsam civitatem Damiatam[c] obsidentes munitionibus circumdederunt[d].

Anno dominice incarnationis 1218.

Otto imperator obiit 14. Kal. Iunii apud Arcenburg[4] *Mai. 19.* fluxu sanguinis.

a) Ierosoliman *A* 2. b) Colo' *A* 2. c) Damatam *A* 2. d) o. ac m. circumderunt *A* 2.

1) *d.* 16. *Iul. obiit.* 2) *Potius:* Hermannus. 3) *Alkazar; cf. Cont. III. et relationem infra editam.* 4) *Harzburg.*

Anno dominice incarnationis 1219.

Iun. 24. In festo sancti Iohannis baptiste Fridericus rex coronam et lanceam ceteraque regalium ornatuum insignia recepit ab Heinrico duce Saxonie, fratre Ottonis quondam imperatoris, datis eidem duci undecim marcarum milibus. Heinricus enim dux omnia que fratris erant vel que sibi ipse Otto post amissum imperium undecumque congregaverat post mortem fratris sibi usurpaverat. Civitas Damiata[a], iam biennio a christianis obsessa, fame ac siti omnique genere bellorum intolerabiliter excruciata, circa festum omnium[b]
Nov. 1. sanctorum capta est.

Anno dominice incarnationis 1220.

Apr. 24. Circa festum sancti Georgii martyris curiam celebravit apud Frankenvort Fridericus rex 14 diebus, ubi pluribus adunatis principibus, multa de statu et utilitate regni tractata sunt; iniusta thelonia, iniuste monete, bella civilia, nisi de consensu et consilio regis et principum, omnesque iniusticie sub iudicio et pena vite a rege et principibus interdicte sunt[1]. Ibi etiam Fridericus[c] . . . .

a) Damata *A 2.* b) omni *A 2.* c) *hic desinit A 2, reliquo spatio paginae et reliquis foliis quatuor codicis vacuis relictis.*

1) *Cf. privilegium in favorem principum ecclesiasticorum, LL. II, p.* 235; *sed alias quoque leges tunc datas vel renovatas esse, hic locus et Reineri Annales p.* 678. *probant.*

PARS SEXTA.

Continuatio tertia monachi S. Pantaleonis.

Recensio I. et II.

3.[a] Anno dominice incarnationis 1200.

Mogontinus, pace reformata inter fratres, regressus ad partes Austriae, in territorio Pataviensi[b, 1] carnis debitum solvit. Episcopus autem Wolferus predicte civitatis iam defunctum suscepit et exsequias celebravit et corpus cum magno comitatu Mogontiam[c] devexit, sepultoque[d], pro pace componenda inter regem Ottonem et Philippum[e] inter Andernacum et Confluentiam venit. Ad quod colloquium se contulerunt Coloniensis archiepiscopus* et Herimannus[f] Monasteriensis et** Trevirensis et alii quam plures; sed quod consiliati sunt[g], processum non habuit. Interea gravis tumultus oboritur in Mogontia. Quidam enim ex voluntate et favore Philippi Lůpoldum Wormaciensem[h] in episcopum elegerunt; quidam in Sifridum prepositum consenserunt ut eligeretur, et exeuntes civitatem, venerunt Binge et electionem quam conceperant[i] de preposito Sifrido ibidem confirmaverunt. Quod audiens Lůpoldus, venit in manu valida ex precepto et favore Philippi et Sifridum et electores eius exturbavit de Binge. Cernens autem Sifridus et sui, quod minus proficerent, ad Ottonem regem se cum suis contulit; a quo clementer susceptus, regalia suscepit, et cum exercitu, fretus eius auctoritate et copiis, Binge regreditur, expugnato et fugato Lůpoldo, multos[k] suorum cepit, vix ipso[l] elapso.

Eodem anno cum Waldeverus baculum pastoralem coram prioribus resignasset, et destituta esset aecclesia sancti Pantaleonis[m] abbate, [gravis† controversia inter fratres eius-

*) Adolfus *addit C*2. **) M. episcopus et Iohannes archiepiscopus Treverensis *C*2.

†) abbate, fratribus discordantibus ex consilio *B*, *caeteris omissis.*

a) *deest C*1. 2. b) Pactaviensi *C*1. 2. c) Magontiam *C*1; Moguntiam *C*2 *constanter.* d) *vocabulum deesse videtur, legendum* sepultoque illo. *P.* e) Phyl. *B*1 *semper.* f) Hermannus *C*1. 2. g) sint *C*2. h) Warm. *C*1. i) cęperant *B*1. k) multos — Werdene *des. C*2. l) episcopo *C*1. m) *vocabulum rubro ornatum B*1.

1) *In Franconia Oct.* 20.

Recensio I. et II.

dem ecclesie oborta est, que dissensio fere per octo menses viguit, partibus utrumque voluntatis sue conatum ad unguem nitentibus redigere. Tandem cum multum laboratum esset, nec ulla ratione fratres concordarent,] fratribus discordantibus, ex consilio domni archiepiscopi et priorum convenerunt in prepositum Heinricum ecclesiae sancti Lutgeri[a] de Werdene [virum* probum et honestum].

Recensio I. codd. C.

Anno dominicae incarnationis 1201.

Ad dilatandos terminos suos rex Otto, contracta manu valida, ad superiores partes se transtulit et usque Wicinburg[b.1] pervenit, episcopo Coloniense** et palatino† et Sifrido†† et eorum complicibus auxilia prebentibus, Philippo nusquam comparente. Venit etiam Coloniam circa festum
Iun. 29. apostolorum Petri et Pauli Guido cardinalis Prenestinus episcopus, a sede missus apostolica, Philippum et quoslibet eius fautores excommunicatos pronuntians et ad determinatum diem ad colloquium omnes episcopos invitans regni Theutonici, venientes ut obedirent Ottoni regi ex auctoritate precipiens apostolici, nolentes vero obedire excommunicans[2]. Cuius presentiae se Sifridus exhibens, ab eo in sacerdotem et episcopum consecratur[3], et cum ipsius et Ottonis regis commendaticiis litteris Romam progressus, ab Innocentio papa accepto pallio confirmatur[4].

*) *Haec desunt B.* **) Adolfo *add. C* 2. †) Henrico palatino fratre regis *C* 2. ††) electo *add. C* 2.

Recensio II. codd. B.

4. Anno Domini[c] 1201.

Ad dilatandos terminos suos rex Otto, contracta manu valida, ad superiores partes se transtulit et usque Wicinburg[d] pervenit, ępiscopo Coloniensę et palatino comite Sifridoque cum suis complicibus auxilia prebentibus. Venit etiam Coloniam circa festum apostolorum Petri et Pauli Guido cardinalis Prenestinus ępiscopus, a sede missus apostolica, Phylippum et quoslibet eius fautores excommunicatos pronuncians et ad determinatum diem ad colloquium omnes ępiscopos invitans regni Theutonici, venientes ut obedirent[e] Ottoni regi ex auctoritate precipiens apostolici, nolentes vero obedirę excommunicans. Cuius presentiae se Sifridus exibens, ab eo in sacerdotem et ępiscopum consecratur, et cum ipsius et Ottonis regis commendaticiis litteris Romam progressus, ab Innocentio papa accepto pallio confirmatur.

a) Luthg. *B* 1. b) Wixinburch *C*1; Wirceburg *C*2. — c) inc. *add. sed post del. B* 1. d) Wircinburg *corr.* Wicinburg *B* 1; Wircinburg *B* 2. *Fr.* e) obediret *B* 1.

1) *Weissenburg in Alsatia.* 2) *Cf. Ann. S. Gereonis, infra.* 3) *Sept.* 30, *ibid.* 4) *Anno* 1221, *Mart.* 21.

Recensio I. codd. C.

Per idem tempus Alexius, patre suo eiecto et incarcerato, de Grecia fugiens, venit in Alemanniam ad Philippum regem, sororium suum, et ibi per aliquot tempus demoratur et honorifice tractatur.

Eodem anno Balduwinus[a] comes Flandrie cum multo apparatu Iherosolimam tendit. Transiens autem Franciam, infinitam pecuniam, quam quidam Folco, qui dicebatur mirabilium operator[1], ad hoc iter congregaverat, ab ipso suscepit. Inveniens etiam ibidem Bonifacium marchionem de Monte-ferreo, hortatur eum cruce signari et secum proficisci. Qui votis eius annuens et pro nomine Ihesu crucem sibi affigens, iturum se[b] promittit. Consilio itaque inter eos habito, quendam nobilem virum ad fabricandas naves cum pecunia premittunt. Quem prosecuti, invenerunt eum plus quam octoginta milia marcarum in extructione navium expendisse. Sed cum propter pacem in transmarinis partibus inter christianos et ethnicos factam et diutinam ceterorum expectationem per longum tempus moras facerent, consumptisque omnibus que extulerant, egere inciperent, dux Veneciarum[2], vir prudentissimus, eosdem adiit, plurima munera optulit et omnem inopiam illorum sublevare promisit, si ad expugnandam quandam civitatem regis Ungarie nomine Iazarim[3], cum eo proficisci disponerent. Nam in eadem civitate idem dux captus et cecatus fuerat. Illi vero considerantes, sibi pecuniam defecisse nec sine magnis sumptibus posse procedere, nec honeste ad patriam redire, conmunicato consilio, cum illo profecti, civitatem mox aggrediuntur et expugnant, expugnatam evertunt, cives in ore gladii occidunt, ingentem predam inibi repertam inter se dividunt et cum maximis spoliis nimium locupletati recedunt.

Recensio II. codd. B.

Per idem tempus Alexius — — tractatur. *ut Recensio I.*

Eodem anno Baldewinus comes Flandriae cum multo apparatu Iherosolimam tendit. Veniensque ad mare cum Bonefacio marchione de Monte-ferreo, qui ei in via sociatus fuerat, maximam pecuniam in exstructione navium ibidem expendit. Cum autem diu ibi morarentur propter adventantium peregrinorum expectacionem et propter datam pacem in transmarinis partibus inter christianos et ęthnicos, cotidieque pecunia deficiente, egere inciperent, dux Veneciarum eosdem adiit, plurima munera optulit et ad expugnandam quandam civitatem regis Ungarie nominę Sadram[3], ubi idem cecatus fuerat, invitavit. Qui necessitate inopie compulsi, mox cum illo profecti, civitatem aggrediuntur et expugnant, ingentem predam inibi repertam inter se dividunt, et cum maximis spoliis nimium

a) Baldwinus *C2.* b) *deest C1.*

1) *V. supra p.* 173. 2) *Heinricus Dandolo.* 3) *Iadera, Zara.*

Recensio I. codd. C.

Quapropter a papa rogatu regis Ungarie omnes excommunicantur, sed postea interventu Alexii, filii Tyrsacis imperatoris Greciae, solvuntur et ad expugnandam Constantinopolim cum eo proficiscuntur.

5.[a] Anno dominicae incarnationis 1202.

Otto rex et Adolfus Coloniensis archiepiscopus cum aliis quibusdam principibus colloquium habuerunt apud Traiectum, que supra[b] Mosam sita est[1], de re publica et de diversis negociis, que ipsos tunc temporis urgebant. Una tamen de precipuis causis huius colloquii fuit de inimiciciis, que inter ducem Brabantie[2] et comitem de Gelre[3] pullulabant. Siquidem uterque manum validam contraxerat, nec sine detrimento pauperum vel oppidanorum conflictus eorum terminari poterat. Tandem pace inter utrosque reformata[4], et rege cum episcopo Coloniam[c] regresso, oritur inter eos gravissima dissensio coram cardinali et prioribus et burgensibus, et vix per triduum sedatur. Causa autem huius discordie erat[d] scilicet de teloneis et moneta et de iniustis vectigalium exactionibus et de violata pace negociantibus. Auditis autem allegationibus utrorumque, regis scilicet et episcopi, mediante legato, sub cuius iudicio hec agebantur, ipsorum utriusque derempta[e] est dissensio, tali conditione ut omnis exactio violenta cassaretur et pax negociantibus firmissima stabiliretur[5]. Per idem tempus dux Brabantie Hollandiam cum exercitu intravit et T[heodericum] comitem eiusdem provintie cum pluribus nobilibus cepit. Nam idem comes, ut dicebatur consilio Gelrensis, fines eius igne vastaverat; unde idem comes de Gelre territus, cum se ad ducem ut se excusaret contulisset, ipse memor infidelitatis eius et versutie et ipsum cepit et custodie mancipavit[6]. Ipso tempore orto in Westfalia[f] bello inter Symonem de Tickenburg[g] et Herimannum de Ravensberg, Symon in

Recensio II. codd. B.

locupletati recedunt. Quapropter a papa excommunicantur, sed postea interventu Alexii, filii Tyrsacis imperatoris Grecie, solvuntur et ad subdendam orientalem ecclesiam Romane cum ęo diriguntur.

5. Anno Domini 1202.

Otto — — stabiliretur. = *Recensio I.*

a) *deest C2.* b) super *C1.* c) Coloñ *B1.* d) fuit *B1.* e) *ita B1. C1. 2.* f) Wesfalia *C1.* g) Tykkenburh *C1.*

1) *Mastricht.* 2) *Heinricum.* 3) *Ottonem.* 4) *V. Cont. II, supra p.* 172. 5) *Cf. pactum Ottonis cum Adolfo archiep. LL. II, p.* 206. 6) *Cf. Cont. II. l. l.*

Recensio I. codd. C.

conflictu occubuit, et Herimannus cum filio a filio[a] eiusdem Symonis capitur et custodie mancipatur.

Cunradus episcopus Herbipolensis[b] in festo sancti Nicholai a quibusdam pravis hominibus crudeliter occiditur. *Dec. 6.*

6.[c] Anno dominicae incarnationis 1203.

Philippus dux Suevie, exercitu valido congregato, intravit Thuringiam, ut Herimannum[d] lantgravium humiliaret, ea de causa quod ipsum reliquisset et Sifrido contra voluntatem suam adhereret et foveret et que in partibus Thuringie[e] reditus et iura Mogontine sedi essent attinentia in sui hostis usus redegisset. Sed per exploratores discens, palatinum comitem cum quingentis militibus et trecentis sargantis in auxilium lantgravio venire et regem Boemie cum sexaginta milibus approqinquantem, rura queque proxima incendio consumpsit, et sic profugus cum suis Erpfort se contulit. Quo lantgravius comperto, cum Boemo et palatino omnique quem contraxerant exercitu civitatem vallaverunt, sperantes se illum capturos[f]. Philippus autem nocte media cum paucis exiens, ad orientales marchiones se contulit, ut auxiliis contractis quoquo pacto milites inclusos liberaret. Principes autem eius discessum audientes, soluta obsidione, cum 9 diebus eadem obsidio viguisset, habito consilio, ne darent ipsi copiam exercitum congregandi, persecuti sunt eum unanimi consensu, et invadentes terras marchionum, omnia rapinis, incendiis et variis calamitatibus partes illas everterunt. His ita patratis, rex Otto superveniens cum exercitu et applaudens his que acciderant, cum fuisset favorabiliter a cunctis susceptus, decrevit cum principibus, ut confirmaret fidelitatem Boemi sibi, quatenus idem coronaretur ab eo. Quod et factum est in die sancti Bartholomei sollempniter apud *Aug. 24.* Marsburg[g], consecrante eundem in regem[h] domino Guidone,

---

Recensio II. codd. B.

Cunradus — — hominibus occiditur. = *Recensio I.*

6. Anno Domini 1203.

Philippus — — usus redegisset. Perpendens autem palatinum comitem et regem Boemie cum copioso exercitu illi in auxilium venissę, rura queque proxima incendio consumpsit, et sic — — illas everterunt. His ita patratis, rex Otto superveniens cum exercitu, a cunctis favorabiliter suscipitur; et Boemus, fidelitate promissa, ab ipso coronatur et in festo sancti Bartolomei apostoli a Guidone ecclesiae Romane legato apud Marsburg in

a) cum filio suo eiusdem, a *ante* filio *post superscr. C2.* b) Erpibol. *C1*; Erbipol. *C2.* c) *deest C2.* d) Hermannum *C2.* e) Tur. *C2.* f) sp. i. capere *B1.* g) Marsburch *C1.* h) rege *C1*; e. regem in d. *C2.*

Recensio I. codd. C.

sedis ecclesie Romane legato. Ibi etiam lantgravius Ottoni regi fidelitatem, quam pridem fecerat, iteravit et confirmavit, presentibus omnibus qui tunc aderant principibus.

Ipso anno mortuus est Herimannus Monasteriensis episcopus, et facta est[a] dissensio pro electione; nam priores et ministeriales elegerunt Ottonem, maioris ecclesiae Bremensis prepositum, comites autem et liberi ipsisque attinentes abbatem de Claolt[1] elegerunt. Cum autem id sopiri non posset, appellaverunt Coloniam ad audientiam cardinalis, ut eius iudicio eorum causa terminaretur. Habito igitur conflictu in ecclesia sancti Pantaleonis, ubi tunc cardinalis erat et archiepiscopus Coloniensis et multi principes convenerant[b], scilicet dux Lovanie[c] et Adolfus comes de Scohuinburch necnon episcopus[d] Osnaburgensis[e.2] et alii principes quam plures, allegationibus habitis utrimque[f], cum terminari ipsum negotium non posset, appellaverunt ad audientiam summi pontificis tali modo, ut[g] neuter eorum in res et bona episcopii manus mitteret; in quo conventu excommunicavit cardinalis episcopum Magedburgensem[h.3] et Bremensem[4], eo quod contraria sentirent regi Ottoni contra preceptum apostolici.

Eodem anno Constantinopolim, a Constantino Magno constructa et[i] semper insuperabilis existens, capitur[5]. Constantinus enim imperator quondam a beato Silvestro baptizatus, Romam cum tota Italia beato Petro et successoribus eius tradidit[6] et in Grecia urbem nominis sui Constantinopolim constituit, que prius Bizantium dicebatur, quam sedem Romani imperii et capud totius Orientis esse voluit. Successores etiam[k] eius imperatores edificiis[l] magnificis pluribus et divitiis eam replentes ornaverunt, reliquias quoque

Recensio II. codd. B.

regem sollempniter consecratur. Ibi — — elegerunt. Unde continuo ępiscopatus diversis calamitatibus et miseriis pessundatur.

Eodem etiam anno Constantinopolim, a Constantino Magno constructa, invaditur et capitur. Constantinus enim imperator quondam a beato Silvestro baptizatus, Romam cum tota Ytalia beato Petro et successoribus eius tradidit et in Grecia urbem nominis sui Constantinopolim constituit, que prius Bizantium dicebatur, quam sedem Romani imperii et capud tocius Orientis ęssę voluit. Hanc etiam divitiis replens et edificiis ornans, reliquias sanctorum apostolorum et aliorum sanctorum ex diversis mundi partibus collectas illic reposuit.

a) *deest C1.* b) conveniant *C1.* c) Lovannie *C1.* d) *deest C2.* e) Osnabrůkgensis *C1.* f) utrumque *C1? 2?* g) *post suppl. C2.* h) Magelburgensem *C1.* i) *deest C1?* k) et *C2.* l) *deest C2.*

1) *Klaholz.* 2) *Gerhardus.* 3) *Ludolfum.* 4) *Hartwicum.* 5) *Haec ad a.* 1204. *pertinere, satis constat, sed ante pascha gesta sunt.* 6) *Privilegium falsum chronico inseruit monachus S. Pantaleonis; supra p.* 6.

Recensio I. codd. C.

sanctorum apostolorum et aliorum sanctorum ex diversis mundi partibus collectas illic reponentes, exaltaverunt.

Recensio I. et II.

Capta igitur urbe, divitiae repperiuntur inestimabiles, lapides preciosissimi et incomparabiles, pars etiam[a] ligni dominici, quod per Helenam de Iherosolimis translatum auro et gemmis preciosis insignitum in maxima illic veneratione habebatur, ab episcopis qui presentes aderant incisum, cum aliis preciosissimis reliquiis per nobiles quosque partitur, et postea eis[b] revertentibus ad natale solum, per ecclesias et cenobia distribuitur.

Quomodo autem [primo[c] subacta sit], et Alexius cum patre suo, qui a fratre suo eiectus et incarceratus fuerat, sit reductus, per hanc epistolam, quam comes de Sancto Paulo duci Brabantiae misit, potest agnosci[1]:

Precordiali[d] *amico suo H[einrico] duci de Lovanio, viro nobili, H[ugo] comes Sancti Pauli. Statum pauperrimi exercitus Ihesu Christi nobilitati vestre declarare desidero. Noverit ergo serenitas vestra, quia Alexis, filius Tirsaci*[e] *quondam imperatoris Constantinopolitani, quem frater eius propter ambitionem imperii excecavit, venit ad nos apud Corfaut, ibique genibus flexis, profusis lacrimis, universitatem nostram exorans, quatinus Constantinopolim venientes cum ipso, ei auxilium*[f] *prestaremus, ut ipse avunculum suum, qui erga patrem suum tantum scelus perpetraverat, a regno per auxilium nostrum expelleret, quod per ambitionem sibi usurpaverat et iniuste possederat. Super hoc autem fuit inter nos maxima dissensio et ingens tumultus; omnes enim clamabant ire apud Accaron*[g]*; pauci fuerunt plus quam viginti qui*[h] *Constantinopolim collaudassent, quorum fuit*[i] *unus marchio*, comes** Flandrensis, comes Ludewicus*[k] *et alii quorum nomina ad presens reticentur. Qui omnes toti exercitui ostendentes manifeste, quod via Iherosolimitana erat omnibus inutilis et dampnosa, cum ipsi essent inopes et victualibus inmuniti, nec esset aliquis inter eos qui milites ad stipendia et sariantos*[l] *ad solidum detineret, vel qui petrarios faceret protrahi nec alia instrumenta bellica produci. Tandem vero vix nobis acquieverunt, tali tamen con-*

*) Conradus *add.* C2. **) Balduinus *add.* C2.

a) et C2. b) *deest* C2. c) primo subacta sit *des.* C1. 2. d) Epistola *rubra in margine* B1. e) Tirsacis C1; Tyrsacis B1. f) in a. B1. g) Acharon C1. 2. h) qui viam Const. *M.* i) unus fuit C2. k) L. c C2. l) sargantos C2; sariantes C1.

1) *Simile harum litterarum exemplar ediderunt Martene et Durand, Thes. I, p.* 784*; ex quo eas attuli lectiones, quae codices nostros confirmare vel emendare possunt. Editae sunt ex utroque exemplari Bouquet cont. XVIII, p.* 517.

Recensio I. et II.

ditione, quod apud Constantinopolim moram nullatenus facerent ultra mensem, nisi voluntate sua propria morarentur. Responsum est eis, quod brevis [morae[a]*] mentio publicata non erat nobis necessaria, quia Greci nos minus formidarent, si brevis morae spacium presciretur; attamen impetraverunt a nobis, ut de mora solius mensis eis securitas prestaretur in palam; et ita factum est. Quo facto, iuvenis imperator promisit nobis, quod toti exercitui nostro per annum victualia largiretur integrum et quod 10 milia militum ad annum*[b] *Sanctae Terrae succursum ad sumptus*[c] *suos haberet; promisit enim, quamdiu viveret ad stipendia sua se in Terra Sancta 500 milites habiturum, et quod duci Veneti 100 milia marcarum argenti et totidem exercitui nostro erogaret. Quibus compositis et communi utilitate*[d] *concessis, naves nostras conscendimus*[e]*, dehinc ad portum Bucceaviae octavo die applicantes; ab eo loco 100 leuce Constantinopolim usque numerantur; a portu vero isto usque Constantinopolim per strictum mare et velociter currens transitur. Inde per illud fretum navigantes, transivimus Brachium sancti Georgii et portum*[f] *cepimus ad firmam terram versus Yconium, qui portus distat a Constantinopolim una leuca. Ibidem stupuimus valde ammirantes super hoc, quod nemo amicorum, nemo parentum iuvenis imperatoris, qui nobiscum erat, seu aliquis nuncius eorum venit ad eum, qui ei statum Constantinopoli declararet. Non mora, imperator imperium tenens duci Veneti*[g]*, marchioni, comiti Flandrensi, comiti Ludewico et nobis nuncios suos*[h] *destinavit. Nos vero secretum inter nos ineuntes consilium, diximus, quod imperatoris nuncios nullatenus audiremus, nisi prius se ab imperialis cathedra deponeret maiestatis, aliter ipsum vel eius nuncios nequaquam auscultaremus. Nolebamus*[i] *enim, quod Greci nos muneribus attemptarent vel mollirent. Interim imperatoris exercitus in littore nobis opposito paratus erat nobis transitum inhibere, ostendens animositatis ymaginem preliandi nobiscum. Quod videntes, ad peccatorum nostrorum cucurrimus confessionem, in Dei solum misericordia confidentes. Postea nostras ordinavimus pugnas; deinde nos omnes armati intravimus naves usarias et galeidas, quae vasa navigio apta 200 numero fuerunt preter naviculas et bargas. Cum vero Deo ducente ultra fuimus applicati, omnes Greci, qui convenerant ut transitum nobis impedirent, ita Dei gratia a nobis elongarunt, quod aliquem eorum*

a) *ita M; deest codd.* b) annuum? c) sumptos *B* 1. 2. d) voluntate *M.* e) concendimus *B* 1. 2. *C* 1. 2. f) per portum *B* 1. g) Venetiae *M.* h) *deest C* 2. i) nos *add. C* 1.

Recensio I. et II.

etiam volatu sagittae vix potuimus attingere. Inde perreximus ad quandam turrim fortissimam que Galatha nuncupatur[a], *in qua firmabatur catena ferrea grossa nimis, quae posita super*[b] *ligna transversa mare transnatabat, attingens usque ad muros civitatis. Catena illa portum servabat, iuxta quam naves et galeide civitatis cum bargis erant latere ad latus coniuncte, nobis introitum inhibentes. In turri siquidem sepedicta erant sarianti*[c] *Anglici, Pisani, Ieveniani*[d], *Dachi, ad eam servandam*[e] *et protegendam constituti, qui exibant turrim et introibant sicut et quando volebant ad sagittandum nostros. Super turri autem illa locuti fuimus*[f] *cum duce Veneti*[g], *viro prudentissimo et discreto, dicentes ei, quod nullo modo posset capi, nisi per minitores et petrarias*[h] *caperetur. Respondit nobis, quia*[i] *iuxta catenam antedictam faceret naves suas protrahi*[k], *suas erigeret petrarias cum variis*[l] *instrumentis super naves; nos quoque nostra faceremus ingenia erigi super terram, et*[m] *sic undique turris obsessa Dei nostroque auxilio de facili caperetur. Dum autem*[n] *hec proponerentur, sarianti in turri latitantes nostris gentibus sagittando inportunos faciebant insultus*[o]. *Verum nulla*[p] *vice in nos fecerunt salitiones, quin forent acriter retromissi et suorum dampna multimoda sustinerent. Tercia vero die post tentoria nostra ibidem confixa illi deintus exeuntes, nostris quibusdam militibus et peditibus preter nos fecerunt insultus. Petrus vero de Braielcuel*[q] *cum quibusdam militibus et sariantis armatus superveniens, sic eos cum festino impetu atrociter invasit, quod ei non potuerunt resistere nec ad turris refugium remeare; immo oportuit quosdam eorum nostris instantibus prosilire in mare, et ibi submersi fuerunt, quidam*[r] *truncati, quidam vero retenti. Statim Deo mirabiliter operante turris absque bellico instrumento capta et catena rupta fuit. Mox siquidem navibus civitatis retro abeuntibus, naves nostrae liberum portum habuerunt, et quosdam eorum simul cum galeidis, naviculis et bargis ceperunt. Tunc vero nostris navibus et nobis ordinatis ad pugnam, processimus iuxta litus ad quendam pontem lapideum, distantem a turre prenominata una leuca. Pons vero ille protensior erat parvo ponte Parisiensi, et erat adeo strictus, quod*[s] *tres equites iuncti*[t] *simul lateribus vix*[u] *per illum*

a) nuncupabatur *B* 1. b) supra *B* 1 c) carianti *C* 2. d) Ievenani *C* 2; Leveniani *B* 1; Geneciani *M.*, *quod* Genuenses *indicare videtur.* e) serv. et *des. B* 1. f) sumus *C* 2. g) Venetiorum *M.* h) petrarios *C* 1. 2. i) et *C* 1. 2. k) pertrahi *C* 1. l) inst. variis *B* 1. m) ut *M*; *deest B* 1. n) *deest C* 1. o) assultus *B* 1. p) non nulla *codd.* q) Branicol *M.* r) *deest C* 2. s) ut *B* 1. t) coniuncti *C* 1. 2. u) vix possent per i. tr. *C* 1. 2.

Recensio I. et II.

possent transire; vadis profundis existentibus, non[a] *poteramus alias transire, nisi multam faceremus torsuram. Si vero a nostro navigio longe distaremus, fortasse periculum magnum incurrissemus et dampnum. Cum pervenissemus ad pontem ipsum, Dei patientia nullo obstante pertransivimus*[b], *et procedentes tentoria nostra*[c] *fiximus inter palacium imperatoris et palacium Boimond, et sic propinquavimus palacium quod Placherna dicitur, quod sagittae nostrae cadebant supra palacium et infra palacium per fenestras, et sagittae Grecorum super tentoria nostra. Hoc facto exercitum nostrum conclusimus grossis*[d] *palis et circumcinximus liciis, deinde instrumenta nostra bellica et petrarias ereximus ante muros. Dux vero Veneti*[e] *super quamlibet navim constrinxit*[f] *de antempnis*[g] *pontem altissimum in altitudine 100 pedes habentem, et super*[h] *quemlibet*[i] *pontem poterant ire 4 milites de fronte. Preterea quilibet usarius mogonellum suum habebat erectum. Dum autem*[k] *hoc fieret, Greci nobis pede et equo plures instanter fecerunt insultus. Verum super hoc quam nos deterius habuerunt. Quadam die maxima militum multitudo de quadam porta catervatim egrediens, quae porta patet a dextera parte palacii superius, exiliit et nos provocavit ad arma; quos nostri cum ingenti impetu et forti audacter*[l] *repulerunt, quod multi eorum, altero alterum inculcante, corruerunt in fossas; inter quos filius ducis de Durato, qui inter Constantinopolitanos fortior et pulchrior dicebatur, cum aliis quibusdam peremptus est. Crastina quoque die quedam cohors militum civitatis per portam Blachernae exivit ea parte qua ingenia nostra bellica erigi feceramus; sed Deo iuvante retromissi sunt turpiter et potenter. Tunc quidam retentus est vir nobilissimus, potentior et in milicia melior omnibus Constantinopolitanis, qui consiliarius imperatoris erat. Die Mercurii post ordinationem*[m] *fuit et propositum, quod in crastino fieret ad civitatem assultus, videlicet dux Veneti per mare, comes Flandrensis, comes Ludewicus*[n] *per terram assilirent, et marchio cum illis. Ego siquidem et M. de Montmorenci*[o] *et marscalcus*[p] *Campaniae O. de Sancto Cyrone, dum assultus fieret, custodiremus exercitum forinsecus inter vallum et campos*[q]; *et sic fecimus. Facta autem ordinatione et proposito terminato, dux et Venetii cum quibusdam de*

a) et non *C*1. 2. b) transivimus *B*1. c) *deest C*1. d) g̅ssis (gressis) *codd.* e) Venetiae *M., et ita infra.* f) construnxit *corr.* constrinxit *C*2; constituit *M.* g) autempnis *codd.* h) supra *C*1. 2. i) quamlibet *B*1. *C*1. 2. k) *deest C*1. l) aucdacter *B*1. m) ordinatum *M.* n) Ludowicus *B*1. o) Montmorenei *B*1. 2. *C*2; Montmorener *C*1; Monte-Morentiaco *M.* p) marescallus *C*1. q) campum *corr.* campos *B*1; per campos *M.*

Recensio I. et II.

nostris, qui navigio potenter instabant, prope muros navibus applicatis, scalas muris acclinantes, intraverunt cum virtuoso impetu civitatem, 30 turribus lucri factis[a] *iuxta quantitatem atturbati*[b], *et de civitate non modicum combusserunt. Nostri quoque suos per terram facientes insultus, scalis similiter muro appositis, suas super muros posuerunt banerias et vexilla. Minitores vero muros inferius subcavantes, unam turrim straverunt. Tunc imperator, civitatis incendio et nostris insidiis undique coartatus, constituit ad portas singulas, quae ad campos exitum faciebant, turmas militum non paucorum, ut nos circumquaque assilirent et invasos involverent et truncarent. Econtra nos similiter nostras ordinavimus pugnas, comes Flandrensis* cum suis, ego quoque cum meis, uterque in suo cuneo consistens. Fecimus autem custodiam, et equitavimus ordinate et coniuncti contra prelium nobis contrarium, eos adeo appropinquantes, quod eorum sagittarii et balistarii trahebant in nos, nostri quoque in ipsos. Cum ipsi viderent nos magnanimos esse et constantes, ordinate procedere et seriatim, et nos non posse faciliter expugnari vel corrumpi, ipsi valde perterriti et confusi cedentes nobis, non ausi fuerunt Dei gratia dimicare nobiscum. Et sciatis, quod non fuimus in toto exercitu nostro plures quam quingenti*[c] *milites et totidem equites, sariantes non*[d] *habuimus plures quam duo*[e] *milia peditum; maior enim pars statuebatur ad ingenia nostra conservanda. Videntes*[f] *autem eos fugere et abire, noluimus insequi, ne forte per eorum dolos et insidias exercitui nostro et bellicis machinis nostris vel turribus, quas Veneti ceperant, dampnum inferrent. Imperator vero rediens nocte ad palacium suum, asseruit se in crastino pugnaturum nobiscum. Eadem autem nocte media imperator latenter aufugit. Die vero Iovis*[g], *sicut imperator promiserat, debuimus pariter dimicare.* Iul. 17. *In crastino Deo cooperante fuit civitas reddita nobis, et tunc fuerunt 8 dies completi a civitatis obsidione. Tunc vero Tirsacus imperator et imperatrix, uxor eius, videlicet soror regis Ungariae, qui diu in horrore carceris tenti fuerant et inclusi, nobis gratias multimodas referentes, mandaverunt, quod per Dei gratiam et nostrum auxilium fuerant a carcere liberati, et quod decus imperii rehabebant, et nos in crastino veniremus in palacium tamquam in nostrum cum filio suo diu desiderato;*

*) B[alduinus] *add.* C2.

a) fractis B 1. C 1. 2. b) atrebati *M.; sed neutrum intelligo.* c) ducenti *M.* d) *deest* C 2. e) undecim C 2. f) Hec videntes C 1; Nos vero vid. *M.* g) Iohannis *miro sane errore P.*

Recensio I. et II.

et ita fecimus et manducavimus cum eis cum magnis exultacionibus et[a] *honore sollempni. Hoc equidem vos scire volo*[1], *quod eo usque in negocium Salvatoris processimus, quod orientalis ecclesia, cuius olim metropolis erat Constantinopolim, cum imperatore et universo imperio eius capiti suo Romano pontifici, sicut fuit antiquitus, renodata, Romanae ecclesiae sese esse filiam recognoscit et vult de cetero eidem more solito humiliato capite devotius obedire. Ipse etiam eiusdem ecclesiae patriarcha huic asspirans operi et applaudens, sue dignitatis pallium a summo pontifice recepturus Romanam sedem ulterius adibit, et ipse super hoc*[b] *cum imperatore iuramenti prestitit cautionem*[2]. *Nos*[c] *igitur tot et tantis utilitatibus*[d] *provocati et spe sancta futurorum bonorum detenti, apud civitatem prescriptam proposuimus hyemare et hoc idem*[e] *fratribus nostris, qui in transmarinis partibus nostrum prestolantur adventum, curavimus nunciare, ut ipsi, auditis nostrorum rumoribus gaudiorum, quorum esse eos participes preoptamus, amminiculo sanctae spei suffulti nos Constantinopolim expectent. Noveritis etiam, quod accepimus tornamentum contra soldanum*[f] *Babyloniae ante Alexandriam. Si quis ergo Deo vult servire, cui servire est regnare*[g], *et nomen habere milicie conspicuum et clarum, tollat crucem et sequatur Dominum et veniat ad tornamentum Domini, ad quod ab ipso Domino invitatur. Valete*[h].

Qualiter autem, Tirsachio mortuo, Alexius se ab eis abalienaverit et mala pro bonis reddiderit, et quomodo ab eis capta civitate Baldewinus comes Flandrie in imperatorem sublimatus sit, per hanc epistolam, quam idem comes Adolfo Coloniensi archiepiscopo transmisit, cognosci potest[3]:

Reverendo[i] *patri suo et karissimo domino*[k] *et consanguineo suo A[dolfo] Dei gratia Coloniensi archiepiscopo Baldewinus eadem gratia fidelissimus in Christo imperator a Deo coronatus, Romanorum*[l] *moderator et semper augustus,*

a) in *C* 1. b) hec *C* 1. 2. c) Hos *B* 1. 2. *C* 2. d) ulitatibus *B* 1, *corr.* utilitatibus *B* 2. e) *ita M.*; id *B* 1. 2. *C* 1. 2. f) soltanum *B* 1. g) r. est *C* 1. 2. h) Val' *C* 1. 2. i) Epistola *rubr. in B* 1. 2. k) d. kar. *C* 2. l) Romanorum *post corr.* Romanie *B* 1; Romanus *Arn.*

1) *Compluria hic omissa sunt.* 2) *Reliqua desunt apud Mart.* 3) *Hanc epistolam encyclicam recepit etiam Arnoldus Lubicensis VI, 20, SS. XXI, p.* 226. *Exstat praeterea inter epistolas Innocentii III, et inde edita Bouquet XVIII, p.* 520, *et apud Tafel et Thomas, Fontes Austr. XII, p.* 502.

Recensio I. et II.

Flandriae et Hinehau[a] *comes, consanguineus et fidelis suus,* 1204.
omnem beatitudinem vitae quae nunc est et futurae. Cum christianae religionis zelo, immo et nostrae speciali amore personae, quae circa nos aguntur paternitas vestra scire desideret, serenitati vestrae declarandum esse decrevimus, quam mira circa nos usa sit divina clementia novitate, quamque non nobis quidem, sed nomini suo gloriam dederit omnibus seculis admirandam. Mirabilibus eius circa nos semper mirabiliora succedunt, ut etiam infidelibus dubium esse non debeat, quin manus Domini operetur haec omnia, cum nichil speratum á nobis aut provisum ante contigerit, sed tunc demum nova nobis Dominus procurarit auxilia, cum nichil humani videretur superesse consilii. Et quidem, si bene meminimus, per litteras paternitati vestrae transmissas nostri progressus et status narrationem eo usque deduximus, ut, urbe populosa capta violenter a paucis, tyranno fugato ac filio Tyrsachii[b] *Alexio coronato, mora nostra promissa foret et ordinata per hiemem, ut potenter optinerentur, si qui resistere videbantur Alexio. Et nunc breviter narranda suscipimus quae circa nos postea contigerunt, eo prenotato, quod, sicut non opera hominum fuere sed Dei quae Grecis intulimus, ita non hominum opera fuere sed demonum quae cum imperatore novo Grecoque per omnia Grecia nobis ex perfidia consueta retribuit. Nos siquidem, ne discordiae fomitem inter nos et Grecos ministraret moribus nostris adversa barbaries, de civitate exeuntes, ex adverso civitatis interiacente portu ad preces imperatoris castra posuimus; et ex insperato, seu innata malicia, seu Grecorum seductus perfidia, animo recedit á nobis cui tanta beneficia contulimus. Ipse enim in omnibus*[c] *cum patre, patriarcha et mole nobilium nobis promissis periurus et mendax, tot incurrit periuria quod*[d] *nobis prestitit iuramenta. Unde nostro tandem destitutus auxilio, prelia contra nos meditatur incassum et navigii, quod eum adduxerat et sublimaverat ad coronam, procurat incendia; sed voto tam crudeli, Deo nos protegente, fraudatur; fit pars sua per cuncta deterior, et hominum suorum cedes, incendia et rapinae proveniunt. Inminente foris pugna, intus timoribus coartatur, imperatorem ei emulum parantibus Grecis, ea occasione captata, quod nullum ad auxilium nostrum deberet habere confugium. Cumque eidem evadendi spes unica restaret in nobis, iuratum sibi quendam Morchuflum*[e] *nomine, sanguine sibi propinquum, de quo pro beneficiis*

a) Hinehaut *corr.* Hinchaut *C*1. b) Isachii *Bouq.;* f. T. *des. Arn.* c) nobis promissis *hoc loco habet B* 1. d) *ita codd.* e) Morchulfum *C* 2.

Recensio I. et II.

1204. *sibi impensis super omnes alios confidebat, mittit ad exercitum nostrum, qui Blakerne palacium nobis sub imperatoris et suo iuramento promittit in obsidium, donec nobis cuncta promissa reddantur. Accedit ad palacium recipiendum nobilis marchio; illudit Alexius marchioni, et quos iam nobis dederat spretis obsidibus, consueta periuria non veretur. Nocte insecuta Morchuflus*[a] *domino suo periurus et nobis, Grecis reddendi nobis palacii revelat archana, atque ex hoc in perpetuum eis eripi libertatem et ad hoc modis omnibus veniendum esse declarat, nisi deiciatur Alexius. Cuius proditionis merito tercius in urbe imperator attollitur. In dominum dormientem et rei nescium sacrilegas mittit manus, eumque carcere tetro includens, tercium, Nycholaum*[b] *quendam, qui apud Sanctam Sophiam imperiales infulas noviter usurparat, traditum sibi a Grecis, qui eum creaverant, proditione, rursus incarcerat*[c]*; mortuoque post modicum Tyrsachio, qui animum filii sui pre omnibus, ut dicebatur, a nobis averterat, acclamante clero Grecorum et populo, ut de terra tolleremur in brevi, tantum sanguinem nostrum sicientibus Grecis, prelia contra nos proditor iam*[d] *dictus instaurat, urbem machinis et propugnaculis munit*[e]*, quorum numerum nemo viderat umquam. Cumque murus mirae latitudinis, lapidibus minutis cementoque tenacitatis et firmitatis antiquae constructus, in altum valde consurgens, turres haberet amplissimas, pedibus circiter quinquagenis et paulo plus minusve distantes, inter quaslibet duas a parte maris, quo noster timebatur assultus, turris lignea erigitur super murum stationibus tribus aut quatuor, multitudinem continentibus armatorum, nichilominus etiam inter quaslibet duas turres seu petraria seu magonellus erigitur. Turribus autem supereriguntur ligneae turres altissimae stationum sex, superque*[f] *suppremam stationem adversum nos porriguntur scalae, apodiaciones*[1] *ex utraque parte et propugnacula continentes, paulo minus excelsis scalarum capitibus, quantum iacere in altum posset arcus á terra. Murum etiam ipsum murus circumcingit*[g] *inferior dupplexque fossatum, ne muris ulla applicari valerent ingenia, sub quibus possent latitare fossores. Interim mari terraque nos attemptat perfidus imperator, nos semper Domino protegente et suos frustrante conatus. Nam preter ordinationem nostram ad predam victualium*

a) Morchulfus *C* 2. b) Nykolaum *B* 1. c) incarceratur *B* 1. 2. *C* 2. d) indictus *codd.* e) *ita Arn. et C infra p.* 217; muninnt *codd.* f) super quam *codd.* g) circumgingit *corr.* circumcingit *B* 1.

1) *i. q. adminiculum.*

Recensio I. et II.

procul exeuntibus nostris usque ad mille animas hominum 1204.
pugnatorum imperator occurrit in multitudine gravi. Primo congressu dissipatur omnino, cesis captisque non paucis sine dampno nostrorum; fuga ignominiosa consulens sibi, clippeum abicit, arma deponit et nostris vexillum imperiale dimittit nobilemque quam sibi preferri fecerat yconam, quam ordini Cisterciensi nostri dedicavere victores. Iterato navigium nostrum flammis aggreditur, intempestaeque noctis silentio 16 *suas naves incensas, velis in altum expansis et inferius colligatis ad proram, flante fortiter austro, nostras mittit in naves; sed Domino faciente cum multo labore nostrorum custodimur indempnes*[a]*, et ardentibus navibus clavis infixis, catenis herentibus, nostrorum remigio trahuntur in pelagus, et ab inminenti mortis periculo a Domino liberamur. Nos igitur eum terrestrem provocamus ad pugnam, et ponte atque amne transmisso, qui exercitum nostrum separabat a Grecis, cuneis ordinatis, ante portam diu stetimus regiae civitatis et palacii imperialis, quod Blankerna*[b] *nuncupatur, in nomine Domini agminum Israel, precedente cruce vivifica, parati ad prelium Grecos excipere, si eis placuisset exire. Et quidem pro miliciae exercitio exeuntem nobilem quendam nostri pedites trucidarunt. Sic in castra reversi, terra marique sepius provocamur, sed dante Domino semper ac triumphaliter*[c] *obtinemus. Mittit ad nos pacis fictae legatos perfidus incubator*[d] *imperii, postulat et obtinet cum duce colloquium. Cumque eidem dux magnanimus obiecisset, quod nulla cum eo pacis posset esse securitas, qui dominum suum carcere conclusisset, postposita iurisiurandi religione et fidei, et ipsi preripuisset*[e] *imperium, eidemque bona fide consuleret, ut dominum suum restitueret et humiliter veniam postularet, nostras etiam pro se promitteret preces, et quod cum eodem domino suo misericorditer, si vellet, agere deberemus, ac quicquid contra nos egerat venenose, si rediret ad animum, imputare vellemus etati lapsuive*[f] *consilii: et ille vana verba subintulit, quia quae responderet rationabiliter non habebat; obedientiam autem Romani pontificis et subventionem Sanctae Terrae, quam iuramento et scripto imperiali firmarat Alexius, adeo refutavit, ut vitam amittere preeligeret Greciamque subverti, quam quod Latinis pontificibus orientalis ecclesia subderetur. Nocte*[g] *igitur insequenti dominum suum latenter laqueo suffocat in carcere, cum quo ipsa die*

a) indepnes *B* 1. b) Blacherna *Bouq.*; et — nuncupatur *des. Arn.* c) triumphanter *C* 1. d) *ita Arn. Bouq. et C infra* p. 217; incumbator *codd.* e) proripuisset *B* 1. 2; prerupuisset *C* 1. f) lapsuique *B* 1. 2. g) Nocti *C* 1. 2; Noctu *B* 1.

Recensio I. et II.

1204. *prandium sumpserat. Inde*[a] *et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit, casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, ac*[b] *imperiali sepultura concessa, propalatum omnibus scelus funeris honore dissimulat. Sic nobis hiemps tota perficitur, donec, navibus nostris scalis aptatis et instrumentis bellicis preparatis, nos et nostra recipientes in*
Apr. 9. *navibus,* 5. *Idus Aprilis, hoc est feria sexta ante passionem Domini*[c, 1]*, unanimiter pro honore sanctae Romanae ecclesiae et subventione Sanctae Terrae navali prelio invadimus civitatem; et ea die, non*[d] *sine multo tamen sanguine, fuimus tanta perpessi, ut inimicis nostris in obprobrium verteremur, quorum ea die pars fuit per cuncta superior, adeo ut tracta in terram Grecis compelleremur bellica nostra machinamenta relinquere et infecto negocio ad ripam redire cogeremur adversam, ea die, ut videbatur, inutiliter fatigati. Conturbati vero plurimum et conterriti, sed demum in Domino roborati, definito consilio rursus instauramur*
Apr. 12. *ad pugnam et*[e] *quarta die,* 2. *Idus Aprilis, hoc est feria secunda post passionem Domini, flante borea rursum applicamur ad muros, scalis navium scalis turrium applicatis cum multo labore nostrorum, permultum*[f] *resistentibus Grecis; sed ex quo comminus gladios sensere nostrorum*[f]*, non diu belli anceps duravit eventus. Duae siquidem naves pariter colligatae, quae episcopos nostros, Suessionis*[g] *videlicet ac Trecenensis*[h]*, deferebant, quarum erant insignia 'paradysus' et 'peregrina', primae scalis suis scalas turrium attigerunt et felici auspicio peregrinos pro paradyso certantes hostibus admoverunt; prima muros obtinent vexilla pontificum, ministrisque celestium secretorum prima conceditur de celo victoria. Irruentibus igitur nostris, cedit Domino iubente multitudo*[i] *infinita perpaucis*[k]*, et propugnacula relinquentibus Grecis, nostri audacter militibus portas aperiunt. Quorum cum imperator, qui non procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspicaretur ingressum*[l]*, statim tentoria dereliquit et fugit; nostri cedibus occupantur; civitas capitur populosa; recipiuntur in palaciis regalibus*[m] *qui nostrorum enses effugiunt, multaque cede facta Grecorum, nostri sese recolligunt, advesperascente iam die arma*

a) s. Iude. et *B* 1. b) hac *B* 1. c) *deest C* 1. d) *deest Arn. Bouq., ubi:* s. m. nostrorum s.; *et ita legendum esse, ostendit fragm. cod. C infra p.* 219. e) *deest B.* f) permultum — nostrorum *des. C* 1. g) Sewsionis *C* 1. 2. h) *ita B* 1. 2. *C.* 1. 2 (ensis *e corr.*); Suessionensem ac Trecensem *Arn. Bouq.* i) infinita multitudo *B* 1. k) pro paucis *codd.* l) ingressus *B* 1. m) *deest B;* imperialibus *Arn. Bouq.*

1) *Dominica passionis Domini, i. e. Iudica, anno* 1204. *in diem* 11. *Aprilis incidit.*

Recensio I. et II.

fessi[a] *deponunt, de assultu palaciorum in crastino tractaturi.* 1204.
Suos recolligit imperator et crastinam hortatur ad pugnam, asserens, quod nostros in potestate nunc habeant intra[b] *murorum septa conclusos; sed nocte latenter dat terga devictus. Quo comperto, Grecorum plebs attonita, de*[c] *substituendo imperatore pertractat, et dum mane facto ad nominationem cuiusdam Constantini procedunt, pedites nostri, non exspectata deliberatione maiorum, ad arma prosiliunt, et terga dantibus Grecis, fortissima*[d] *et munitissima palacia relinquuntur*[e]*, totaque in momento civitas obtinetur. Diripitur equorum innumera multitudo; auri et argenti, sericorum, preciosarum vestium atque gemmarum et omnium eorum quae ab hominibus inter divitias computantur tam inestimabilis habundantia*[f] *repperitur, ut tantum tota non videretur possidere Latinitas. Et qui antea pauca negaverant, cuncta nobis*[g] *divino iudicio relinquunt, ut secure dicamus, ut maiora his mirabilia*[h] *circa bellorum casus nulla umquam narret hystoria, ut impleta prophetia manifeste videatur in nobis, quae dicit: 'Persequetur unus*
ex vobis centum alienos'; quia, si inter singulos victoriam *Iosua* 23, 10.
parciamur, quilibet ex nostris non pauciores quam[a] *centum*[a] *aut obsedit*[i] *aut vicit. Nunc autem non nobis victoriam*
usurpamus, quia salvavit sibi dextera Domini, et brachium *cf. Ps.* 97, 1.
virtutis eius revelatum est nobis. A Domino tantum factum
est istud, et super omnia mirabilia mirabile est in oculis *Ps.* 117, 23.
nostris. Ordinatis igitur quae disponenda rerum poscebat eventus, ad electionem imperatoris unanimiter ac devote procedimus, et omni ambitione seclusa, cum 6 baronibus Venetorum venerabiles viros episcopos nostros, Suessionis[k]*, Halverstadensem*[l] *et*[m] *Trecensem*[n] *et dominum*[o] *Betlehemitanum*[p]*, qui a partibus transmarinis apostolica auctoritate nobis fuerat delegatus, Acconensem*[q] *electum abbatemque Lucedii imperatoris sub*[r] *Domino nostro constituimus elec-*
tores. Qui, oratione premissa ut decuit, dominica Miseri- *Mai.* 9.
cordia Domini personam nostram, quod a nostris meritis procul erat, unanimiter ac sollempniter elegerunt, divinis laudibus clero et[s] *populo pariter*[a] *acclamante; sequentique*
dominica qua[t] *'Iubilate'*[u] *cantatur, precipiente Petro apo-* *Mai.* 16.

a) *deest B.* b) inter *C* 1. 2. c) de | stituendo *B* 1; destituendo *reliqui.* d) munitiss. et fortiss. *B* 1. e) reliquntur *B* 1. *C* 2. f) habun | tia *C* 2. g) divino nobis *C* 1. 2. h) mirabiliora *C* 1. 2. i) aut vicit aut possedit *B* 1. k) Seusionū *C* 1; Sewsioñ *C* 2. l) Halverstadensis *C* 1, *corr.* Halverstadensi (*ita B* 2), *ac deinceps* Halverstadensē *B* 1; *corr.* Halverstadensi *C* 2. m) ac *B* 1. n) Treceñ *B* 1. *C* 1; Trecenum *C* 2. o) dominumque *C* 1. 2. p) Beehleemitanum *C* 1; Bethleemitanum *C* 2. q) Acconē *codd.* r) nostro s. D. *C* 1. 2; nostri *Arn. Bouq.* s) ac *B* 1. t) in qua *B* 1. u) I. Deo *B* 1.

Recensio I. et II.

1204. *stolo*[a] *regem honorificari eique obediri quasi precellenti, et*
Joh. 16, 22. *euvangelio annunciante, quod gaudium nostrum nemo tollet a nobis, cum ingenti honore ac tripudio, more*[b] *etiam suo applaudentibus Grecis, ad honorem Dei et sanctae Romanae ecclesiae ac subventionem*[c] *Terrae Sanctae gloriose coronatum, ad imperii fastigia Deo et hominibus amabiles patres memorati pontifices cum universorum applausu et piis lacrimis sublimarunt. Aderant incolae Terrae Sanctae, ecclesiasticae militaresque personae, quorum pre omnibus inestimabilis erat et gratulabunda leticia, exhibitumque Deo gratius obsequium asserebant, quam*[d] *si civitas sancta christianis esset cultibus restituta, cum ad confusionem perpetuam inimicorum crucis, sanctae Romanae ecclesiae, terrae Iherosolimitanae sese regia civitas devoveret, quae tam diu, tam potenter adversaria stetit et contradixit utrique. [Hec*[e] *est enim, quae, spurcissimo*[f] *gentilium ritu pro fraterna societate sanguinibus alternis*[g] *ebibitis, cum infidelibus ausa est sepius amicicias firmare ferales, et eosdem mamilla diu lactavit uberrima et extulit in superbiam seculorum, arma, naves et victualia ministrando. Quod e contrario fecerat peregrinis, magis edocere sufficiunt in omni Latinorum gente exempla quam verba. Hec est, quae in odium summi pontificis, apostolorum principis nomen*[h] *audire vix poterat, nec unam eidem inter Grecos ecclesiam concedebat, qui omnium ecclesiarum accepit ab ipso Domino principatum, et, sicut eorum recolit recens memoria qui viderunt, legatum apostolicum morte tam turpissima dampnavit, ut pro apostolici culminis reverentia nec ipsam paginam presentem sustineamus mortis illius recordatione polluere, cum nec inter martyres legatur ulla*[i] *consimilis, licet penas eorum incredibiles invenerit ingeniosa*[k] *crudelitas. Hec est, quae Christum solis didicerat honorare picturis, et inter ritus nefandos, quos*[l] *sibi spreta scripturarum auctoritate confinxerat, plerumque et lavacri salutaris*[m] *facere presumebant instando iacturam. Hec est, quae Latinos omnes non hominum nomine dignabatur, sed canum, quorum sanguinem effundere pene inter merita reputabant, nec ulla penitentiae satisfactione pensabant laici monachi, penes quos, sacerdotibus spretis, tota ligandi atque solvendi consistebat auctoritas. Hec et huiusmodi deliramenta, quae epistolaris explicare non valet angustia, impletis iniquitatibus eorum, quae ipsum Dominum ad nauseam provocabant], divina*

a) *deest B.* b) *deest C2.* c) subventione *C1. 2.* d) $\overline{qm}$ (quoniam) *codd.* e) *haec desunt B, qui pergit:* Denique divina i. f) spurcissimis *C1. 2.* g) alterius *C1?* h) *deest codd.; suppl. P.* i) ullo *C1. 2.* k) ingeminiosa *C1*; ingenimiosa *C2.* l) *deest C2.* m) plerumque *iterum add. C1. 2.*

Recensio I. et II.

iusticia nostro[a] *ministerio digna ultione percussit et, expulsis hominibus Deum odientibus et*[b] *amantibus sese, terram nobis dedit omnium bonorum copiis affluentem, frumento, vino et oleo stabilitam, fructibus opulentam, nemoribus, aquis et pascuis speciosam, spaciosam*[c] *ad manendum, et cui similem non continet orbis aere temperatam. Sed nec in his desideria nostra subsistunt, nec ab humeris nostris sustinebimus vexillum regale deponi, donec, terra ipsa incolatu stabilita nostrorum, partes debeamus invisere transmarinas et dante Deo propositum peregrinationis explere*[d]. *Speramus enim in domino Ihesu, quod, qui cepit in nobis opus bonum ad laudem et gloriam*[e] *nominis sui, inimicorum crucis depressionem perpetuam perficiet, confirmabit solidabitque. Celsitudinem igitur vestram propensius exoramus in Domino, ut gloriae huius atque victoriae et spei preoptatae, cuius hostium magnum nobis*[f] *apertum est, velitis esse participes. Quod absque ulla vobis dubitacione continget, si terrae vestrae*[g] *nobiles et ignobiles cuiuslibet conditionis aut sexus eisdem desideriis accensos ad veras*[h] *inmensasque divitias capessendas, temporales pariter et eternas*[i], *non solum permissa licentia, sed salutaribus monitis accendatis. Universis enim dante Deo sufficimus, quos nobis christianae religionis zelus adduxerit, universos volumus simul et possumus secundum status suos varietatemque natalium et augere divitiis et honoribus ampliare.* 1204.

Item ipso[k] anno[1] Tidericus[l] comes Hollandiae moritur, et traditur provincia[m] comiti de Lo[2] cum filia sua. Quod graviter ferens Wilhelmus[n], frater eius, congregatis militibus, eundem comitem de Hollandia expulit et filiam fratris abstulit.

Recensio I. codd. C.

Anno dominicae incarnationis 1204.

Circa[o] Kalendas Aprilis visus est per tres noctes ignis discurrere per totum celum, ita ut tota regio ab eo illuminaretur. Per idem tempus Philippus dux Sueviae cum exercitu Saxoniam intravit, ut castrum quoddam nomine

---

Recensio II. codd. B.

7. Anno Domini 1204.

Phylippus rex cum — — male pugnarę. *ut Recensio I.*

a) nostroque m. d. u. percussis (s. *e corr.*) *B.* b) et a. s. *des. B.* c) et spac. *C* 2; ad m. spac. *B.* d) implere *B.* e) honorem *B.* f) *deest C* 2. g) *deest C* 1. h) nostras *codd.* i) eterna *B.* k) Eodem anno *C* 2. l) Tydericus *C* 1; Theodericus *B* 1. m) traditur comiti de Lo provincia *B.* n) Willelmus *C* 1. o) *ita C* 1. 2; *in marg. infer. manu saec. XIII. post suppl. B* 1; *in fine anni* 1203. *B* 2 *et Fr.*

1) *Anno* 1204, *Febr.* 4. 2) *Ludowico.*

Recensio I. codd. C.

Harlinginberch[a] a rege Ottone constructum[b, 1] deiceret et cives Goslariae de oppressione eius et fratrum suorum liberaret; sed ubi eundem in forti manu sibi occurrere cognovit, consilio cum suis habito, recessit, satius ratus ad tempus cedere quam cum hoste male pugnare.

Circa ipsum tempus Tidericus Traiectensis episcopus cum exercitu et pluribus nobilibus Hollandiam intravit et provinciam comiti de Lo subiugavit, et Wilhelmum ex ea eliminavit, eo quod multis iniuriis ipsum episcopum frequentius provocasset et episcopatum eius incendiis et rapinis sepius vastasset. Sed[c] Wilhelmo nusquam apparente, ter una die cum fratre eius Florentio et quibusdam nobilibus parti illius faventibus conflixit, pluribus eorum occisis, ceteris cum ipso Florentio captis et[d] vinculis mancipatis. Sic comiti[2] ab ępiscopo subiugata omni provincia et obsidibus datis, cum ępiscopus reverteretur et comes cum suis in quodam oppido nominę Leidin degeret, prefatus Wilhelmus, de maritimis partibus contracta multitudinę tam pedestris quam navalis exercitus, plurimos eorum captivavit, ceteris in palude submersis[e], et vix paucis evadentibus cum ipso comitę[f, *]. Estas calida et sicca.

Ipso anno circa Iulium mensem Philippus rex, contracto[g] maximo exercitu, Thuringiam intrat, quandam civitatem lantgravii Wicinse[3] nomine obsidione[h] vallat, regem etiam Boemiae cum maxima multitudine in auxilium ei venientem fugat, omnia per circuitum oppida igne exurit et vastat.

*) *Fragm. cod. C hoc loco inserit epitomen epistolae a Hugone scriptae, ex qua haec legi possunt:*

Quomodo Constantinopolim a peregrinis capta Baldewinus comes Flandrie imperator efficitur.

Mortuo Ysachio, qui animum filii sui Alexii a peregrinis, qui eum sublimaverant ad coronam, averterat,

Recensio II. codd. B.

Circa ipsum tempus Tidericus episcopus Traiectensis cum exercitu et pluribus nobilibus Hollandiam intravit et provinciam comiti de Los rursus subiugavit. Sed episcopo recedente, cum idem comes cum suis — — ipso comite. *ut Recensio I.*

Ipso anno circa Iulium mensem Phylippus rex, contracto maximo exercitu, Thuringiam intrat, quandam civitatęm lantgravi Wizense nomine obsidione vallat, regem etiam Boemie cum maxima multitudine in auxilium rei venientem fugat, omnia per circuitum oppida igne exurit et vastat.

a) Harlinginberg *C* 2. b) *syllaba* con *a manu quae rubras scripsit addita est, erasis litteris* ex (?) *quae prius scriptae erant B* 1. c) *incipit fragmentum C, cuius scripturam retinui.* d) et v. m. *desunt C* 2. e) mersis *B* 1. f) *hucusque C.* g) max. contr. ex. *C* 2. h) *deest C* 1.

1) *Cf. Arnold. Lub. VI, 5, p.* 217. 2) *de Los.* 3) *Weissensee.*

Recensio I. codd. C.

Considerans autem lantgravius, res sibi non prospere succedere et se regi non posse resistere, interventu quorundam principum supplex ad eum venit, eius se potestati[a] et omnia sua tradidit[1]. His ita gestis, Philippus ad subveniendum civibus Goslariae et ad evertenda quedam castra civitati opposita rursus Saxoniam ingreditur; sed superveniente Ottone rege in multitudine gravi, ab inimicis undique concluditur, et vix auxilio palatini comitis Heinrici per noctem evadens, cum suis liberatur[2]. Nam idem palatinus infidelis circa

Grecorum etiam seductus perfidia, in omnibus illis promissis periurus et mendax, tot incurrit periuria quod illis prestitit iuramenta. Unde eorum tandem destitutus auxilio, prelia contra eos meditatur incassum et navigii quod eum adduxerat procurat incendia; sed voto tam crudeli, Deo eos protegentę, fraudatur; fit pars[b] sua per cuncta deterior, et hominum suorum cedes, incendia et rapine proveniunt. Inminente foris pugna, intus timoribus coartatur[c], imperatorem ei emulum parantibus Grecis, ea occasione captata, quod ullum[d] ad auxilium eorum deberet habere confugium. Cumque eidem evadendi spes unica restaret in illis, iuratum sibi quendam Morchuflum nomine, sanguine sibi amicum, de quo

. . . .

. . . .

[Blakern]e palacium eis sub [imperatoris et] suo iuramento promittit in obs[idium], donec eis promissa cuncta red[dantur]. Nocte insecuta Morchuflu[s domino] suo periurus, Grecis reddendi pe[regrinis] palacii revelat archana, [atque] ex hoc in perpetuum eis eripi l[iberta]tem, nisi deiciatur Alexius et pe[regri]ni de terra proturbentur. Cuius prodit[ionis] merito tercius in urbe imperator a[ttol]litur. In dominum dormientęm et re[i nes]cium sacrilegas mittit manus, e[umque] carcere tetro includens, terc[ium] Nykolaum quendam, qui apud Sanc[tam] Sophiam imperator a Grecis crea[tus] fuerat, prodicione eorum sibi tradit[um] incarcerat, prelia contra eos pro[di]tor dictus instaurat, urbis ma[chi]nis et propugnaculis munit, quo[rum] numerum nemo viderat umqua[m].

Cumque murus mire latitudinis, lapidibus minutis cementoque te[na]citatis et firmitatis antique cons[truc]tus in altum valde consurgens, turres haberet amplissimas, pe[di]bus circiter quinquagenis et p[au]lo plus minusve distantes, int[er] quaslibet duas a parte maris, quo e[orum] timebatur assultus, turris lign[ea] erigitur super murum, inter quaslibet duas turres [petraria seu ma]gonellus erigitur. Murum etiam . . . .

Recensio II. codd. B.

Lantgravius vero videns eversionem terre sue, et animositatem regis sę ferre non possę, interventu quorundam principum supplex ad eum venit et eius gratiam promeruit.

a) potestate *C* 1. 2. b) pax *c.* c) coartur *c.* d) *ita c.; lege* nullum.

1) *Sept.* 17. 2) *Haec minus recte tradita sunt; cf. Winkelmann I, p.* 326.

Recensio I. codd. C.

fratrem existens, ipso derelicto, ad Philippum se transtulit, pecunia ab eodem corruptus et promissione ducatus Saxoniae. Post hec Coloniensem archiepiscopum per Trevirensem[a], Spirensem et Constantiensem episcopos apud Andernacum sibi conciliat, et ut ducem Brabantiae et reliquos Lotharingiae nobiles fideles sibi efficiat, novem milia[1] marcarum ei donat, Salevelt[b] etiam et alia quedam ab episcopio[c] ablata redonat.

. . . .
. . . .

[possunt] latitare fo[sso]res. [Int]erim mari terraque illos attemp[tat] perfidus imperator, semper eos Domino pro[tegen]te et suos frustrantę conatus. [Na]m quidam[d] ex peregrinis preter [ordi]nationem principum ad predam [vict]ualium exeuntibus usque ad millę [ani]mas hominum pugnatorum imperator [occu]rrit in multitudine gravi, primo [cong]ressu dissipatur omnino, cesis cap[tisque] non paucis sine dampno illorum; [fug]a ignominiosa consulens sibi, [cli]peum abicit, arma deponit et eis [vex]illum imperiale dimittit nobi[lemque] quam sibi preferri fecerat yconam. [Ite]rato navigium eorum flammis [ag]greditur, intempesteque noctis silen[tio] 16 suas naves incensas velis [in] altum expansis et inferius colli[gat]is ad proram, flante fortiter [au]stro, eorum mittit in naves; sed Domino [faci]ente cum multo laborę custodi[un]tur indempnes, et ab inminenti[e] [mo]rtis periculo liberantur. Ipsi autem [eu]m terrestre[d] provocant ad pug[na]m, et ponte atque amne [transm]isso, qui exercitum eorum separabat [a Gre]cis, cuneis ordinatis ante [po]rtam steterunt diu regie [civ]itatis, parati ad prelium Grecos [ex]cipere, si eis placuisset exire. [Q]uod videns perfidus incubator . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

obiecit, quod ulla cum eo pacis posset esse securitas, qui dominum suum carcere conclusisset et illi imperium preripuisset et omnia que iuraverat[f] in irritum duxisset, et ille vana verba subintulit, quia que responderet racionabiliter non habebat. Obedientiam autem Romani pontificis et subventionęm Sanctae Terrae, quam iuramento et scripto imperiali firmarat Alexius,

---

Recensio II. codd. B.

Post haec Coloniensem archiepiscopum per Trevirensem, Spirensem et Constantiensem episcopos apud Andernacum sibi conciliat, et ut ducem Brabantie et reliquos Lotharingie nobiles fideles sibi efficiat, plurima promittens rogat.*

*) *B*1 *alia manu post in marg. supplevit:* Novem — — redonat.

a) Trever. *C*2. b) lalevelt *C*1. c) episcopo *C*2. d) *ita c.* e) inminente *corr.* inminenti *c.* f) iuraveraverat *c.*

1) 5 milia *Caesarii cat., SS. XXIV, p.* 345.

Recensio I. codd. C.

Coloniensis vero episcopus sacramentum, quod[a] dudum Ottoni fecerat, parvipendens et periurium et excommunicationem apostolici non metuens, post festum sancti Martini[1] ad eundem Philippum cum duce Lovaniae[b] et aliis *Nov.* nobilibus viris Confluentiam venit et ei iuramentum fidelitatis cum duce ibidem fecit. Ibi etiam Philippus rex consilio eius et principum qui aderant celebrem curiam omnibus 1205. principibus regni in epyphania Domini Aquisgrani indicit, *Ian.* 6. et Coloniensis eum ibi in regem consecrari et ungi promittit.

Hyemps longissima et nimis asperrima.

Philippus igitur rex, ut proposuerat, cum universis pene principibus regni Aquisgrani venit, ubi cum maximo apparatu et obsequio Coloniensis ei occurrit. Ibi rex, consilio

ádeo refutavit, ut vitam amitterę preeligeret Graciamque subverti, quam quod Latinis pontificibus orientalis aecclesia subderetur. Nocte igitur insequenti dominum suum latenter subfocat in carcere, et clave ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitatę confringit, et eum in carcere mortuum divulgans, imperiali sepultura concessa, omnibus scelus funeris honore dissimulat. Sic eis hyemps tota perficitur, donec, navibus eorum scalis aptatis et instrumentis bellicis preparatis, 5. Idus Aprilis, hoc [est[c]] feria sexta ante passionem Domini, unanimiter pro honore sanctae Romane aecclesiae et subventione Sanctae Terrae navali prelio invaserunt civitatem, et ea die, sine multo tamen suorum sanguine, tanta perpessi fuerunt, ut inimicis in obprobrium verterentur, quorum ea die pars fuit per cuncta superior. Conturbati vero plurimum et conterriti, sed demum in Domino roborati, definito consilio rursus . . . .

Recensio II. codd. B.

Coloniensis vero episcopus sacramentum, quod dudum Ottoni fecerat, parvipendens et periurium et excommunicationem apostolici non metuens, post festum sancti Martini ad eundem Phylippum cum duce Brabantie Confluentiam venit et ei iuramentum fidelitatis cum duce ibidem fęcit. Ibi etiam rex Phylippus celebrem curiam omnibus qui aderant principibus in epyphania Domini Aquisgrani indicit, et Coloniensis eum ibidem in regem consecrari[d] et ungi promittit. Quod et factum ęst. Rex igitur, ut proposuerat, cum pluribus regni principibus Aquisgrani venit, ubi* rursus ab omnibus in regem eligitur et in aecclesia beate Marie a Coloniensi archiepiscopo cum Maria uxore sua ungitur et consecratur.

Hoc anno fuit estas calida et sicca et hyemps longissima et nimis asperrima.

*) *B* 1 *alia manu post in marg. suppl.:* Ubi cum maximo apparatu Coloniensis ei occurrit; ibi rex — — destituto.

a) quod dudum *des. C* 2. b) Lovaniae — cum duce *des. C* 2. c) *deest c.* d) ri *e corr. B* 1.

1) *De die cf. Winkelmann I, p.* 335 *n.* 2.

Recensio I. codd. C.

cum suis habito, ut principes suam liberam electionem secundum antiquitatis institutum non perdant, regium nomen et coronam deponit et ut concorditer ab omnibus eligatur precatur. Quod et[a] factum est ibidem in ecclesia beatae Mariae; ab omnibus eligitur et a Coloniensi archiepiscopo cum Maria, uxore sua[1], ungitur et consecratur, Sifrido Moguntino et Cameracensi episcopo[2] eisdem diebus cum litteris papae Coloniae existentibus et[b] pro hac iniusta consecratione excommunicationem ei intentantibus, Ottone etiam rege langore ibidem detento et omnium auxilio et solatio destituto.

Anno Domini[c] 1205.

Mai 19. Circa ascensionem Domini prefati episcopi a sede apostolica iudices constituti iterum Coloniam venerunt et in[d] maiori ecclesia beati Petri apostoli coram clero[e] et universo populo eundem Adolfum episcopum excommunicatum a papa pronuntiaverunt, et per omnes conventuales ecclesias et parrochias civitatis, ut per singulos[f] dominicales et sacros dies excommunicaretur, apostolica auctoritate districte preceperunt; hoc etiam in mandato habentes, ut, si infra mensem post denuntiationem sibi[g] factam Romam ad satisfactionem se non conferret, omni[h] beneficio et officio destitueretur et alius dignus in loco eius eligeretur.

Castrum quod dicitur Hostadin a rege Ottone et Coloniensibus obsidetur, sed obsidibus datis intactum relinquitur[3].

Recensio II. codd. B.

8.[i] Anno Domini 1205.[i]

Syfridus Mogontiensis archiepiscopus et Cameracensis antistes a sede apostolica iudices constituti Coloniam[k] venerunt et in ecclesia beati Petri apostoli coram clero et universo populo Adolfum episcopum excommunicatum a papa pronunciaverunt, et per omnes conventuales ecclesias et parrochias civitatis, ut per singulos dominicales et sacros diȩs excommunicaretur, preceperunt; hoc etiam in mandato habentes, ut, si infra mensem post denominationem sibi factam Romam ad satisfactionem se non conferrȩt, offitio et omni beneficio destitueretur et[l] alius dignus in loco eius constitueretur. [Castrum[m] Hostade a rege Ottone et Coloniensibus obsidetur, sed obsidibus datis intactum relinquitur].

a) *deest C2.* b) et — intentantibus *des. C2.* c) A. dominice 1205. *infra ante* Castrum *C2.* d) *deest C2.* e) do *vel* clo *C2.* f) angulos *C1.* g) s. f. *des. C2.* h) et aliu *C2.* = i) 9. 1206. *corr.* 8. 1205. *B1.* k) in Colonia *corr.* Coloniam *B1.* l) et alius — constitueretur *des. B2. Fr.* m) Castrum Hostade — relinquitur *eadem, qua superiora, manu saec. XIII. in marg. add. B1; hoc loco exhibet B2.*

1) *Quae antea Irene dicta erat.* 2) *Iohanne.* 3) *V. Cont. II, p.* 175, *qua teste Iun.* 15. *castrum expugnatum est.*

Recensio I. codd. C.

Per idem tempus Philippus rex circa pentecosten celebrem curiam Spirae habuit; ubi Adolfus episcopus de Coloniensibus querimoniam facit[a], quod Ottonem regem contra voluntatem[b] eius et[c] imperium tenerent, iniustam etiam excommunicationem papae in eum factam per Sifridum et Cameracensem pronuntiare ibidem consensissent, insuper ipsos foverent et protegerent. Ibi Philippus rex iudicio principum, Adolfo etiam cum suis sequacibus eum rogante et instigante, expeditionem Coloniae omnibus qui aderant principibus indicit. Sed eodem in pertinacia sua perseverante neque de excommunicatione vel mandato papae curante, prefati iudices, convocato[d] universo clero et[e] populo, in die sanctorum martirum Gervasii et Prothasii[f] coram omnibus in maiori ecclesia presente Ottone rege et aliis nobilibus viris, ab officio et dignitate pontificali deposuerunt, et ut alium episcopum eligerent, apostolica auctoritate preceperunt. Sic eo deposito, secundum sententiam summi pontificis clerus et populus cum aliis nobilibus viris in ecclesia beati Petri convenientes Brunonem Bonnensem[g] prepositum concorditer elegerunt, nemine preter Engilbertum[h] maioris domus prepositum[i, 1] et quibusdam canonicis Beati Petri, eius fautoribus[k], reluctante et pro hac indignatione de civitate recedente. Unde mox per totum episcopatum werrae plurimae et graves per episcopos et eorum complices oriuntur; fiunt incendia ubique, predones emergunt undique, bona ecclesiarum rapiuntur, curtes earum et villae exuruntur[l], fiunt depredationes pauperum oppidanorum[m], expoliationes[n] viduarum et pupillorum. Civitas etiam[o] ab inimicis undique vallatur, nulli ingredi vel egredi libere[p] conceditur; Tiuciense[q, 2] castrum stipatum sagittariis et militibus comitis Adolfi de Monte ei opponitur et adversatur. Renus superius et inferius, ne victualia vel mercimonia[r] per naves inferantur, clauditur[s, 3]. Sic itaque cives undique artati, et maxime per

Mai. 29. (beside line 1)
Iun. 19. (beside "populo, in die sanctorum martirum Gervasii et Prothasii")

Recensio II. codd. B.

Per idem tempus Phylippus rex circa pentecosten celebrem curiam Spirae habuit, ubi Adolfus episcopus de Coloniensibus querimoniam facit. Ibi Phylippus rex — — preceperunt. Sic eo deposito, secundum sentenciam summi pontificis Bruno Bunnensis prepositus in episcopum eligitur. Unde mox — — dimicant. *ut Recensio I.*

a) fecit *C* 2. b) eius v. *C* 2. c) *deest C* 1. d) iudice *add. C* 1. e) *deest C* 2. f) Protasii *B* 1. g) Bunn. *C* 2. h) Frigilbertum *C* 1. i) preposito *C* 1. 2. k) factoribus *C* 1. l) comburuntur *B*. m) et o. *B* 1. n) et spoliationes *C* 1. o) enim *C* 2. p) libere *post suppl. B* 1. q) Tuiense *corr.* Tuiciense *C* 1, *et ita C* 2. r) mercennaria *C* 1. s) concluditur *C* 1.

1) *Cf. epistol. ap. Ficker p.* 310 *sq.* 2) *Deutz.* 3) *Cf. Cont. II, p.* 175.

Recensio I. codd. C.

castrum ipsis oppositum — sagittarii enim in domo predicti comitis Adolfi constituti cum[a] sepius sagittis suis eos impeterent et maledicta et convicia plurima proferrent, — naves maximas cum propugnaculis in medio Reno statuunt et balistarios et sariantos[b], qui illis in faciem fortiter resistant, plurimos constituunt. Naves etiam alias instaurant, per quas sepius transvecti eundem comitem et suos inpugnant, villas quoque super litus Reni sitas ipsi subditas rapinis et incendio devastant; et sic per annum et dimidium vario eventu simul confligunt et dimicant[c].

Sept. 8. Post nativitatem vero beatae Mariae Philippus rex, maximo exercitu congregato, Mosellam transivit, et in festo
Sept. 29. sancti Michaelis archangeli ante menia civitatis Coloniae
Sept. 30. veniens, eam impugnare cepit. Sequenti vero die in superiori parte civitatis tentoria sua figit et tota die illa eam impugnat et impetit. His autem qui intus erant fortiter repugnantibus et adversariis viriliter resistentibus, Deo etiam per merita sanctorum, quorum corpora in ea requiescunt, ipsam protegente, nichil ibi laudabile gessit, sed cum per 5 dies eam impetisset et maximum dampnum suorum accepisset, tam in captione quam in occisione[d] nobilium et maxime equorum, quorum maxima multitudo ibi prostrata fuit, relicta obsidione recedit et cum universo exercitu ad expugnandam Nusiam procedit. Quam cum acriter impugnaret, illi de suis viribus diffidentes, in deditionem venerunt, civitatem eius precepto Adolfo episcopo tradiderunt et obsidibus ei datis servire promiserunt[1]. Hiis gestis, totam terram illam concremando, diripiendo pertransit, et sicut in

---

Recensio II. codd. B.

Post nativitatem vero beate Marie Phylippus rex, maximo exercitu congregato, Mosellam transivit, et in festo sancti Mychahelis archangeli ante menia civitatis Colonie veniens, eam inpugnare cepit. Sequenti vero dię in supęriori parte civitatis tentoria sua figit, et tota die illa eam impugnat et impetit. His autem qui intus[e] erant fortiter repugnantibus et adversariis viriliter resistentibus, cum per 5 dięs eam impeteret et nichil proficeret, sed maximum dampnum suorum precipue equorum ibidem acciperet, relicta obsidione recedit et cum universo exercitu ad expugnandam Nusiam procedit. Quam cum acriter impugnaret, illi de viribus suis diffidentes, in dedicionem venerunt, civitatem eius precepto Adolfo episcopo tradiderunt et obsidibus ei datis servire promiserunt. His gestis, totam terram concremando, devastando, pertransiens, recedit.

a) *deest* C1. b) sariantes C1. c) *sequitur effigies Philippi regis, hanc inscriptionem prae se ferens:* PHILIPPUS REX C2. d) occasione C1. e) int' (inter?) B1.

1) *Cf. Cont. II, supra p.* 178.

Recensio I. codd. C.

Iohel propheta dicitur: *Residuum locustae comedit brucus* Ioel 1, 4.
et cetera[a], quicquid antea ab episcopis et eorum sequacibus remanserat intactum, cum suis omnia consumit, munitiones circumquaque sibi servire et obsides dare compellit, et sic recedens, Bonnam[b] venit. Venerunt autem Coloniam hiis diebus quidam abbates de grisio ordine a capitulo Cisterciensi missi, ut de componenda pace in[c] regno inter utrosque reges agerent. Qui ibidem a cunctis benigne suscepti, auditi et dimissi, Bonnam ad Philippum regem se contulerunt. Quos et ipse gratanter suscipiens, et causam negotii intelligens, ducem Austriae et alios[d] nobiles viros cum eisdem ad Ottonem remisit regem, plurima ei promittens, si regno cederet. Sed hec res ad effectum non pervenit.

Litterae etiam domni papae[1] illis diebus Coloniae presentantur, in quibus invasores[e] ecclesiarum iubentur excommunicari et tota terra eorum sub interdicto poni. Unde magis in insaniam versi idem raptores omnem furorem suum in clerum exagitant, curtes et predia eorum sibi vendicant, reditus omnes per biennium diripiunt, et in tantam paupertatem ecclesiae deveniunt, ut, quicquid ornatus in auro et argento et gemmis preciosis in eis ab antiquitus servatum fuerat, totum distractum et venditum sit.

Recensio I. et II.

Anno Domini[f] 1206.

Philippus rex cum exercitu iterum ad inferiores partes descendens, occurrente sibi Adolfo episcopo cum comitibus et ceteris nobilibus terrae, totum episcopatum secundum libitum suum[g] omnia sibi subiciendo percurrit. Rex autem Otto et Bruno, qui ipso mense in archiepiscopum ordinatus fuerat a Sifrido[h] Mogontino, presentibus duobus episcopis de Brittannia a rege Angliae missis[2], cum 400 militibus et duobus milibus peditum de Colonia exeuntes, cum eodem confligere statuerunt. Sed traditione Heinrici de Limburh[i] ad castrum quod dicitur Wassinberh[k, 3] eum prosecuti et in palustria loca deducti et ab hostibus circumventi, terga

---

Recensio II. codd. B.

Littere etiam domni papae in his diebus — — venditum sit. = *Recensio I.*

a) R. l. c. et cetera bruchriis quicquid *C*1. b) Bunnam *corr.* Bonnam *C*2. c) in r. *des.* *C*2. d) nobiles alios *C*2. e) *deest* *C*2. f) dominice incarn. *C*2. g) *deest* *B*1. h) Syfr. *B*1. i) Linburg *C*2; Lymburg *B*1. k) Wassinberg *C*1; Wassinberch *B*1.

1) *De quibus cf. Winkelmann l. l. p.* 393. 2) *Cf. Cont. II, p.* 179: qui ad hoc ipsum iussu apostolici de Anglia illuc advenerant. 3) *ad Roer fluvium.*

Recensio I. et II.

dantes fugere ceperunt. Quos mox adversarii insequentes et omnia quae secum detulerant depredantes, plures etiam ibi milites ceperunt. Rex vero cum episcopo castrum ingressus, sed statim ab inimicis undique vallatus, occulte inde egrediens cum tribus sociis, evasit; episcopus autem ibidem capitur et Philippo regi offertur, quem manicis ferreis constrictum secum duci iubet. Multi etiam ibi[a] de vita diffidentes, paludes et aquosa loca ad occultandos se ingrediuntur; cetera multitudo armis spoliati et vestibus nudati turpiter revertuntur. Post hec ambo reges, mediante Heinrico de Kalinthin, familiare colloquium iuxta Coloniam habuerunt; sed quid simul contulerint vel consiliati fuerint, non omnibus illo in tempore innotuit. Philippus igitur rex revertens quendam montem nomine Gimmich[b. 1] iuxta Regiomagum occupat et ad detrimentum totius provinciae ibidem castrum[c] collocat. Colonienses vero considerantes sibi totum imperium adversari et ubique suos conatus frustrari, consilio et auxilio ducis Brabantiae et ceterorum nobilium terrae, Philippum regem Bobardiae adierunt et ibidem ei reconciliati gratiam eius meruerunt. Qui etiam postea, misso Spirensi episcopo[2] Coloniam, fidelitatis ab eis iuramentum exigit.

Per idem tempus Otto rex de Colonia exiens, Bruneswich[d] venit, ibique rebus suis ordinatis, per mare navigio Angliam intravit. Ubi a rege Angliae, avunculo scilicet suo, et cunctis eius baronibus cum magno honore suscipitur et per aliquot tempus detinetur, et postea dimissus ab eodem accepta magna pecunia, revertitur.

1027. *Febr.* 28. Eclipsis solis facta est 2. Kal. Marcii hora diei 10. Nam plurimi humanum capud se in sole vidisse testati sunt[e].

[10]. Anno Domini[f] 1207.

Philippus rex[g] Sinceche[h] colloquium cum quibusdam principibus et primoribus[i] terrae illius habuit. Ubi a Colo-
Apr. 21. niensibus invitatus in vigilia paschae[3] Coloniam venit, et cum maximo honore et favore tam a clero quam a cuncto populo suscipitur. Qui etiam ibi per 9 dies demoratus, omnes iniustas[k] exactiones vectigalium et iniustas monetas abiurare et[l] pacem firmam stabilire et iurare precepit.

Eodem anno duo cardinales, Hugo scilicet Ostiensis episco-

a) ibidem *C*1. b) *vocabulo eraso, man. s. XV. eius loco nomen* Landzcrōn *supplevit B*1, Gymnich *rubro colore in loco vacuo suppl. B*2; Gymmith *C*1. c) castrum Lantzkron *vocabulo eraso manu s. XV. scriptum B*2. d) Brunesvich *C*1. 2. e) c. in sole se vidisse testantur *B*. f) dominice inc. *C*2. g) *deest C*1. h) Sincegeh *C*1; Sinsegeh *C*2. i) primoriis *B*1. k) iniustas exact. vectig. et *des. C*2 l) et pacem f. st. et iurare *des. C*1.

1) *Hodie Landskron.* 2) *Conrado.* 3) *Cf. notam supra p.* 181.

Recensio I. et II.

Leo Sanctae Crucis presbyter, ad regem Philippum in Alemanniam a curia Romana missi venerunt, ut ipsum et Ottonem regem ad pacem et concordiam revocarent, inordinata in regno ordinarent et[a] pro Brunone Coloniensi archiepiscopo, quem iam per annum captum tenebat, ut[b] libertati redderet, intercederent.

Philippo igitur rege circa festum sancti Andreae apostoli *Nov.* 30.
apud Augustam civitatem Sueviae celebrem curiam habente, prefati cardinales affuerunt; ubi plurima coram eis et principibus de pace et compositione [regni[c]] inter papam[d] et reges tractata sunt. Ibi etiam Adolfus quondam[e] Coloniensis archiepiscopus eosdem cardinales adiens, interventu regis a banno solvitur et, ut ad satisfactionem Romam procedat, ipsi indicitur. Rex etiam consilio et petitionibus cardinalium adquiescens, Brunonem vinculis absolvit et, ipsis revertentibus, ad gratiam summi pontificis eum Romam transmisit.

[11.] Anno dominicae[f] incarnationis 1208.

Philippus rex patriarcham Aquileiensem[1] cum aliis honoratis viris ad sedem apostolicam misit[2] pro confirmatione federis et compositionis quae per cardinales inchoata fuerant[g], pro consecratione imperiali, pro restitutione domni Adolfi. Apostolicus autem ipsum Adolfum ad[h] se cum legatis regis supplicem venientem in osculo pacis suscepit, sed tamen quod circa Brunonem fecerat ratum esse volens, cum per biduum coram eo ab[i] utrisque satis allegatum fuisset, ipsum[k] Brunonem in episcopatu confirmavit, litteras suas Coloniam ad clerum et populum et ad quosque nobiles terrae illius transmittens, omnes ad eius favorem et obedienciam sollicitavit[3]. Formam eciam pacis et composicionis, pro qua prefati legati advenerant, cum suis consecretalibus approbans, rursum predictos cardinales remisit et, ut ad unguem ipsum negocium perducerent, imperavit. Quibus Alpibus transcensis, cum ad exequendum mandatum[l] ipsius in Theutoniam[m] pervenissent[n], rumor pessimus percrebuit, scilicet[o] Philippum regem a palatino comite de Wittillinsbach[p] Ottone[q] apud Bavinberh[r] interemptum[s]. Nam cum idem rex in
festo sancti Albani filiam fratris sui Ottonis de Burgundia *Iun.* 21.

a) *deest C* 1. 2. b) ut liberatur *in loco raso C* 2; ut l. r. *des. B* 1. c) *deest C* 1. 2. d) papam et *iam erasa in B* 1; *exstant C* 1. 2. e) Colon q. arch. *B* 1. f) Anno Domini *B* 1. g) fuerat *C* 1. 2. h) *incipit aliud fragmentum C, ubi pariter ac in B* 1 *saepius* e *pro* ae *etiam in fine verborum; cum vero codd. minime sibi constent, hoc retinere nolui.* i) s. a. ab utroque f. *C.* k) episcopum *C* 1. l) *post suppl. C.* m) in Theutonia terra *C* 2. n) per *post add. C.* o) palatini *add. sed del. C.* p) Wittillinbach *C*; Witillinsbach *C* 1; Witullinsbach *C* 2. q) Octone *C, et ita post*; a p. c. O. de W. apud *C* 2. r) Bavinberg *B* 1. *C* 1. 2. s) peremptum *B* 1.

1) *Wolfgerum.* 2) *Cf. Philippi chartam LL. II, p.* 213. 3) *De Innocentii epistolis v. Böhmer, Reg. p.* 215, *nr.* 241, *et Winkelmann I, p.* 354 *n.* 1.

Recensio I. et II.

nuptam tradidisset duci Meraniae[1], et cum maxima gloria
ad deducendam puellam processisset, et reversus in civitatem
[sanguinem[a] in vena minuisset et] meridiano tempore omnibus
recedentibus solus in quodam lobio cum episcopo Spirensi
et aliis duobus, scilicet camerario et dapifero suo, reman-
sisset, ille nefarius[b] homo cum 16 militibus armatis adve-
niens, introitum petiit. Qui cum iussu regis intromissus
esset[c], aliis foris remanentibus, gladium latenter de manu
cuiusdam armigeri tulit et quasi salutaturus regem[d] accessit.
Quem cum audacter in capud eius vibrasset, uno ictu eum
interfecit. Quo statim mortuo, episcopo Spirensi se occul-
tante, alios duos in eum irruere volentes[e] fortiter vulneravit,
et sic[f] egressus, ascenso[g] equo, cum suis fugere cepit. Sic
rex Philippus, cum per 10 annos circunquaque[h] potentes[i] et
nobiles perdomuisset[k], civitates[l] et provincias subdidisset[m],
papam etiam sibi[n] iam reconciliatum haberet, [et[o] iuxta
voluntatem suam omnia sibi prospere successissent], secundum
disposicionem[p] Dei, in cuius manu sunt omnium[q] potestates
Dan. 2, 21. et omnium[r] iura regnorum, et qui [mutat[o] tempora et etates],
transfert regna atque constituit, 11. anno vitam cum regno
perdidit. Sepultus est ibidem sequenti die, 10. Kal. Iulii,
Iun. 22. scilicet in festo sancti Albini.*

Sifridus igitur Mogontinus, capto apud Wassenberch[s] Bru-
none archiepiscopo, occulte de Colonia exiens, Romam ad
apostolicum se transtulit, ubi per biennium in ecclesia sanctae
Sabinae, ubi cardinalis erat, degens, Philippo rege occiso, a
papa ad sedem propriam remittitur, et auctoritate ipsius eiecto
Lůpoldo, á cunctis Mogontiae[t] cum gloria suscipitur. Cum
quo etiam Bruno** a papa honorifice dimissus rediens, in festo
Sept. 11. sanctorum martyrum Proti[u] et Iacincti cum maximo tripudio
et gaudio a cuncto clero et populo Coloniae suscipitur. Sed[v],
proch dolor! gaudium illud in brevi mutatum est in merorem
et luctum[w]. Nam terrore adventus eius cum tota provintia
a predonibus purgata quiesceret, Adolfus etiam quondam
Coloniensis archiepiscopus gratia reconciliationis ad eum

*) *In C hoc loco sequitur:* Ipso anno 3. Idus Aprilis — argenteo.
**) archiepiscopus *add.* *B* 1.

a) *desunt B* 1. b) r. vesanus h. *in C legit P., sed litterae hae avulsae sunt.* c) fuisset *B* 1. d) regem *ante* sal. *post suppl. B* 1. e) volentibus *C. C* 1. 2; in e. i. v. *post suppl. B* 1. — graviter *C.* f) *deest C;* mox *B* 1. g) accenso *post corr.* ascenso *B* 1. h) *ita C.* i) principes *B* 1. k) subdidisset *B* 1. l) provincias et civitates *B* 1. m) perdomuisset *B* 1. n) *e corr. B* 1. o) *des. B* 1. p) sicionem Dei *superscr. C.* q) ium *e corr. C.* r) omnia *C* 1. 2, *corr.* omnium *C; deest B* 1. s) Wassinberg *B* 1; Wisinberg *C* 1. 2. t) Mag. *C* 2. u) Prothi *B* 1. *C* 1. 2. v) *deest C* 2. w) et terrorem *add. sed del. C.*

1) *Ottoni.*

Recensio I. et II.

Coloniam[a] veniens secundum preceptum papae eius obedientiae se[b] submisisset, ceteri quoque eius fautores[c], comites et nobiles, certatim ad eundem venientes fidelitatis iuramentum prestitissent et obedire promitterent, languore[d] corripitur, et in castro quod dicitur Blankenberch[e.1] per aliquot dies in lecto décubans, sequenti die post festum omnium sanctorum morte prevenitur. *Nov. 2.* Corpus eius Coloniam[f] reportatum in maiori ecclesia beati[g] Petri apostoli cum planctu et lacrimis plurimorum sepelitur.

Item[h.*] anno Domini 1208, ab Urbe autem condita 1959, completis ab origine mundi annis[i] sex milibus quadringentis septem, in festo sancti Martini apud Frankinvort[k] *Nov. 11.* celeberrimus conventus principum fuit[l], et ut plures testati sunt qui presentes aderant, non in pluribus annis tot nobiles, tot potentes insimul convenisse. Ubi Otto rex 93.[**] loco ab Augusto ab omnibus in regem eligitur, diadema cum lancea imperiali ei assignatur, filia Philippi regis cum universis quae possederat in dotem ei datur[†]. Quae etiam coram rege et principibus de morte patris conquesta, iudicio omnium predictus palatinus et eius fautores[m] proscribuntur et dampnantur. Ibi rex primo, deinde ceteri principes iurant firmam pacem terrae marique servandam, omnes iniustas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Karolo Magno instituta[2] observanda et tenenda. Generali igitur electione Coloniae habita, prioribus non concordantibus, rex missis litteris adventum suum prestolari deposcit. Qui etiam ante natale[n] Domini Coloniam veniens, cum honore maximo suscipitur; ubi Theodericus[o], prepositus Sanctorum Apostolorum, eius consilio et auxilio ab omnibus in episcopum eligitur, et a cunctis nobilibus terrae ipsa electio approbatur. Regalia quoque de manu eius suscipiens, ducatum Angariae — Philippo felicis[p] memoriae Coloniensi archiepiscopo a Friderico imperatore traditum[3], expulso Heinrico duce Saxoniae, patre ipsius regis, — cum ducatu Lotharingiae[q]

*) Per idem tempus in festo *C.*
**) 93. l. ab A. *des. C.*
†) assignatur *C, ubi* Quae — dampnantur *des.*

a) Colonie *C.* b) *deest C*1. c) factores *C.* d) langore *C. C*1. — promittitur *add. C*1. e) Blankenberg *C*1, *m. poster. corr.* Blandenberg *C*2; Blankinberg *B*1. f) *plures lineae avulsae C;* Colonie *B*1. g) sancti *B*1. h) *deest C*2. i) *post suppl. B*1. k) Frankenvort *C*1; Frankinfort *C*2. l) *pergit C, ubi* fuit ut etiam. m) factores *C*1. n) natalie *corr.* natale *C.* o) Teod. *C.* p) felici *B*1. 2. *C. C*2; phelici *C*1 q) Logar. *C*; Lotar. *C*1.

1) *ad Sieg fluvium.* 2) *Cf. Pacis chartam a Friderico I. datam, Acta imp. p.* 130. 3) *Cf. supra a.* 1180, *p.* 130.

Recensio I. et II.

coram Heinrico palatino comitę Reni, fratre eius, et principibus qui presentes aderant ipsi assignavit[a].

Ipso etiam anno audiens papa per totam Proventiam[b] plurimas civitates cum baronibus et nobilibus terrae et clero a fide catholica recessisse et in heresim decidisse, cardinalem quendam[1] virum sapientem et religiosum illuc transmisit, ut predicatione et exhortatione sua illos ad fidem revocaret. Qui mox ut fines illorum[c] attigit et eis euvangelium pacis obtulit, illi infelices ut aspides obturantes aures suas[d], eundem virum sanctum comprehendentes[e] crudeliter interemerunt. Cuius corpus a fidelibus collectum et ad cenobium monachorum Sancti Egydii translatum, ibidem ab abbate et fratribus sepultum est. Sed transacto anno cum ex iussione summi pontificis sepulchrum aperiretur, ut corpus martiris in ecclesiam translatum in loco decentiori iuxta tumbam sancti Egidii poneretur, ita recens carne et sanguine sine aliqua corruptione inventum est, acsi eodem die ibi positum fuisset. Tanta etiam illic fraglantia[f] suavissimi odoris emanavit, ut qui presentes aderant totam ecclesiam plenam aromatibus esse putarent.

Otto palatinus comes, interfector Philippi regis, iuxta Danubium in quadam curti monachorum de Evera[2] latens, Heinrico de Kalinthin proditur[g], et mox a militibus eius circumventus, crudeliter occiditur[3] et ut decuit digna morte vitam finivit.

Apr. 11. Item[h] ipso anno 3. Idus Aprilis allatae sunt[i] nobis reliquiae capitis beati Pantaleonis patroni nostri, quae per Heinricum de Ulmene[k.4] de Constantinopoli[l] cum aliis innumeris reliquiis translatae, et ab eo per domnum Albertum abbatem[m] de Lacu[5] nobis transmissae, et cum maxima veneratione tocius cleri et populi susceptae, reconditae sunt cum aliis preciosissimis reliquiis in capite argenteo et[n] deaurato.

2. annus Ottonis[o]. Anno Domini 1209.[p]

Innocentius papa audiens principes tocius imperii Ottonem in regem elegisse, et eorum consilio Philippi regis filiam, quamvis consanguinitate ei iunctam, propter bonum pacis et concordiae illi in matrimonio sociasse, iterum supra-

a) *desinit fragm. C.* b) Provinciam, *manu s. XV. superscr.* Provencie *C2*; Provintiam *C1*. c) eorum *B1*. d) *deest B1*. e) appreh. *B1*. f) *ita B1. C1. 2.* g) proditus *B1*. h) Ipso anno *C, ubi haec supra post* Albini *leguntur.* i) n. s. *C.* k) Ulmen *C.* l) Constantinopolim *C.* m) Abbertum *corr.* abbatem *C.* n) et d. *des. C.* o) 12. *B1, ubi* a. O. *des.*; 2. a. O. *des. C2.* p) 1209. *e corr. B1.*

1) *De Petro de Castelnau Cisterciensi (non cardinali) sermo esse videtur. PL.* 2) *Ebrach; cf. de loco Winkelmann I, p.* 477 *n.* 3) *Anno* 1209, *Mart.* 4) *De quo cf. Gesta Trev. cont., SS. XXIV, p.* 392. 5) *Laach.*

Recensio I. et II.

dictos cardinales, scilicet Hugonem Hostiensem[a] episcopum et
Leonem, in Alemanniam ad regem et [reliquos[b]] principes
misit et quod factum fuerat auctoritate sua confirmavit. Qui
etiam singulas civitates tam Saxoniae quam Alemanniae
visitantes et iusticiam undique ecclesiis facientes, post pascha *Mart. 29.*
Coloniam venerunt, ubi a Theoderico[c] Coloniensi archielecto
et universo clero cum gloria suscepti et cum[b] magno honore
per dies 15 sunt detenti. Theodericus[d] Coloniensis
electus[e] sabbato post pentecosten a Theoderico[d] Traiectensi *Mai. 23.*
episcopo in presbiterum ordinatur, et sequenti dominica, id *Mai. 24.*
est octava pentecostes[f], a Goardo[1] Leodicensi[g] antistite
presentibus suffraganeis suis in archiepiscopum consecratur.

Ipso siquidem anno abbas Cysterciensis[2] et alii abbates
eiusdem ordinis iterum a papa in Proventiam[h] convertendi
gratia Begginos[3] ad fidem mittuntur, sed ab eis contempti
et cum ignominia repulsi sunt.

Eodem etiam anno Otto rex Italiam cum magno apparatu
intravit; ubi principes tocius Longobardiae ei occurrentes cum
gloria susceperunt, civitates et castella eius dominio subdi-
derunt, infinitam pecuniam vectigalium et tributorum a tem-
poribus Heinrici imperatoris reservatam tradiderunt. Post hec
Romam progressus, occurrente sibi papa cum cardinalibus
et senatu, cum honore suscipitur, et sequenti dominica post
festum sancti Michaelis[i] archangeli, id est 4. Non. Octobr.[k], in *Oct. 4.*
ecclesia maiori beati Petri apostoli in imperatorem conse-
cratur. Quo consecrato, oritur inter eos controversia propter
marchiam domnae Methildis[l], quae quondam fuit filia Rûtgeri[m]
principis Siciliae[4], viri famosissimi, et uxor Cunradi regis,
filii imperatoris[n] Heinrici IIII, viri[5] catholici et apostolicae
sedi subiectissimi, qui contra voluntatem patris per quasdam
Italiae partes et nomen et dignitatem regis annis fere 9 ob-
tinuit et terram spaciosissimam possedit. Post cuius mortem
illa turturina predita fide secundos detestabatur amplexus,
et in viduitate permanens, marchiam sibi a viro relictam
ut vir sapientissimus gubernabat. Quae ad senilem perve-
niens aetatem, circumventa a papa tunc temporis, marchiam

a) Ostiensem *B* 1. b) *deest B* 1. c) Teod. *C* 2. d) Teod. *B* 1. *C* 2. — igitur *add. B* 1. e) archielectus *C* 2. f) pentec̄ *B* 1; pentecosten *C* 2. g) Leodiensi *C* 2. h) Provintiam *C* 1. 2. i) Mychahelis *B* 1. k) quarto Nonas Octob. *antea post* sequenti dominica *C* 1. l) Methyldis *C* 1. 2. m) Rutgeri *B* 1; Rotgeri *C* 1. n) H. imp. *B* 1.

1) *Infra a.* 1212, *p.* 234. *Huardus dicitur, procul dubio idem qui Hugo, ut alibi scribitur.* 2) *Arnoldus.* 3) *Qui alibi Albigenses dicuntur.* 4) *Confundit auctor h. l. Mathildam marchionissam et Mathildam, uxorem Conradi regis.* 5) *Haec ex Ekkehardi loco a.* 1099. *in ipsa hac chronica descripto sumta sunt.*

Recensio I. et II.

imperium attinentem, quam regebat, magistratibus et potestatibus insciis et inconsultis, beato Petro[a] tradidit. Quae tamen post mortem eius ab imperatoribus sedi apostolicae ablata et imperio restituta est. Hanc igitur terram papa ante consecrationem eius[b] sibi restitui postulans, imperator ut novus homo et rei nescius annuit et promisit; sed post consecrationem, a potestatibus et magistratibus revocatus et prohibitus, minime restituit.

Hoc anno erat aestas tonitruis, fulminibus et imbribus valde tempestuosa, et hyems nimis asperrima.

3. annus[c]. Anno Domini 1210.

Novus imperator in Italia commoratur, quae ordinanda et disponenda per provincias et civitates erant ordinans et disponens; Apuleam etiam imperio restituere volens, quam Syculus[d] a papa in féado se tenere affirmabat, quam eciam quidam Rutgerus[e] nomine quondam imperio vi ablatam invaserat, exercitum satis copiosum per quosdam primores terrae illius in eam transmisit, quos postea subsecutus iuxta Capuam commoratur. Hinc gravissimae discordiae et[f] inimiciciae inter papam et ipsum oriuntur. Imperator a papa excommunicatur. Imperator, per civitates et castra[g] custodibus deputatis, ne cui adeundi papam pro aliquo negocio liceat, interdicit.

Hoc anno in adventu Domini quidam heresiarcha Bernhardus[h] nomine cum aliis 9, quorum 4 sacerdotes erant, Parisius venientes, occulte pervertere populum nitebantur. Qui episcopo proditi comprehenduntur et coram magistris et clero statuuntur. Sed cum satis cum eis de fide disputa-
Dec. 20. tum fuisset, de heresi convicti et a rege in vigilia Thomae apostoli incendio perire iussi sunt. Ipsa eciam die tam vehementissimus ventus fuit, ut per provincias plurima edificia deiceret et arbores maximas funditus evelleret.

Eodem etiam anno hortatu apostolici plurima multitudo ex omni Francia, Anglia et Lotharingia cruce signati ad eosdem Begginos[i] profecti sunt. Qui ductoribus et rectoribus, abbate scilicet Cysterciensi[k] et Symone comite de[l] Monte-forti ad Tolosam civitatem munitissimam deducti, eam obsidione cinxerunt. Sed cives cum fideles et christianos se faterentur et a catholica fide numquam recessisse, acceptis ab eis 200 obsidibus ex melioribus, recesserunt et terram Remundi, qui erat capud et princeps tocius perversitatis et ab eis quasi Deus colebatur, intraverunt, omnia depopulantes, quasdam etiam civitates cum castellis capientes et quos ad fidem re-

a) *deest C1.* b) *deest B1.* c) 13. *B1; deest numerus C2, ubi* dominice incarnationis. d) Seculus *C1.* e) Růtger. *C2;* Rotgerus *C1, et ita infra.* f) et i. *des. B1.* g) castella *B1.* h) Bernard. *C1. 2.* i) Beggenos *C1.* k) Cysternensi *corr.* Cystercíensi *B1;* Cisternensi *C2.* l) de Monte *des. C1.*

Recensio I. et II.

ducere non poterant igne cremantes. Ipsum etiam in firmissimo et altissimo castro nomine Termis[1] cum Rutgéro[a], filio sororis comitis Sancti Egydii, milite pulcherrimo et ditissimo, obsederunt; ubi etiam idem Rutgerus sagitta interiit[2]. Ipse autem Remundus, cum per 5 dies ibidem obsideretur, et cottidie populo se monstraret auream habens in capite cassidem, tamen diffidens de firmitate castri, nocte cum 100 sociis occulte descendens, in manus 40 peregrinorum, qui ad quendam fontem potare de castris ierant, incidit; a quibus cum omnibus suis capitur. Sed cum infinitam pecuniam, ne in manus Theutonicorum traderetur, promitteret, non adquieverunt, sed capitaneis exercitus eum presentaverunt. A quibus cum[a] ad fidem rectam redire hortaretur, et non adquiesceret, incarceraverunt eum; ubi et mortuus est. Castrum etiam capientes et incendio destruentes, uxorem simul eius cum sorore ipsius et filia eius virgine et aliis nobilibus ceperunt. Quae dum nec blandiciis nec minis molliri possent, ut relicto errore ad veritatis tramitem redirent, instructo ingenti rogo, omnes crematae sunt.

Annus 4. imperii[b]. Anno Domini 1211.

Otto imperator prosperis utens successibus, totam sibi Apuleam[c] et Calabriam subiecit, civitates in deditionem accepit, castra militibus suis munivit[d]. Ibi etiam quidam principes Siciliae cum Sarracenis, qui fortissima castra in montanis tenebant, eum invitantes, totam Siciliam eius ditioni subdendam promittebant. Ipso anno multitudo nobilium superiorum* partium et innumerabilis turba ex Suevia et Alemannia ad Begginos iterum profecta, plurimas civitates et castella[e] ceperunt et magnam multitudinem illorum[f] incendio et suspendio necaverunt, [Tolosam[g] etiam civitatem rursum obsederunt. Sed cum ibidem nichil proficerent, recesserunt], terram quam subegerant comiti Symoni de Monte-forti tuendam commendantes. [Post[g] quorum recessum Tolosenses cum ceteris Begginis Massamutum regem Marroch[h.3] petentes, contra

*) ex diversis partibus cum turba innumerabili ad *B.*

a) dum *B* 1. b) 4. *corr.* 14. *B* 1; *desunt* *C* 2. c) Apuliam *C* 2. d) militibus intravit *C* 1. e) castra *B* 1. f) eorum *B* 1. g) *des. B.* h) Myrroth *C* 1.

1) *Hodie Termes, inter Carcassonne et Narbonne ad meridiem situm.* 2) *Iam a.* 1208. *Carcassonnae captus et mortuus erat. Haec et quae sequuntur minus recte tradita, res a.* 1210. *et* 1211. *confusae sunt. PL.* 3) *De rege Muhammed sermo est, qui a.* 1211. *Hispaniam intravit; cf. supra p.* 188. *Massamut nomen esse gentis Berbericae, monuit Platner.*

Recensio I. et II.

catholicos eius implorabant auxilium. Qui votis eorum annuens, congregata mox innumerabili multitudine Sarracenorum, ad expugnandam et subdendam sibi terram christianorum transmisit. Qui navigio mare transeuntes, primo terram regis Hyspaniae invadentes et usque ad 7 dietas omnia devastantes, civitates cum castellis[a] ceperunt, occisis et[b] fugatis habitatoribus earum christianis. Bellum etiam idem Massamutus omnibus in cruce Christi gloriantibus sequenti anno indixit quarta feria ante pentecostes].

Ipso etiam anno Syfridus Mogonciensis[c] archiepiscopus* cum Herimanno lantgravio et rege Boemiae et quibusdam principibus et nobilibus terrae apud Bavinberg[d] colloquium habuit, ubi episcopum[1] ipsius civitatis propter necem Philippi regis expulsum restituerunt. Causa etiam huius negotii fuit, ut secundum preceptum papae Ottonem imperatorem relinquerent et Fridericum[e] regem Siciliae, filium Heinrici imperatoris, eligerent. Sed cum plures assensum non preberent, infecto negotio recesserunt. Syfridus** similiter a papa se legatum per Alemanniam constitutum affirmans, Ottonem imperatorem [sepius[f]] excommunicavit, et missis litteris suis ad omnes archiepiscopos et episcopos, ut ipsum[2] facerent, auctoritate apostolica precepit[3]. Unde commotus palatinus comes Reni Heinricus, frater imperatoris, cum duce Brabantiae et ceteris nobilibus Lotharingiae et superiorum partium totum
Sept 29. episcopatum Mogonciensem[g] circa festum sancti Michaelis incendio et rapina vastavit, nichil preter civitates et castra
1212. intactum relinquens. Eodem† anno in quadragesima impera-
Febr. tor de Italia rediit [et[h] apud Frankinvort in die palmarum
Mart. 18. cum quibusdam principibus et nobilibus colloquium habuit, ubi de iniusta excommunicatione papae in eum facta[i] querimoniam facit].

5. annus imperii[k]. Anno Domini 1212.

Imperator apud Nurinberg[l] celeberrimam curiam circa
Mai. 13. pentecosten habuit; ubi omnibus qui presentes erant principibus causam werrae inter ipsum et papam innotescit [et[h] omnes sibi favorabiles reddit]. Regnum etiam Boemiae, abiudicatum Odacrio regi per sentenciam principum, filio[m] ipsius[4],

*) et legatus a papa constitutus[5] *add. B.*
**) Ibi etiam Syfridus episcopus Ottonem *B.*
†) Tunc etiam circa quadragesimam *B.*

a) et castellas *C*1. b) ac *C*2. c) Mogontinensis *B*1. d) Bavimberg *C*1; Bavinbert *C*2. e) Frederic. *C*2 *semper.* f) *deest B.* g) Mogonciense *C*1. 2. h) *des. B.* i) factam *C*1. 2. k) 15. *B*1; *desunt C*2. l) Nyrinberg *C*1. m) *deest C*1.

1) *Egbertum.* 2) *i. e. idem facerent.* 3) *De tempore v. Winkelmann II, p.* 274 *n.* 4) *Wratislavo.* 5) *Quod demum a.* 1212. *factum est; Lehmann p.* 63; *Winkelmann II, p.* 305 *n.*

Recensio I. et II.

presentibus supanis et pluribus nobilibus terrae, cum 6 vexillis assignat. Nam matrem iuvenis[1], sororem scilicet marchionis[2] de Missene[a], repudiaverat et filiam[3] regis[b] Ungari duxerat. [Cum[c] Mogontino eciam et[d] lantgravio contra ipsum imperatorem ad eligendum alium regem conspiraverat. Ibi eciam episcopus de Bavinberg cum fratre suo duce Meraniae in gratiam imperatoris venit; qui et cancellarius eius constituitur].

Leodium in die ascensionis Domini a duce Brabantiae *Mai. 2.* H[einrico], fugato Hůardo[e.4] episcopo, capitur, et maxima preda et innumerabiles[f] diviciae a militibus et sariantis ibi diripiuntur*. In ipsa etiam vigilia ascensionis Adolfus *Mai. 1.* quondam Coloniensis archiepiscopus Coloniam veniens, prioribus et clero se a papa investitum et Theodericum[g] officio et beneficio destitutum affirmabat, pro eo quod a Syfrido Mogontiense archiepiscopo et legato sedis apostolicae propter Ottonem imperatorem excommunicatus missas celebrasset et crisma confecisset. Clerum etiam sibi obedire auctoritate[h] apostolica precepit. **

Eodem anno multitudo populi ex omni Saxonia et Westfalia et Fresia et diversis partibus cruce signati ad expugnandos Begginos proficiscuntur. Quorum multi, terrore exercitus relictis civitatibus et castris, fugierunt[i], alii miseratione Dei per cardinalem, qui a sede Romana illuc missus fuerat, relicto errore ad fidem catholicam revocantur; ecclesiae aperiuntur et mundantur, officia divina resumuntur, missae publicae coram peregrinis celebrantur. His ita[k] patratis, quidam ad natale solum revertuntur, quidam cum duce Austriae Lutpoldo[l] ad Hyspaniam[m] contra ethnicos pugnaturi progrediuntur. Ibi enim infinita multitudo Sarracenorum et ceterorum gentilium, a Massamuto rege Marroch[n] missi[o], navigio mare transierant[p], ut illi totam Hyspaniam subicerent et omnes christianos ex ea eliminarent. Commisso itaque bello a rege Hyspaniae[5] et ceteris christianis cum eis[q], domino Deo[r] populo suo victoriam conferente, innumerabilis multitudo

*) *C1 in marg. addit:*
Anno milleno ducenteno duodeno
Legia vastatur cum Christus ad astra levatur.

**) *B add.:* Teodericus vero archiepiscopus, cernens se a clero derelictum, ad satisfactionem Romam progreditur, ubi per longum tempus[6] demoratur.

a) Mysene *C*1. 2. b) *deest C*1. 2. c) *desunt B.* d) *deest C*1. e) *deest C*2. f) plures *B* 1. g) Teod. *B* 1, *saepius.* h) apost. auct. *B* 1. i) fugerunt *B* 1. k) itaque *C* 1. l) Lupoldo *C*2. m) Hyspanias *B* 1; Yspaniam *C*1. n) Marroth *codd.* o) *ita codd.* p) transierat . . . subiceret . . . eliminaret *B* 1. q) eo *B* 1. r) et *add. C*1; eciam *add. C*2.

1) *Adelam.* 2) *Theoderici.* 3) *Constantiam, filiam Belae regis.* 4) *Cf. supra p.* 229. 5) *Alfonso; a.* 1212, *Iul.* 16. 6) *Usque ad a.* 1216; *v. infra p.* 237.

Recensio I. et II.

eorum prosternitur, ceteri autem ad naves fugientes in mare demerguntur.

Ipso etiam anno ex omni Francia et Theutonica pueri diversae etatis et conditionis cruce signati ad subventionem Sanctae Terrae Iherosolimam proficisci divinitus sibi imperatum affirmabant. Quorum exemplo multitudo iuvenum et mulierum cruce se signantes, cum eis ire disponunt. Quibus etiam quidam maligni homines admixti, ea quae extulerant et[a] a fidelibus cottidie accipiebant, [illis[b] committebant, sed illi], nequiter et furtive [ea[c]] subtrahentes, [congregata[c] pecunia] occulte recesserunt. Quorum unus Coloniae comprehensus, suspendio vitam finivit. Multi etiam illorum in silvis et desertis[d] locis estu, fame et siti perierunt; alii Alpes transgressi, mox ut Italiam intraverunt, a Longobardis spoliati et repulsi, cum ignominia redierunt.

Iul. Circa idem tempus[1] Otto imperator Thuringiam cum exercitu intrat, et ad iniuriam Herimanni[e] lantgravii totam terram illam igne et ferro vastat; Northusin etiam nuptias celebravit, ducens filiam Philippi regis, quae sibi desponsata fuerat; quae quarta die[2] rebus excessit humanis.

Item ipso anno Fridericus rex Siciliae, filius Heinrici imperatoris, Romam veniens, a papa cum honore suscipitur, et quorumdam principum auxilio Italiam transiens, in Alemanniam venit; ubi a cunctis principibus et nobilibus superiorum partium letus suscipitur. Otto vero imperator cum exercitu illi occurrere statuit; sed videns infirmiorem partem suam, dimisso exercitu, occulte ad inferiores partes se transtulit. Ipse autem Fridericus Mogontiam veniens, in festo
Nov. 30. sancti Andreae apostoli celebrem[f] curiam habuit[3]; ubi plurimi principes ab eo inbeneficiati fidelitatis iuramentum prestiterunt.

Dec. 6. Theodericus Traiectensis episcopus in die sancti Nycholai obiit; pro quo Otto, frater comitis [G.[g.4]] de Gelrin, [adhuc[c] iuvenis] succedit.

6.[h] Anno Domini 1213.

Symon de Monte-forti cum christianis qui ei in auxilium venerant ad[i] Tolosam civitatem contra comitem Sancti Egydii[5] et Begginos profectus, bellum instituit. Ubi congressione facta, rex Arrogone[k.6], qui ei* in auxilium venerat, occiditur, et christiani victoriam consecuntur.

*) Begginis *B* 1.

a) *deest C* 1. b) *haec des. B* 1; i. c. *des. C* 2. c) *desunt B* 1. d) in d. *C* 1. e) Hermanni *C* 1. f) *deest C* 1. g) *deest B* 1; c. G. comitis *C* 1. h) 16. *B* 1; *deest C* 1. 2. i) *deest B* 1. k) *syllaba* Ar *in loco raso B* 1; Terrogone *C* 1. 2, *quod auctor scripsisse videtur.*

1) *Cf. Cont. II, supra p.* 188. 2) *V. supra p.* 189. *n.* 2. 3) apud *Frankenvort recte Cont. II. l. l.* 4) *Gerhardi.* 5) *Raimundum.* 6) *Petrus.*

Recensio I. et II.

Eodem anno Philippus rex Franciae cum maximo exercitu Flandriam intravit, ut Ferrandum comitem expelleret et terram suo dominio subiugaret. Sed non secundum voluntatem suam evenit. Nam plurimis suorum ibidem occisis, cum magno detrimento et ignominia victus rediit. Circa autumnum etiam dux Brabantiae cum episcopo Leodicense[a. 1] dimicans superatur; ubi omnes fere sui aut occiduntur aut capiuntur.

Item ipso anno[2] Otto Monasteriensis episcopus Coloniam veniens, a quibusdam fautoribus imperatoris capitur, et Werde[b. 3] missus, iussu ipsius vinculis mancipatur. Quapropter civitas[4] a Syfrido sedis Romanae legato excommunicatur, divinaque officia in ecclesiis celebrari prohibentur.

7.[c] Anno Domini[d] 1214.

Domnus papa dolens Terram[e] Sanctam tanto tempore sub potestate et ludibrio paganorum constitutam, missis litteris suis per omnes fines christianorum, quoslibet ydoneos magistros predicare crucem precipit; unde mox[f] per diversas provincias[g] innumerabilis multitudo pro amore Christi et liberatione Sanctae Terrae cruce se signat[h].

Eodem anno Otto imperator terram comitis[5] de Gelre[i] igne et ferro vastat. Circa Iulium etiam mensem idem imperator cum comite Flandriae Ferrando et duce Brabantiae et plurimo exercitu contra regem Galliae ad bellum proficiscitur; ubi iuxta Tornacum prelio commisso, rex Galliae victoriam obtinuit. Ferrandus cum pluribus nobilibus tam Flandriae quam Lotharingiae[k] ibidem capitur, et Parisius missi, vinculis mancipantur[l]. Ipso etiam tempore Fridericus rex Siciliae cum validissimo exercitu Mosellam transivit et terrore suo quoslibet nobiles terrae illius ad favorem suum inclinavit. Deinde Mosam transiens, ducem Brabantiae petiit. Qui celeri adventu eius perterritus[m], ad[n] eundem supplex venit, fidelitatem promisit, insuper filium suum et alios nobiles viros obsides dedit.

Item ipso anno 2. Non. Marcii cometa stella apparuit, et 1215.
16. Kalendas Aprilis eclipsis lunae fuit.

8.[o] Anno Domini 1215.

Fridericus rex apud Andernacum colloquium Kalendis *Mai.* 1.
Mai cum nobilibus terrae illius habuit; ubi dux Baioariae[6] et

a) Leodiense *C* 2. b) Werdene *B* 1. c) 17. *B* 1; *deest C* 1. 2. d) *deest C* 2. e) Sanctam Terram *B* 1. f) *deest B* 1. g) *deest C* 1. h) signant *C* 1. i) Gelrin *B* 1. k) Lotar. *B* 1. l) mancipatur *C* 2. m) territus *B* 1. n) supplex ad eum *B* 1. o) 18. *B* 1; *deest C* 2.

1) *Hugone, prope Steppes, Octob.* 2) 1214. *in quadragesima; supra p.* 191. 3) *Kaiserswerth.* 4) *Colonia.* 5) *Gerhardi.* 6) *Ludovicus.*

Recensio I. et II.

plurimi nobiles cruce signantur. Otto itaque imperator Coloniae diu cum uxore commoratus et ab omnibus derelictus, cum nullas preces pro absolutione episcopi, quem captum[a] Werde tenebat, admitteret, Adolfus comes de Monte ipsum castrum ubi[b] tenebatur obsedit. Quod dum per plurimos dies inpugnaret et parum proficeret, tandem per fossores maximas cavationes per fundamentum turris faciens, ipsos defensores castri in desperationem induxit. Qui necessitate compulsi episcopum cum ipso castro [comiti[c]] tradiderunt, liberum recessum cum suis
Iul. 24. omnibus ab eodem impetrantes. Quod factum est in vigilia sancti[d] Iacobi apostoli. In ipsa etiam vigilia Fridericus[e] rex Siciliae cum quibusdam principibus et nobilibus tocius Lotharingiae Aquisgrani veniens, sequenti die, scilicet in festo
Iul. 25. sancti Iacobi, a Syfrido legato apostolicae sedis, Coloniensi[f] archiepiscopo non existente, in regem ungitur et in regali sede collocatur. Quo mox consecrato, Iohanne Xantensi scolastico ibidem[g] crucem predicante, ad subventionem Sanctae Terrae cruce signatur. Post quem Syfridus Mogontiensis archiepiscopus, Leodicensis[h], Bavinbergensis[i], Pactaviensis[1], Argentinensis[2] episcopi, dux Meraniae, dux Brabantiae, H[einricus] dux de Limburch[k], dux de Ancei[3], palatinus comes de Tuingin, marchio de Bade[l], L[udewicus][m] comes de Los[n], W[ilhelmus][o] comes de Iuliaco, H[einricus] comes de Seine, H.[4] comes de Monte et alii plurimi nobiles et magna multitudo[p] equestris ordinis cruce signantur[q]. Post hec T[heodericus][r] Trebirorum archiepiscopus Coloniam veniens, cives ad concordiam et subiectionem regis[s] Friderici hortabatur. Quod dum[t] cum
Aug. 4. duce Brabantiae[u] elaborasset, in octava sancti Pantaleonis missas in ecclesia sancti Petri celebravit, clerum et populum a nodo excommunicationis absolvit. Nam civitas per annum et quinque menses propter imperatorem excommunicata et sub interdicto posita fuerat et divina officia[v] in ecclesiis omissa. In ipsa etiam die Fridericus rex civitatem ingressus, a civibus et clero suscipitur, et[w] per 7 dies ibidem demoratus, omnes presentes nobiles tam superiorum quam inferiorum

a) Werdene captum *B* 1. b) quo *B* 1. c) *deest B.* d) beati *B* 1. e) *deest C* 1; F. *B* 1. *C* 2, *plerumque.* f) Coloniense *corr.* Colonie *B* 1; Coloñ. *C* 1. g) cr. ib. *B* 1. h) Leodiensis *C* 2. i) Bavimbergensis *C* 1. k) Limburg *C* 2.; Lynburg *B* 1. l) Balde *C* 1. m) S. *B* 1. n) Lo *C* 2. o) *deest C* 1. p) eq. ord. mult. *B* 1. q) signatur *C* 1. r) *post* archiep. *ponit B* 1. s) F. regis *B* 1. t) *deest C* 1. 2. u) ibidem *addit C* 2. v) in eccl. off. *B* 1. w) *deest C* 2.

1) *Udalricus.* 2) *Heinricus.* 3) *Nancy; i. e. dux Lotharingiae; cf. Schirrmacher, 'Kaiser Friedrich II', p.* 287. *P.* 4) *potius Adolfus V,* 1189—1218. *P. Sed an is tunc Aquis fuerit, dubium videtur; Winkelmann II, p.* 394 *n.* 1. *Fortasse de eius genero et successore* (1218) *Heinrico cogitavit auctor.*

Recensio I. et II.

partium falsas monetas et iniustas exactiones vectigalium abiurare et firmam pacem firmare precipit.

Ipso anno 5. Kal. Septembris circa horam primam diei *Aug. 28.*
terrae motus fuit.

Eodem etiam anno papa Romae concilium habuit. Ubi tam de transmarinis partibus quam de cunctis christianorum finibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatis ecclesiarum congregatis, in ecclesia sancti Iohannis baptistae concilium in festo sancti Martini inchoatum et usque ad *Nov. 11.*
festum sancti Andreae protractum; nichil dignum memoriae *Nov. 30.*
quod commendari possit ibi actum est, nisi quod orientalis ecclesia, quod antea inauditum fuit, se subditam Romanae ecclesiae exhibuit. Nam Constantinopoli duo in patriarchas electi Romam [ad[a] concilium] venerunt et iudicio papae se submiserunt. Quos[b] ambos consilio cardinalium deposuit et tercium substituit et investivit et ad propriam[c] sedem remisit. Tidericus* igitur archiepiscopus[d] Coloniensis diu ibidem demoratus cum officii sui restitutionem minime inpetrare[e] posset, priores ecclesiae acceptis a papa litteris alium eligere iussi sunt. Qui Coloniam redeuntes et secunda feria post dominicam 'Invocavit me' in ecclesia beati Petri convenientes, Engilbertum maiorem prepositum in episcopum elegerunt[1].

9. annus[f]. Anno Domini 1216.

Fridericus rex in festo apostolorum Philippi et Iacobi *Mai. 1.*
curiam apud Wirzeburg** habuit; ubi Petrus cardinalis Sanctae Potentianae a domno papa missus affuit. Huic curiae Engilbertus Coloniensis electus se exhibuit, et[g] a domno Petro cardinale confirmatus, regalia a Friderico rege [ibidem[h]] suscepit.

Eodem[i] anno a venerabili Tiderico[k] Heistorum episcopo consecrata est ecclesia sancti Pantaleonis[l] 5. Kal. Mai. Nam *Apr. 27.*
quondam, scilicet anno dominicae incarnationis 980[m.2], consecrata fuerat a Warino venerabili Coloniensi archiepiscopo, sed propter violata cornua altarium principale altare cum

*) *In cod. C1 haec iterum infra ita leguntur:* Anno dominice incarnationis 1218. Theodericus Coloniensis archiepiscopus diu Rome demoratus — — elegerunt. Eodem anno Fridericus — — dictus est Honorius.

**) Nurinberch[3] *B1.*

a) *desunt B1.* b) Qui *B1.* c) s. p. *B1.* d) Colon. archiep. *B1.* e) impetrasse *C1.* f) 19. *B1*; *desunt C2.* g) et a d. *des. C1'.* h) *deest B1. C1'.* i) Ipso *C1'.* k) Theoderico *C1'.* l) Panthal. *C1.* m) 990. *corr.* 980. *C2.*

1) *Anno* 1216, *Febr.* 29. 2) *V. supra p.* 31. 3) *Quod perperam scriptum est.*

Recensio I. et II.

duobus[a] altaribus ex utraque parte, scilicet beatorum Petri et Pauli, destructis[b] et novis reparatis, consecrata sunt cum capellula sanctuario contigua, quae in honore sanctae Katerinae[c] virginis consecrata est.

Ipso[d] etiam anno post octavam apostolorum [Petri[e] et Pauli[1]] Innocentius papa obiit; cui Cincius[f] cardinalis Quatuor Coronatorum succedit, et dictus est Honorius.

Item ipso anno Iohannes rex Angliae, diu dissidens cum baronibus et nobilibus terrae suae, cum se ei opponerent, quosdam ex eis capiens crudeliter interemit, ceteros[g] in Lunnense[2] civitate, quae est metropolis Angliae, obsedit. Quos[h] dum cottidie acrius inpeteret, illi angustiati occulte nuncios mittentes, Ludewicum[i], filium regis Franciae, in auxilium accersierunt. Qui pluribus navibus advectus, eum ab obsidione recedere coegit, et ab ipsis susceptus ipsumque[k] regem circumquaque[l] persecutus, [castella[m] et] civitates plurimas sibi subiecit[n]. Iohannes igitur rex pre dolore languore correptus moritur[3], et[o] succedit Heinricus, filius eius. Qui, reconciliatis sibi baronibus terrae, Ludewico regi Franciae secundo cum copioso exercitu et pluribus navibus Angliam revertenti occurrit, et navali prelio commisso[4], magnam multitudinem exercitus, captis et submersis navibus, occidit ipsumque in quodam fortissimo castro obsidione cinxit, et in tantum artavit, ut totam terram, quam pater suus patri eius abstulerat, datis obsidibus reddi promitteret[p].

[2.[q] annus Friderici regis]. Anno dominicae incarnationis 1217.

Andreas rex Ungariae, Lupoldus dux Austriae cum episcopis et comitibus et copiosa multitudine signatorum mare transeunt.

Recensio prior ut videtur cod. C1.

Andreas rex Ungarie, Lupoldus dux Austrie, Bavimbergensis episcopus cum fratre suo duce Meranie et copiosa multitudine signatorum mare transeunt. In Maio etiam mense naves onuste omni apparatu victualium et armorum de diversis partibus adventantes, equoreum iter ingresse et in portu Anglie cui nomen Dormude 350 coadunate, oppansis velis et 7. die navigationis sue prosperante Deo in portum civitatis Pharan applicuerunt. Ibi navibus egressi, ad Sanc-

a) c. aliis duobus *B* 1. *C* 1'. b) ibidem d. *B* 1. *C* 1'. c) Kather. *C* 1. 1'. d) Eodem *C* 1'. e) *des.* *B* 1. f) Cyncius *B* 1. *C* 1'. g) reliquos *B* 1. h) cum *add.* *C* 1. i) Ludow. *C* 1. k) s. r. c. p. est *B* 1. l) subesse (subēē) *addit* *C* 2. m) *desunt* *C*. n) subiciens *B* 1; *deest* *C* 2. o) et *corr.* cui *C* 2. p) *sequitur imago Friderici regis, cui superscriptum:* FRIDERICUS REX. *C* 2. q) *haec desunt* *C* 1. 2

1) *i. e. Iul.* 6; *Innocentius III. obiit d.* 16. *Iul.*; *v. Potthast, Reg. I, p.* 460. 2) *London.* 3) *Octob.* 19. 4) *Anno* 1217, *August. Quae sequuntur non plane cum vera historia conveniunt.*

Recensio I. et II.

[Tercia[a] expedicio ab Andrea rege et aliis principibus imperii].

Item[b.1] Wilhelmus[c] comes Hollandiae et Georgius comes de Wide cum aliis cruce signatis Teutoniae ad Terram Sanctam navigio proficisci desiderantibus super unum de nobilioribus terrae fluviis, fluvium Mosam, congregati sunt apud Vlerdinge[2]. Quarto igitur Kal. Iunii predicti peregrini se *Mai. 29.* et sua illi commendantes, cui est in vestimento et femore scriptum: *Rex regum et Dominus dominantium*, oppansis *1. Tim. 6, 15.* velis leti mare conscendunt. Sicque in pulchro comitatu sulcantes equora, in Kal. Iunii[d] applicant in Anglia apud *Iun. 1.* Dertmudin[e.3]. Tercio Nonas huius mensis hinc recedentes, *Iun. 5.* perveniunt ad mare Brittannicum, ubi inter rupes in mari latentes confracta est navis de Munheim[f.4]. Inde applicant in Brittannia apud Sanctum Matheum[5] in finibus terrarum, quod vulgari nomine Fineposterne[6] dicitur. Hinc perveniunt

Recensio prior ut videtur cod. C1.

tum Iacobum ad oratum pergunt. Egressi inde ad Ulixibonam civitatem Yspannie pervenerunt. Ubi dum per aliquod tempus commorantes se recrearent, instrumenta et utensilia navium repararent, episcopus prefate civitatis cum episcopo Egrensi eos aggressus, magnis precibus ad obsidionem civitatis Alkaz nomine invitabant. Erat autem ipsa civitas in confinio eorum supra mare sita, turribus et propugnaculis fortissima, in qua predones, scilicet Sarraceni, commorantes, inauditis calamitatibus et miseriis terra marique christianos opprimebant. Sed dum plures non acquiescerent, sed ceptum iter peragere se affirmarent, Wilhelmus comes Hollandie, Georgius comes de Withe cum 180 navibus ibi remanserunt, reliquis recedentibus. Civitas in festo sancte Praxedis vir- *Iul. 21.* ginis obsidetur, machina maxima de trabibus navium fabricatur, magnelle ante portas collocantur. Princeps civitatis nomine Albira, veritus excidium civitatis, nam sepius audatiam*

*) *Reliqua pars lineae vacua relicta est; sequitur statim:* Anno d. inc. 1218. Theodericus Coloniensis archiepiscopus — — et dictus est Honorius (*supra p.* 237 *n.* *). *Deinde sequuntur:* Item Willelmo comes Hollandie et Georgius comes de Wide cum aliis cruce signatis *etc.*

a) *ita rubra in margine B* 1. 2. b) *alia ut videtur manu pergit B* 1. c) Willelmo *C*1. d) Iulii *codd.* e) Dertmuden *C*1. 2. f) Munhem *C*2.

1) *Haec sumta sunt ex relatione quam etiam in historia cod. Lugdunensis Voss. Lat. fol. nr.* 95, *olim S. Pantaleonis, exscriptam videmus; cf. Append. nr. V. Aliam relationem ab Emone receptam v. SS. XXIII, p.* 478 *sqq., quam a nostro exscriptam esse, minus recte Wilken, 'Kreuzzüge' VI, p.* 163 *n. statuit.* 2) *Hodie Vlaardingen.* 3) *Dartmouth.* 4) *Mülheim?* 5) *S. Mathieu inprovincia Bretagne.* 6) *Finisterre.*

Recensio I. et II.

ad portum Phare[1] in regno Legionensi. Ibi naves in portu
relinquentes, petunt limina gloriosi apostoli Iacobi in Con-
postella. Item prefati cruce signati in martyrio beatorum
Iun. 29. Petri et Pauli naves intrant, mare ascendunt; ubi orta tem-
Iul. 2. pestate sevissima, separatae sunt naves 6. Nonas Iulii, et comes
Hollandiae portum[2] petiit cum pluribus navibus in regno
Portugalense[a], in cuius introitu tres naves confractae sunt;
comes vero de Wide cum aliis navibus reliquum[b] intravit
Iul. 10. portum in eodem regno. Inde recedentes 6. Idus Iulii,
Iul. 11. proxima sequenti feria portum intrant Ulixibonensem; est
enim Ulixibona civitas optima, optime sita, in eo scilicet[c]
loco ubi auriferus Tagus mari occeano copulatur. Hanc enim
civitatem quondam construxit Ulixes, cum a Troia post eius
destructionem recessit; prius enim ibidem invenerat Achillem
inter filias Lycomedis in veste muliebri latentem. Nunc
autem ibi[d] veneratur corpus beati Vincentii levitae et martiris.
Cum itaque dicti crucesignati per aliquot dies in hoc loco
morarentur, exspectantes alias naves cum quibus condixerant,
accesserunt ad eos Severius episcopus Ulixibonensis, episcopus
Elborensis, Martinus commendator miliciae de Palmela, Tem-
plarii, Hospitalarii cum aliis nobilibus Portugaliae, suas eis
continuas tribulationes et angustias ex nimia vicinia Sarra-
cenorum querulose ac lamentabiliter exponebant, asserentes,
castrum quoddam esse in foribus ipsorum a Sarracenis in-
habitatum nomine[e] Alchaz[3], a quo olim fratres qui de Gladio
appellantur sunt eiecti et captivati, addentes etiam, hoc
castrum in pensione 100 christianorum suo regi de Marroch[f]
singulis annis fore obligatum. Sicque petierunt, ut intuitu
christianae religionis ab incolis huius loci valida manu eos
dignarentur liberare, cum hoc castrum esset clavis et ante-
murale tocius erroris Hyspaniae. At dicti comites consilio
cum discretis habito, attendentes viam maris ex inequalitate[g]
temporis eis esse preclusam, et presentiam ipsorum Terrae
Sanctae minus fore[h] utilem, maxime cum Romanorum rex et
Romani cum multis principibus Alemanniae hoc tempore non
transeant, elegerunt potius in obsequio divino medio tempore
insudare et inimicorum fidei[i] fines invadere, quam apud
locum aliquem quiescendo tamquam servi inutiles ocio vacare.
Sicque ad obsidendum prefatum castrum conspiratum est.
Ab hoc itaque facto plurimi discordabant, et maxime Fre-
Iul. 26. sones[k], qui proxima sequenti feria post festum Iacobi ab

a) Portubilense *corr.* Portugal. *B* 1. b) *ita codd.;* cum reliquis navibus i. *Rel.* c) *post suppl. B* 1. d) *deest C* 1. e) n. A. *prima manu in margine suppl. B* 1. f) Maroch *C* 1. g) equalitate *C* 1. h) esse *C* 1. 2. i) fines fidei *C* 1. k) Frisones *C* 1. 2.

1) *Vares in Gallicia. P. De Ferrol cogitavit PL.* 2) *Oporto?* 3) Alcoz *Relatio l. l. p.* 419; *Alcacer do Sol.*

Recensio I. et II.

Ulixibona cum 80 navibus vel paulo plus recesserunt [1]. Tercio igitur Kal. Augusti a dictis comitibus obsessum est castrum; *Iul. 30.* sed 3. Non. huius mensis advenerunt in pulchro comitatu *Aug. 3.* prefati episcopi et fratres miliciae Sancti Iacobi, qui et de Gladio appellantur, cum aliis nobilibus de regno Portugaliae. Statim post hec impletum est fossatum, et factus est insultus, et instrumenta bellica sunt contra murum [a], et interfecti sunt tam christiani quam Sarraceni, isti lapidibus, illi sagittis. Postea accesserunt fossores sub terra fodientes, ut murum deicerent; at [b] Sarraceni e contrario fodientes nostros inpedierunt; tamen tam illorum labore tam ex istorum circa festum sancti Bartholomei cecidit una turris; nec tamen patuit aditus; *Aug. 24.* interior enim pars parietis mansit. Proxima itaque sequenti feria post festum nativitatis sanctae [c] Mariae contra christianos [d] *Sept. 9.* congregati sunt quatuor reges Sarracenorum in multitudine gravi, rex scilicet Sibiliae [2], quae alio nomine Hispalis dicitur, in qua quondam beatus Ysidorus erat archiepiscopus, et rex de Corduba, unde Lucanus exstitit oriundus, sicut eius epitaphium testatur:

Corduba me genuit, rapuit Nero, prelia dixi,
Que gessere pares, hinc socer, inde gener;

tercius rex de Iehen [3], quartus de Badalouz [e. 4]. Isti reges fixere tentoria prope christianos ad unam leucam, volentes christianos de prefato castro effugare et captivatos secum abducere. Sed omnipotens Deus, qui superbis resistit humilibus dans gratiam, dignatus est suos confortare tribus miraculis preostensis. Ipsa enim die ad vesperas apparuit *Sept. 10.* triumphale in aere vexillum sanctae crucis in signum victoriae. Post noctis medium venit in adiutorium christianorum Petrus magister miliciae Templi, et in ipso conflictu [f] visa est candidatorum turba celitus missa. Mane autem facto, in die videlicet Prothi [g] et Iacincti, in maxima elatione dicti reges a *Sept. 11.* parte orientali ad pugnam sunt ordinati. At christiani, minores hiis numero, maiores autem merito, suas acies debito ordine struxerunt a parte occidentali. Unde refulsit sol in clipeos [h] aureos, et resplenduerunt montes ab eis, et fortitudo gentium corde confusa est. Quid plura? Illi in viribus, isti in fide confidunt. At Martinus commendator Palmele, parvus corpore, corde leo, vexillum [5]

dextra vibrans clipeumque [i] sinistro

a) *supple:* directa. *P.* b) et *C* 1. 2. c) beate *C* 2. d) crist. *B* 1; *alibi compendio scr.* e) Badaloirz *C* 2. f) afflictu *C* 1. 2. g) Proti *B* 1. h) clyppeos *B* 1 *hic et infra.* i) que *in loco raso B* 1.

1) *De his Relatio l. l.* 2) *Sevilla.* 3) *Iaen.* 4) *Badajoz.* 5) *Sequentia usque ad verba:* hic obruta casside cassis *versibus heroicis, oratione soluta intermixta, conscripta sunt. P.*

Recensio I. et II.

lateri adaptans, galeato vertice parumper demisso, cornipedem acuto calcare pungens[a], ruiturae gentis medium prorupit in agmen; cui non minor ipso iungitur in pugna Petrus magister miliciae Templi; quos audacter sequitur non segnis turba suorum. Hic equus opponitur equis, hic[b] ensibus ensis, hic clipeus clipeis, hic obruta casside cassis. Quid plura?
cf. Prov. 30, 13. Qui est ante secula humiliavit eos, quorum prius sublimes erant palpebrae et supercilia erecta. Nam duo reges ibi ceciderunt, ille scilicet de Corduba et ille de Iehen[c], preterea plus quam 14 milia Sarracenorum, preter captivos, qui infiniti erant. Insuper etiam galeae, quas per mare adduxerant[d], fugatae sunt. Reliquerunt etiam in campo omnia
Oct. 21. tentoria cum tota suppellectili sua. Circa festum vero 11 milium virginum per fossores cecidit altera turris. Tunc demum perterriti infelices[e] castrum reddiderunt et se et sua in manus christianorum dederunt, qui omnes venundati sunt. Inventae sunt enim in hoc castro tam de viris quam de mulieribus quam parvulis personae circa duo milia et 50. Et redditum est castrum ex parte peregrinorum fratribus de
Nov. 1. Gladio. Post festum omnium[f] sanctorum vero universus exercitus crucesignatorum reversus est Ulixibonam, tota hyeme ibidem bonam ducens vitam.

Oliv. Nov. 3. Item[1] eodem anno 6. feria[g] post festum omnium sanctorum patriarcha Iherosolimitanus cum magna devotione tam cleri quam[h] populi tollens vivificae crucis lignum, profectus est[i] ab Acaron[k] in castra Domini, quae iam precesserant ad Recordanam. Hoc autem dulce lignum, post Terram Sanctam perditam reverenter repositum, diligenter servatum est usque ad hec tempora. Inminente siquidem conflictu Sarracenorum cum christianis, cogitaverunt prudenter christiani dividere lignum in duas[l] partes et partem unam ad prelium deferre, quae ibidem perdita fuit, et partem aliam reservare, quae nunc exhibetur; cui rex Ungariae et dux Austriae de loco castrorum progressi nudis pedibus occurrentes, deosculati sunt eam, cum tali signo obviam euntes soldano Babilonis, cuius filius Coradinus[m] iactaverat se pugnaturum cum christianis, qui Acaron[k] fuerant congregati. Ideoque ordinatis aciebus obviam illi processerunt per planum Fabe usque ad fontem Tubanie, multum eo die laborantes. Premissis etiam exploratoribus, pulvis ascendens a longe adversariorum motum indicabat; sed incerti fuerunt, utrum contra eos an fugiendo properarent. Sequenti vero die secus montes Gelboe, quos habuerunt ad dexteram et paludem ad sinistram, incedentes,

a) pugens *codd.* b) *post suppl. B* 1. c) Iehen *C* 2. d) adduxerunt *B* 1. e) infideles *legendum esse videtur. P.* f) o. s. *in margine suppl. B* 1, *ubi* vero *deest.* g) 6. f. *in margine B* 1. h) quam populi *des. C* 1. 2. i) *deest C* 1. 2. k) Accaron *C* 1. 2; Acon *Ol.* l) in p. *B* m) Caradinus *C* 1.

1) *Haec ad verbum fere cum Oliverii epistola Coloniensi archiepiscopo scripta, Cod. Guelf. Gud. nr.* 151 *(cf. Append.) conveniunt, compluribus omissis et paucis additis aliunde, ut videtur, sumtis.*

Recensio I. et II.

venerunt Bethsaidam, ubi castra fixerat adversarius. Sed trium regum, Ungariae scilicet, Iherosolimitani et Cipri, non sustinens presentiam, fugiens, terram vastandam christianis reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia sancti Martini, corpora sua pacifice laverunt, et requieverunt per triduum[a]; deinde secus litus maris Galileae tres mansiones fecerunt peragrantes [loca[b]], in quibus Salvator conversatus est, aspicientes Bethsaidam[c], civitatem Andreae et Petri, nunc in casale modicum redactam. Demonstrata sunt loca, ubi Christus discipulos vocavit et supra mare siccis pedibus ambulavit; desertum transierunt et loca ubi Dominus turbas pavit et ubi cum discipulis post resurrectionem manducavit, et sic per Capharnaum, in iumentis infirmos suos portantes, reversi sunt Acaron cum preda ac multitudine captivorum. Deinde ad montem Tabor pervenerunt, ubi[1] Coradinus castrum fortissimum cum septuaginta septem turribus construxerat, et duo milia conductorum militum[d] ad resistendum christianis locaverat. Ubi primo aquarum inopiam, postmodum per modicam fossionem invenientes, copiam pabuli et victualium habundantiam habuerunt; Sarracenum quoque impuberem ad eos descendentem baptizarunt. Porro prima dominica adventus Domini patriarcha cum vexillo crucis montem conscendit, episcopis et clero psallentibus et orantibus; verum licet mons ab omni parte preruptus sit et excelsus valde et impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam, milites tamen, satellites, equites et pedites, viriliter ascendentes[e], primo inpetu straverunt castellanum et admiraldum unum cum aliis interfectis, qui portas castri egressi fuerant ad defensionem montis. Ceteris autem in stuporem versis et intra menia receptis, quo hominum consilio vel Dei iudicio ab impugnatione castri recesserint et inglorii descenderint, ignoratur. In tercio equitatu, cui patriarcha cum ligno crucis et sacri episcopi non interfuerunt, multa dampna et incommoda tam per latrunculos quam hyemis asperitatem perpessi sunt, et presertim[f] in vigilia nativitatis Domini et nocte sequenti; quae nisi adbreviata fuisset, propter inopiam lignorum et vestimentorum penuriam magna pars exercitus perisset in finibus Tyri iuxta Sareptam. Post hec milicia Domini quadrifaria[g] divisa est. Reges Ungariae et Cipri cum magna multitudine peregrinorum et dampno terrae promissionis Tripolim profecti sunt, licet[2] multa supplicatio patriarchae et aliorum frustra regi Ungariae facta precesserit. Rex Cipri adolescentulus post modicum tempus in Tripoli mortuus est. Rex Iherosolimitanus et dux Austriae cum Monasteriensi et Traiectensi castrum Cesariense Palestinae semidirutum brevi tempore viriliter firmaverunt et utiliter; per quod Deo donante eadem civitas cito recuperabitur. Templarii vero cum paucis auxiliatoribus peregrinis et Hospitalariis de domo Teutonicorum castrum filii Dei, quod olim Districtum, nunc Castrum-peregrinorum appellatur[h] a quibusdam, edificare ceperunt; quod positum est in episcopatu Cesariensi inter Cayphas et Cesaream[i];

Oliv. — *Nov. 10.* — *Dec. 3.* — *Dec. 24.*

a) biduum *Ol.* b) *ita Ol.; deest codd.* c) Bets. *B* 1. d) *post suppl. B* 1. e) ascenderunt. Primo *C* 1. 2. f) *ita Ol.;* presenti *codd.* g) *lege:* quadrifarie. h) appellatur. a quibusdam edificare *B* 1. 2. i) Cesariam *B* 1. *C* 2 *e corr.*

1) *Haec tam in codice supra laudato quam in impressa Oliveri historia, ap. Eccard., Corp. hist. II, p.* 1398, *desunt.* 2) *Haec in Oliverii epistola desunt, sed etiam in historia infra in Append. edita legitur:* licet frustra ad manendum invitati.

Recensio I. et II.

Oliv. cuius situs talis est: Promunctorium magnum et altum mari imminet, munitum naturaliter scopulis versus occidentem et austrum et septentrionem. Modico[a] terrae spacio dudum turris ad orientem posita est, a Templariis edificata ac possessa tam werrae quam treugarum tempore. Fuit autem fundata propter latrunculos, qui in via stricta[b] peregrinis ascendentibus in Ierusalem insidiabantur; propter hanc causam Districtum fuit appellatum[c]. Porro toto fere tempore, quo castrum Cesariense firmaverunt et consummaverunt[d], Templarii ex adverso montis fodientes et magnis sumptibus laborantes, tandem ad fundamentum primum pervenerunt, ubi murus antiquus apparuit, argenti quoque moneta modernis ignota in vase fictili non modica; deinde in anteriori parte fodientes, alium murum priori breviorem invenere. Postmodum fontes novem largas aquas effundentes aperti sunt. Ibidem etiam lapidum et cementi copiam Dominus ministravit. Ante fontem[e] castri duae turres edificantur de lapidibus quadris tantae quantitatis, ut lapis unus vix a duobus bubalis in curru trahatur. Longitudo turris centum pedes habet et amplius, latitudo turris septuaginta quatuor. Utraque turris duas habet testudines, secundum quas altitudo disponitur. Inter utramque turrim murus novus consummatus est, et miro artificio equites armati ascendere possunt et descendere per gradus intrinsecus. Soldanus cum multitudine Sarracenorum hoc castrum aggrediens, ut inicia municionis destrueret vel occuparet, virtute Altissimi repulsus, recessit. Castrum hoc bonum habet portum, piscariis, salinis, pascuis, agris fertilibus habundat, nec est multum remotum a monte Tabor. Unde creditur quedam causa destructionis castri Tabor ab ipsis Sarracenis factae[f], quia nec seminare nec metere secure poterant propter habitatores castri filii Dei.

[3.[g]] Anno Domini[h] 1218.

Navalis[1] exercitus, qui apud Ulixibonam hyemaverat, *Mart. 31.* pridie Kal. Aprilis mare ascendit; contigit autem, quod comes de Wede[i] cum paucis navibus de nocte intraret portum quendam Sarracenorum in Kadie[k. 2], ubi duae naves in sicco manserunt, salvis tamen personis et rebus in eis existentibus. Non. Mai[l] transierunt mare strictum, quod dividit Europam ab Affrica et est latum fere tria miliaria[m]. Quod cum transissent, occurrerunt eis duae naves Sarracenorum, quarum spolia ablata sunt, nautae interfecti, naves exustae. Pridie *Apr. 12.* Idus Aprilis, scilicet in cena Domini, orta est maxima tempestas, et naves separatae sunt ab invicem, et quedam ex eis *Apr. 15.* batellos suos vi tempestatis perdiderunt. Nocte vero paschae sevior erat tempestas, et maximum passi sunt periculum. Unde quedam naves applicuerunt apud Barcinonam in regno

a) Modicum *C*1. 2. b) fricta *C*1. 2. c) *in margine suppl. B*1. d) consumav. *B*1. e) *ita etiam cod. Guelf. Oliveri;* frontem *ed. Ecc.* f) *ita Ol.;* facta *codd.* g) *deest C*1. 2. h) dominice *C*2. i) Wide *C*1. 2. k) Cadie *C*2. l) *ita B*1. *C*1*;* Nomen Marroch *C*2. *Locus corruptus videtur. In narratione supra allata nulla dies indicatur;* Aprilis *corr. P.* m) milia *alia manu corr.* miliaria *B*1.

1) *Cf. narrationem cod. Lugdun. in Appendice editam.* 2) *Cadix.*

Recensio I. et II.

Arragonensi, quedam apud Marsiliam, quedam transeuntes inter duas insulas, Sardeniam scilicet et Corsicam, pervenerunt ad Ianuam sive Pisam sive Messanam. Messana nobilissima metropolis est in Sicilia; habundat enim frumento, oleo et vino. Et sic successive transfretabant, et pervenerunt usque Acon. Ibi placuit patriarchae, regi, episcopis, ducibus, Hospitalariis, Templariis ceterisque crucesignatis navigio in Egyptum descendere et inimicorum sanctae crucis potentiam auxiliante Deo conterere. Unde accidit, ut in ascensione Domini, *Oliv.*
cum classis congregatio apud predictum castrum indicta fuisset et *Mai.* 25.
maiores diem et locum observarent, classis ipsa Christo duce prosperis
ventis usa, Damiatam infra triduum applicuit, et absque christianorum *Mai.* 28.
sanguinis inpensa terram hostilem viriliter occupavit, sine capitaneis, qui paulisper morati propter predictam causam nondum venerunt.
Est[1] autem Damiata sita inter litus maris et ripas Nili, in eo scilicet *Descr.*
loco ubi Geon, qui et Nilus, mari Mediterraneo recipitur, civitas pulcherrima et firmissima, infinitis turribus interius et exterius decorata, habens versus fluvium duplicem murum, versus siccum triplicem. Et nota, quod ante Damiatam in medio Nilo erecta est turris fortissima, a cuius pede maximae catenae protenduntur usque ad murum civitatis, ne pateat aditus navigio intrantibus vel egredientibus Egyptum nisi de licentia soldani. Hac enim via exeunt naves cum speciebus oneratae, venientes ab India et tendentes versus Syriam, Antiochiam, Armeniam, Greciam et Cyprum; et ab hoc transitu rex Babyloniae maximos recipit redditus. Hec civitas quasi caput et clavis est tocius Egypti; precellit enim in munitione Babyloniam, Alexandriam, Tanaim et cunctas civitates Egypti. Erecta sunt postmodum instrumenta bellica contra turrim *Oliv.*
Damiatae famosam, quae capud unum catenae continebat, reliquum turris una civitatis ad claudendum fluvium, ne naves ascenderent christianorum. Sed preter spem nostram et adversariorum timorem per partem alvei, quae est inter turrim et terram, versus castra militiae christianae galeidae sursum ductae sunt, licet turris defensores iaculis et lapidibus transitum inpedire niterentur. Constructae sunt postmodum duae scalae super coggones; quae dum traherentur ad turrim, et ut putabatur turris per eas capi posset, cum dolore nostro magno et stultorum blasfemia malus, in quo suspensa fuit scala Hospitalariorum, confractus decidit cum suo pondere. Et paulo post scala[a] ducis Austriae similiter decidit, fortes agonistas Christi deorsum precipitans et per martyrii palmam ad celos elevans. Tandem magister Oliverus Coloniensis scolasticus ex puris elemosinis pauperum[2] edificium construxit, in quo erant

a) scale *B* 1. 2.

1) *Haec ex 'Descriptione regum Agurenorum' cod. Guelf. Gud.* 131, *olim S. Pantaleonis, saepius etiam sub Iacobi de Vitriaco nomine impressa (Martene, Thes. III, p.* 267*) sumpta sunt, de qua cf. Zarncke, 'SB. d. Leipz. G. d. W.'* 1875, *p.* 145, *ubi ita legitur:* In hac terra ubi maior pars Nili recipitur in mari, inter ripas Nili et litus maris sita est Damiata, civitas *etc.; antea:* Gyon qui et Nilus appellatur. *Similis descriptio vero hoc loco historiae cod. Lugdunensis (v. Append.) inseritur.* 2) *Eadem fere verba in historia cod. Lugdunensis leguntur.*

Recensio I. et II.

Aug. 24. propugnacula et pons. Hoc opus in die sancti Bartholomei[a] turri appositum est, Sarracenis viriliter in eadem turri se[b] defendentibus, modo sagittis, modo lapidibus, modo lanceis et maxime per ignem. Attamen divina clementia orationibus et lacrimis pauperum placata, extinctus est ignis in ponte, et turrim christiani audacter intrant et capiunt, et sic quidam ex Sarracenis sunt interfecti, quidam in Nilo submersi, quidam se in aquam proicientes evaserunt, et plus quam centum capti sunt.

Eodem anno Otto imperator iam per annos octo vinculo excommunicationis a duobus apostolicis innodatus, cum sepius honoratos viros pro inpetranda venia Romam[c] mitteret, sed
Apr. 15. tamen stare mandato eorum non admitteret, post pascha febre corripitur. Deinde ingravescente morbo, ubi sibi diem mortis inminere cognovit, episcopum de Hildensheim[d, 1] et alios religiosos et sapientes viros, scilicet abbates et sacerdotes, convocat, et cum gemitu et lacrimis, quid sibi agendum foret, vel qualiter a nodo exconmunicationis absolvi posset, consulit. Ad quorum consilium cum mandato apostolici stare iurasset, ab episcopo absolvitur. Deinde ordinato testamento suo factaque confessione, cum perceptione sanctae communionis et sacrae unctionis, cum magna contri-
Mai. 15. tione cordis, in castro quod dicitur Harzberg Idus Mai[2] moritur. Corpus Bruniswich[e] translatum et imperialibus indumentis et ornamentis indutum, iuxta patrem suum et matrem suam[f] in ecclesia sancti Blasii sepelitur.

Oliv. Post[g, 3] captam siquidem turrim in profundo Nili fluminis sitam Saphadinus inveteratus dierum, malorum dolore, sicut asseritur, nimio tactus, exheredator fratruelum suorum[f] et usurpator regnorum Asiae,
Oct. 9. mortuus est et sepultus in inferno. Postmodum in festo sancti Dyonisii Sarraceni cum galeidis armatis inprovisi venientes et principia castrorum, ubi Romani tentoria[h] fixerant, invadentes, modica christianorum manu repulsi sunt, recurrentes celeriter ad galeidas; et qui gladios[i] persequentium effugere poterant, in Nilo submersi sunt circiter ad
Oct. 26. mille quingentorum numerum. Sane in festo sancti Demetrii, qui uterinus frater[k] eiusdem Dyonisii fuisse dicitur, summo diluculo Templariorum[l] castra invaserunt hostes, et modicum dampnum eis inferentes, per expeditos equites fugati sunt ad pontem, et ad numerum
Nov. 29. quingentorum ibidem interempti. Postea in vigilia sancti Andreae multa incommoda et adversa perpessi sunt fideles. Nam media nocte intumuerunt fluctus maris, crescentes et excursum terribilem facientes usque ad castra eorum. Ab alia parte fluvius inundans

a) Bartol. *B* 1. b) *deest C* 2. c) Romam *m. secunda s. XIII. post suppl. B* 1. d) Hildensseim *C* 1. e) Brunswich *C* 1. 2. f) *deest B* 1. *C* 2? g) *quae sequuntur usque ad a.* 1220 *init. alio atramento aliaque, ut videtur, manu conscripta sunt B* 1. h) ten | tentoria *B* 1. i) galeidos *C* 2. k) *deest C* 1. 2. l) Hospitaliorum *cod. Guelf.*

1) *Sigifridum.* 2) *Potius Mai* 19, *ut Cont. II. indicat.* 3) *Quae sequuntur ex altera Oliveri epistola, ap. Gelenium p.* 329. *edita, sumta sunt neque ex historia cod. Guelf. ex ipsa petita, quam in Appendice exhibemus.*

Recensio I. et II.

occupavit incautos; natabant tentoria, perierunt cybaria, et nisi fossatum [extitisset[a]], quod ad muniendum se fecerant, homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset ad hostes. Nec tamen hoc periculum evaserunt quatuor coccones[b], super quos edificata fuerant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta navi, quae inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum precipitati, ante oculos eorum sunt igne Greco conbusti. Post dictam tempestatem naves parabantur ad transitum fluminis; quae cum magno periculo sursum ascendentes, inter civitatem[c] et turrim captam machinis[d] et igne Greco et iaculis plurimum sunt inpeditae. Unde accidit, ut una navis Templariorum vi torrentis rapta[e], prope ripam civitatis precipitaretur ad hostes; qui cum barbotis et uncis ferreis inpugnaverunt eam diutius, ignem Grecum cum lapidibus desuper proicientes de turribus. Et cum sic prevalere non possent propter defensorum audatiam, certatim navem ascendentes, precipites in eam[f] descenderunt[g] ad Templarios. Unde, cum diutius pugnaretur, tandem navis perforata, sive ab hostibus sive a fidelibus incertum est, profundum petiit, submergens Egyptios cum christianis, adeo ut vix summitas mali appareret super aquas. Exinde pontem hostes reparantes, aperturam adeo reliquerunt angustam, ut naves fidelium sine periculo transire non possent. Unde Theutonici et[h] Fresones[i] indignati, auxiliante Deo pontem viriliter invaserunt. Pauciores autem viri quam decem de gente predicta contra omnem fortitudinem Babiloniorum pontem ascendentes, fregerunt eundem, et sic cum quatuor navibus, super quas pons erat fundatus, reversi sunt cum triumpho, liberam viam et apertam sursum velificantibus relinquentes. His ita gestis, Sarraceni periculum quod eis imminebat attendentes, ripam eis oppositam fossatis et argillosa materia cum propugnaculis ligneis altis munierunt, machinas et petrarias locantes ibidem. Per fluvium autem navium emersiones[k] fecerunt cum palis infixis gurgiti, transeundi eis spem auferentes. Nichilominus apostolicae sedis legatus desiderium bonum habens obsidendi civitatem, naves superius congregatas urgebat ad transitum. Unde coccones propugnaculis et castellulis, viris etim armatis muniti, Christo duce predictas navium emersiones[k] evaserunt. Hostes vero dissimulato metu tres ordines armatorum stationi[l] contraposuerunt, ictibus lapidum et telorum plurimis eos vexantes. Sane nocte sanctae Agathae virginis Deus innovans virtutis suae miracula, tantum pavorem soldano Babylonis[1] et satrapis eius incussit, ut, relictis castris, ignorantibus etiam Egyptiis, quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam apostata, qui multo tempore legem christianorum transgressus cum soldano militaverat, stans in[m] ripa clamabat Gallicę[n] legato, regi et aliis fugam eorum nuntians. Itaque fugientibus Egyptiis, christiani[o] certatim et alacriter absque omni impedimento hostium et sanguinis inpensa transierunt; et sic per gyrum ac firmiter obsessa est civitas. Direpta sunt etiam fugientium tentoria et universae naves cum plurimis spoliis. Post hec adveniente Coradino[p] rege cum Alapinis et magna multitudine,

Oliv. — *Febr. 5.*

a) extitisset *supplevit P.; deest in codd.;* nisi . . ante provisum fuisset in fossato *Ol.* b) coggones *C* 1. c) civ. *in margine eadem manu suppl. B* 1, *ubi* et *deest.* d) machinis et *des. C* 1. 2. e) ripa *C* 1. 2. f) eas *corr.* eam *B* 1. g) descendentes *codd.* h) *deest C* 1. i) Frisones *C* 1. 2. k) inmers. *Ol.* l) navium nostrarum *add. Ol.* m) *deest C* 2. n) *in margine suppl. B* 1. o) Christi *C* 1. 2. p) Corodino *C* 1.

1) *Malek al Kamel.*

Recensio I. et II.

Oliv. hostes resumptis viribus et animis locum illum occupant, a quo christiani transitum miraculosum fecerant; et sic eos obsidentes, civitatem ipsi periculosius obsederunt, et nisi per divinum consilium prima castra, quae erant inter mare et fluvium, retenta fuissent, maxime per Theutonicos[a] et Fresones[b], portus eis ablatus fuisset et negotium plurimum pericli-
1219. tatum vacillasset. Ad tantam[c] etiam Sarraceni pervenerunt[d] temerita-
Febr. 28. tem, ut diluculo sabbati ante dominicam Oculi mei cum gravi multitudine propius accederent et usque in fossatum se precipitarent; sed divino auxilio cum gravi dampno equitum et equorum repulsi sunt.

Anno Domini 1219.

Regina civitatum Iherosolima, quae videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino, filio Saphadini, foris et intus; muri eius cum turribus redacti sunt in acervos lapidum, preter templum Domini et turrim David. De glorioso sepulchro destruendo consilium habuerunt Sarraceni, et per litteras comminati sunt, quas civibus Damiatae miserunt ad ipsorum solatium; sed nemo huic temeritati presumpsit
Mart. 22. manus apponere[e] propter loci reverentiam. In die palmarum anni prescripti inimici cum innumerabili exercitu equitum et peditum irruerunt super[f] fideles, undique fossatum eorum invadentes; et non est illis ea die datum gestandi alias palmas preter balistas et arcus cum sagittis, lanceas et gladios cum clipeis. Adeo instabant et vexabant audacter[g], qui convenerant ad perdendum eos studio liberandae civitatis, ab ortu solis usque ad horam fere decimam; tandem fatigati[h] retraxerunt
Mai. 8. se cum dampno maximo. Item in festo ascensionis Domini per terram et aquam irruerunt perfidi super fideles, sed nichil adversus eos[i]
Iul. 31. prevalere poterant. Pridie vero Kal. Augusti omnem pene quam habere poterant adducentes copiam, post diutinos assultus[k] tandem fossatum contra militiam Templi transeuntes, pedites verterunt in fugam, adeo ut totus exercitus christianorum periclitaretur. Sed cum per milites extra fossatum non possent repelli, magister Templi cum marescalco[l] ceterisque fratribus suis qui tunc aderant per exitum angustum inpetu facto, viriliter incredulos vertit in fugam. Commissumque est prelium ab utrisque, donec crepusculum vespertinum prelium diremit; Sarraceni priores abierunt; occisorum corpora perfidorum strata iacebant iuxta fossatum plurima preter eos qui sauciati graviter vel[m] leviter reducti sunt ad castra. Pauci de fidelibus interfecti sunt vel capti. Instrumenta contra civitatem preparata conbusta sunt a defensoribus eius fere omnia preter scalas[n]. Ienuenses[o], Pisani, Venetiani firmiter asserebant, se civitatem expugnaturos per 4 naves, super[p] quas scalae pendebant. Quibus legatus apostolicae sedis sumptus prebuit copiosos de communi. Aggredientes itaque civitatem, primo die multos interfecerunt et vulneraverunt, et quanto sepius[q] postmodum assultum fecerunt, tanto magis muri firmati sunt ligneis castellulis ac liciis[1], defensores etiam robustius et efficatius se venientibus opposuerunt, et sic scalae mutilatae per ignem, tandem infecto negotio reductae

a) Teut. *B* 1. b) Frisones *C* 1. 2. c) tatam *C* 1; totam *C* 2. d) *deest* *C* 2. e) opponere *B* 1. 2. f) *tres vel quatuor litterae erasae* *B* 1. g) auedacter *B* 1. h) fugati *C* 1; *deest* *C* 2. i) eorum *codd.* k) assultos *corr.* assultus *B* 1. l) marscallo *C* 1; marscalco *C* 2. m) et *C* 1. 2. n) scalas ienuenses. Pisani *Ol. cod.* o) Ianuenses *C* 1. 2. p) supra *B* 1. q) *post suppl.* *B* 1.

1) *Castrorum aut urbium repagula; vide Cangium. P.*

Recensio I. et II.

sunt ad ripam. Et sic veraciter deprehensum est, Damiatam sola virtute divina in manus christianorum fore tradendam. Denique christiani immemores beneficiorum Dei et mirabilium quae ostendit eis, provocaverunt oculos divinae maiestatis contra se per desidiam maiorum et murmurationes minorum[a]. Unde factum est, ut, communibus exigentibus culpis, in decollatione sancti Iohannis baptistae, licet pauci invenirentur, qui in custodia castrorum remanerent, navalem et terrestrem exercitum equitum et peditum educentes, ad castra Babiloniorum tenderent inter mare et fluvium, ubi dulcis aqua reperiri non poterat ad potandum, Hospitalariis Sancti Iohannis et legato sedis Romanae et patriarcha, qui crucem baiulabat, multum et frustra supplicantibus, ut subsisterent. Nam cum estus solis esset nimius, et pedites armorum pondere premerentur, propter nimium laborem et sitim terga dantes, cum equitibus extincti sunt, sine vulneribus corruentes. At Sarraceni, qui sublatis tentoriis fugam simulaverant, videntes defectum christianorum, reversi plurimam multitudinem interficiebant et captivabant. Capti sunt ibi electus Belvacensis[b] et frater eius camerarius regis Franciae et filius eius, frater Andegavensis episcopi, cum Iohanne de Arcis, viro nobili et valde strennuo, et Heinricus de Ulme et alii multi, qui trucidati sunt et in captivitatem ducti; Templarii 33 capti vel occisi sunt cum marescalco[c] hospitalis Sancti Iohannis cum aliis fratribus eiusdem domus. Persecutores ad deducendos captivos et spolia colligenda tandem redierunt, quingenta capita christianorum soldano presentantes. Meror et tristicia fideles occupavit, sed Deus in brevi luctum eorum in gaudium, merorem in leticiam convertit. Nam soldanus unum de captivis mittens, de pace vel[d] treuga cum eis tractare cepit; in quo tractatu fossatum suum[e] et munitiones alias reparaverunt alacriter. Interea civitas obsidione longa, ferro, fame et pestilentia graviter afflicta, in sola pace, quam soldanus civibus promisit, spem posuit. Adeo enim in ea fames invaluit, ut cibi desiderabiles deessent. Nam ex angustia famis diversa morborum[f] genera vexabant eos; et inter cetera incommoda, quae sustinuerunt, noctibus velut aorisia[g] percussi, apertis oculis nichil videre dicebantur. Illis etiam qui foris in exercitu Sarracenorum nos obsederunt copia panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum sancti Iohannis baptistae usque ad exaltationem sanctae crucis solet excrescere et Egypti planiciem irrigare, ipso anno more suo non ascendit ad signum, quod ponere consueverunt Egyptii, et magnam partem terrae siccam reliquit, quae nec arari nec seminari poterat suo tempore. Unde soldanus caristiam timens et famem, etiam amore retinendae Damiatae, talem pacem cum fratre suo Coradino christianis obtulit, ut crucem sanctam, quae capta fuit in victoria Saladini, cum civitate sancta et omnibus captivis, qui per regnum Babylonis et Damasci vivi reperiri possent, sumptus etiam ad reparandos muros Iherusalem, redderet, insuper regnum Iherosolimitanum totaliter restitueret, preter Craccum et Montem Regalem, pro quibus retinendis tributum obtulit quamdiu treuga duraret. Sunt autem hec duo loca in Arabia sita, septem munitiones firmissimas habentia,

Oliv. — *Aug. 29.* — *Iun. 24.* — *Sept. 14.*

a) iuniorum *Ol. cod.* b) el. Bel. electus *C* 1; Bel. elect. *C* 2. c) marscallo *C* 1; marscalco *C* 2. d) et *C* 2. e) *deest C* 1. f) membrorum, *superscr. post alia, ut videtur, manu:* vel morborum *B* 1; membrorum vel morborum genera *B* 2. *Fr.;* membrorum morborum genera *C* 1. 2. g) aorisia *corr.* acrisia *C* 2.

Recensio I. et II.

Oliv. per quae negotiatores Sarracenorum et peregrini ipsorum Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent, et[a] qui hec potenter tenuerit, Ierusalem cum voluerit graviter nimis cum agris et vineis ledere poterit. In hoc tandem convenerunt fideles, ut primum civitas expugnaretur, licet opus causa liberationis Sanctae Terrae fuerit inchoatum, et omnium crucesignatorum talis *Oliv.* fuit intentio[b]. Interea soldanus magnam[c] multitudinem peditum clanculo per loca palustria misit ad civitatem, quorum ducenti 40 *Nov. 3.* christianis dormientibus fuerunt ingressi dominica post festum omnium sanctorum; tandem per clamorem vigilum occisi sunt vel capti.

Nov. 5. Igitur Non. Novembris capta est Damiata absque deditione sine defensione, sine violenta depredatione cum tumultu, ut soli Filio Dei ascribatur evidenter victoria. Itaque[1] cum primo civitatem intrassent, plus quam tria milia mortuorum invenerunt in ea more canum in plateis insepultos iacere. Reliqui omnes in ea debiles fuerunt. Quidam siquidem christiani circa mediae noctis silentium consilio, ut credimus, quorumdam de civitate intromissi fuerunt, et legatus intromissis nuntiis turres et homines perfidae gentis quamplurimos captivavit. Alii multi ascendentes turres fortiores, aurorae lucem in eis prestolabantur. Exortaque luce Nonarum Novembrium omnes se captivos Sarraceni Damiatae dederunt et civitatem totaliter in potestatem christiano- *Oliv.* rum, quamvis inviti, tradiderunt. Et cum caperetur civitas in oculis regis Babilonis, more solito non fuit ausus Christi milites ad defensionem paratos per fossatum eorum aggredi[d]. Eodem etiam tempore fluvius excrevit, uberrimis aquis fossatum implens. Ipse vero confusus propria castra combussit et fugit. Invenerunt etiam in ea aurum et argentum multum nimis, pannos sericos negotiatorum in habundantia, vestes[e] preciosas et ornatum seculi cum varia suppellectili in superhabundantia. Nam preter eos, qui vivi comprehensi sunt in ea, mortui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad 30 milia et amplius, quos sine ferro[f] et igne Dominus percussit.

a) et qui h. p. t. Ierusalem *des.* C 2. b) *in marg. suppl.* B 1. c) magna multitudine B 1. C 2 *(ut cod. Oliv. prima manu)*; maxima multitudine C 1. d) *deest* C 2. e) vestes — suppellectili *des. Gel.* f) *post add.* B 1. — et *deest* C 1. 2.

1) *Haec neque in codice neque apud Eccardum inveni.*

PARS SEPTIMA.

Continuatio quarta (S. Pantaleonis altera).

Primus[a] annus imperii Friderici.

Anno[b] dominice[c] incarnationis 1220, ab Urbe autem condita 1971, conpletis ab origine mundi annis sex milibus quadringentis[d] decem et novem, mortuo Ottone inperatore, Fridericus rex nonagesimo quinto loco ab Augusto in regno confirmatus, Frankinvort curiam habuit; ubi commendato[e] filio suo Heinrico principibus, et ab eis licentia accepta, Romam proficiscitur. Ibique a Romano pontifice Honorio et omni senatu honorifice susceptus[f], in festo[g] sancte Cecilie in inperatorem consecratur. *Nov. 22.*

[Eodem[h] anno mortuus est Heinricus secundus istius loci[1] abbas, et successit tercius Heinricus, frater eiusdem loci].

[2.[i] annus]. Anno Domini 1221.

Lamentabilis rumor et tristis tuba omni orbe christiano insonuit: Damiatam scilicet, quam christiani summo labore et multorum sanguinum effusione ceperant et possederant, soldano Babilonie redditam fuisse. Quod[k] tali modo evenit[2]. Ad instantiam et hortatum legati sedis apostolice ceterorumque primorum christiani ad ducenta milia Damiatam sunt egressi, copiosas naves cum victualibus secum ducentes, Kaer[3], que et Babilonia dicitur, regiam civitatem, expugnaturi. Quatuordecim fere miliaria processerant ad locum ubi Nilus in[l] duo brachia dividitur[4], quorum unus versus Alexandriam tendit, ibique pontem extruere anticipabant. At soldanus, hoc conperto, cum valida manu Egiptiorum et aliorum gentilium eis occurrens, opus inceptum inpedivit et

a) De Frederico 1. annus *C*1; *desunt C*2. b) *alia manu coaeva pergit B* 1. c) Dom. 1220. *C*1. d) quadingentis *B* 1. e) coronato *corr.* commendato *B* 1. f) receptus *C* 1. 2. g) *deest C* 2. h) *haec in margine exteriore codicis alia manu saec. XIII. coaeva add. B* 1; *B* 2 *post* decem et novem *inseruit; desunt* C 1. 2. i) *des. B* 1. *C*2. k) *alia ut videtur manu pergit B* 1. l) ad *C*2.

1) *Sancti Pantaleonis.* 2) *Haec cum Oliveri historia nonnisi in universum conveniunt, ex alia, ut videtur, relatione sumta.* 3) *Kairo.* 4) *Haec non satis accurate dicta esse monuit PL.*

sagittis eos lacessivit. Cumque cotidiano insultu multi ex parte[a] utraque necarentur, et quadam die plurimi gentilium cecidissent, irati gentiles septingentas et quinquaginta christianorum naves cum hominibus et victualibus Greco igne conbusserunt. Preterea fluvius eo tempore excrescens, scissuras[b] terre inplevit, homines et iumenta[c] operuit et delevit. Duplici articulo, tam fluvii inundantis, quam gentilium[d] continua inpugnatione, primates christianorum artati, in hoc consenserunt, ut Damiatam soldano resignarent, omnes christianos per regnum ipsius sive fratris sui Coradini vinctos recepturi. Annuit soldanus, redditisque christianis, Damiatam recepit. Ex hoc liquet certissime, peccata in hanc miseriam christianos traxisse, quod prius soldanus eis obtulerat, sese regnum Iherusalem eis redditurum, urbem reedificaturum, Damiatam quiete cum adiacente regione ad 20 miliaria possidendam, ne ulterius in terram suam procederent.

Primus[e] annus regni Heinrici.

Anno Domini[f] 1222.

Heinricus septimus, filius Friderici imperatoris, adhuc puer, consecratus est in regem Aquisgrani ab Engilberto Coloniensi archiepiscopo dominica ante ascensionem Domini,
Mai. 8. scilicet 8. Idus Mai.

Ian. 11. Eodem[g] anno 3. Idus Ianuarii terremotus magnus fuit Colonie hora prima diei. In Longobardia eciam talis terremotus fuit ipsa die natalis Domini, per duas ebdomadas quottidie[h] bis perdurans, ut in[i] pluribus locis edificia et ecclesias everteret, homines cum sacerdotibus opprimeret, Brixiam[k] quoque civitatem fere totam cum populo obrueret, rupes de montibus evelleret, castra deiceret et sic inauditas calamitates et miserias perpetraret. Rome eciam terra mixta sanguine visa est de nubibus pluere.

Ipso eciam anno[1] Waldimarus rex Dacie a comite Heinrico de[l] Scuirinh[m.2] cum filio suo mirabiliter capitur et in quodam fortissimo castro ab eodem custodie mancipatur.

2.[n] Anno Domini 1223.

Honorius papa, missis predicatoribus, circumquaque crucem predicare fidelibus iterum iubet, denuncians omnibus,
Iun. 24. ut post biennium in nativitate sancti Iohannis baptiste cum glorioso imperatore Friderico parati sint mare transire.

Imperatori Friderico desponsatur filia Iohannis regis Ierosolimitani.

a) *in margine alia m. s. XIII. suppl. B* 1. b) scissura *C* 1. 2. c) *in loco raso B* 1. d) g. c. inp. *in loco raso B* 1. e) *des. C* 1. 2. f) dominice *C* 2. g) *h. l. alia manus incipit B* 1. h) *ita B* 1. i) *post suppl. B* 1. k) Brixam *corr.* Brixiam *B* 1. l) *deest C* 1. m) Scuirinch *C* 1. 2. n) *deest C* 1. 2; 3. annus *in marg. C* 1.

1) 1223, *mense Maio.* 2) *Schwerin.*

Eodem anno mortuus est Phylippus rex Francie, ad liberacionem Terre Sancte 150[a] milia marcarum legans.

[Item* ipso anno[1] Heinricus iunior rex Northusinh[b] curiam habuit; ubi[c] ab Engilberto[d] Coloniensi archiepiscopo pro absolutione regis Datie multum laboratum fuit].

3. annus[e]. Anno Domini 1224.

Heinricus iunior[f] rex circa medium Maium Frankinvorth curiam habuit; ubi nuncii imperatoris cum litteris ipsius affuerunt, intimantes regi et principibus, Herimannum magistrum hospitalis Sancte Marie Teutonicorum in ephiphania Domini in Sicilia ad imperatorem venisse et de succursu Terre Sancte ad hoc eum induxisse, ut continuo pharum disponeret transire et versus Teutoniam[g] venire[h] et cum principibus de processu suo et Terre Sancte negocio ordinare. Verum audiens imperator, Sarracenos, qui in monte Platano habitabant, velle se sue gratie subiugare[i], misit pro marescalco[k] suo in obsidione constituto, volens ab eo investigare de statu Sarracenorum diligencius; ob quam causam pharum transsire distulit, ipsum Herimannum predictum pro Sancte Terre principali tuicione ac imperii negociis in Alimanniam premittens. Hoc eciam inter cetera intimantes, quod dominus imperator ad succursum Terre Sancte quinquaginta naves fecerit preparari que usserie[l] nuncupantur, quarum magnitudo tante capacitatis erit, ut duo milia militum cum dextrariis suis et omnium armorum suorum pertinenciis et preterea decem milia aliorum hominum valencium ad pugnam et ad bella cum armis suis in[m] eisdem usseriis valeant transferri; ad unumquodque usserium fiet pons, ut milites, si necesse fuerit, armati et ascensis dextrariis suis in navibus commode absque lesionis discrimine per ipsos pontes valeant exire, quasi iam ordinatis aciebus in prelium processuri, et, si opus fuerit, erectis velis intrare possint flumen Damiate vel aliud aliquod flumen.

Eodem anno Cunradus Portuensis episcopus et Sancte Rufine kardinalis a sede apostolica pro utilitate Sancte Terre in Theutoniam mittitur, et 6. feria post pentecosten Colonie *Iun. 7.* cum honore suscipitur.

*) Item — laboratum fuit *desunt* *C*1.

a) nonaginta *post corr.* C et L *B*1. b) Northusin *C*2. c) *quae sequuntur alia manu add. B.* d) Engelberto *C*2. e) 3. annus *des.* *C*1. 2. f) *deest* *C*1. g) Teutonicam *C*1. 2. h) procedere *corr.* venire *B*1. i) subiungere *C*1. 2. k) marscallo *C*1; marscalco *C*2. l) user. *C*2. m) in eisdem *des.* *C*1.

1) *Mense Septembri.*

Item ipso anno Iohannes rex Ierosolimitanus causa peregrinacionis limina Sancti Iacobi visitat; cui in reditu filia[1] regis Hispanie[a] desponsatur; inde divertens versus Teutoniam[b], venit ad Heinricum regem, filium imperatoris, et cum eodem[c] Coloniam profectus, ab Engilberto archi-
Aug. 14. episcopo et tota civitate in vigilia assumpcionis beate Marie cum magno honore et gaudio suscipitur.

Per idem tempus Heinricus rex cum Engilberto Coloniensi archiepiscopo et Cunrado legato sedis apostolice[d] et quibusdam principibus pro liberacione regis Dacie et restitucione terre imperii ab eodem iniuste possesse[e] Saxoniam intravit. Ubi per biennium a comite Heinrico de Scuirinh[f] in firmissimo et inaccessibili castro nomine Dannenberch[g, 2] idem rex cum filio suo captus tenebatur. Venientes itaque ad Alviam[h] fluvium predicti principes, Herimannum magistrum hospitalis Teutonicorum, qui ab imperatore in Teutoniam missus fuerat causa reconciliacionis et conposicionis faciende[i], ad utrosque, scilicet regem et comitem, premittunt. Quo mediante, ad hoc inductus est idem rex, ut totam terram quam imperio abstulerat reddere et coronam de manu imperatoris suscipere, insuper centum milia marcarum pro absolucione sua dare promitteret[3]. Quod cum acceptarent principes qui cum rege presentes aderant, Albertus comes de Urlemunde, filius sororis[k] ipsius regis, et barones[l] Dacie[m] hanc composicionem reprobantes et ea que promissa erant cassantes, ascensis navibus cum indignacione recesserunt, infinitam pecuniam, quam ad redimendum regem attulerant, secum deferentes. Unde predicti principes infecto negocio confusi discesserunt. Albertus igitur de Urlemunde[n] post natale Domini congregato exercitu Heinricum comitem aggredi statuit. Quod ut cognovit Heinricus comes in obsidione cuiusdam castri positus, relicta obsidione, illi occurrit. Ubi pugna conmissa, cum magna animositate et multorum sanguinis effusione ab hora diei prima usque ad vesperam dimicatum est[4], multis ibi corruentibus. Ipse eciam[o] Albertus ab[p] Heinrico cum pluribus nobilibus captus et in castrum Danninber[q] ad avunculum suum perductus, ibidem custodie mancipatur.

a) Yspannie *C*1. b) Teuthonicam *C*1. c) eo *C*1. 2. d) apostoli *corr.* apostolice *B*1. e) possessa *codd.* f) Scurinch *corr.* Scurinh *C*2; Scirrinch *C*1. g) Dannenbrech *C*1. 2. h) Albiam *C*1. 2. i) facienda *B*1. *C*1. k) *post suppl. B*1. l) borones *C*1. 2. m) Dachie *C*2. n) Ůrnemunde *C*1. o) *deest C*1. 2. p) cum *C*1. q) Dannuberh *C*1; Danninberg *C*2.

1) *Berengaria, filia Alfonsi.* 2) *Haud procul a Lüneburg ad orientem situm.* 3) *Pactum iam* 4. *die Iulii initum erat.* 4) *prope Möln a.* 1225.

Hoc anno erat hiemps longissima et valde asperrima, fames eciam magna et inaudita, per biennium perdurans.

Anno[a] Domini 1225.

Heinricus rex curiam habuit Frankinvort[b. 1]; ubi quidam episcopus[2] missus a rege Anglie cum ceteris ipsius legatis affuit, laborans, ut ipse rex matrimonium contraheret cum sorore regis Anglie. Sed cum talis contractus displicuisset principibus nec potuisset habere processum, nuncii inacte revertuntur.

Eodem anno quidam heremitico habitu indutus a Flandrensibus[c] et Hanaugiensibus propter similitudinem vultus putatus est fuisse comes ipsorum Balduinus[d], qui ante multos annos Constantinopolitanum adeptus imperium in Grecia perierat, sicut docet historia[3], et ab ipsis ad[e] honorem comicie rapitur. Qui per duos menses magnam partem terre[f] occupans, ornatu imperiali purpuratus, precedente se cruce, sicut mos est imperatoribus Constantinopolim, a rege Francie Ludewico aput Peronam castellum Viromandie examinatur; ubi detecta[g] eius fallacia a rege, parte tamen suorum sibi adherente, proficiscitur versus Coloniam, dicens se auxilium querere ab Engilberto archiepiscopo, qui tunc regni Teutonici gubernacula tenebat. Ubi se furtim subtrahens a suorum consorcio, solivagus aufugit, archiepiscopo numquam viso[4]. Post modicum in Burgundia agnitus et detentus, in Flandriam reductus, aput Risle[5] castellum Flandrie patibulo elevatus laqueo vitam finit, magna parte plebis eciam[h] post mortem ipsum fuisse verum comitem contendente[i].

Item ipso anno 7. Idus Novembris Engilbertus venerabilis Coloniensis ecclesie archiepiscopus, pater[k] nostre patrie et[l] decus Theutonie, heu! a comite de Isenberg[m. 6], cognato ipsius, miserabiliter trucidatur. Siquidem iam dictus comes regalem ecclesiam in Esende[n. 7], cuius idem advocatus erat, violenta oppressione lacerabat, homines dicte ecclesie durissimis angariis et parangariis affligendo. Quem cum ab hac iniuria prohiberet archiepiscopus, qui tunc Teutonici regni tutelam *Nov. 7.*

a) *quae sequuntur usque ad a.* 1226. *alia manu scripta sunt B* 1. b) Frankinvorth *C* 1. 2. c) Flandresibus *C* 1; Flandriensibus *C* 2. d) Baldewinus *C* 1. 2. e) et *C* 2. f) *deest C* 1. 2. g) decreta *C* 1. 2. h) et *C* 1. 2. i) contendentes *C* 1. 2. k) p. n. p. et d. T. *alia manu, ut videtur, in loco raso B* 1. l) et decus *des. C* 2. m) Ysemberch *C* 1. n) Escende *C* 1.

1) *potius Ulmae.* 2) *Walterus episcopus de Carlisle; cf. epistolam eius ap. Champollion, 'Lettres des rois de France' I,* 44. *et Ficker, 'Engelbert' p.* 347. 3) *De Balduini morte nihil in hac chronica relatum est.* 4) *Aliter Albertus Stad. a.* 1224. *p.* 358; *cf. Ficker l. l. p.* 248; *Lehmann p.* 66. 5) *Ryssel, Lille.* 6) *De eo cf. Lacomblet, 'Urkundenbuch' etc. IV, p.* 790. *adnot. P.* 7) *Essen.*

gerebat, comes non ferens frenum sue tyrannidis, mortem archiepiscopi machinatur, ad hoc eciam, ut dicitur, a multis nobilibus, quorum superbiam fortissimus presul contriverat, animatus. Denique dominum archiepiscopum redeuntem versus Coloniam a Sosacia[1], oppido Westfalie[a], comitatur infelici[b] grassatione, habens secum 25 scutarios ad tantum scelus expeditos, nil tale suspicantem, quia huiusmodi suspicionem et ingenita audacia et naturale fedus consanguinitatis ab archiepiscopo[c] removebat, licet ante paucos dies per quasdam litteras sibi transmissas fuerit premunitus. Itaque arrepto loco et tempore oportuno, non longe a villa que Suelme[2] nominatur presulem idem[d] comes cum quibusdam suis consiliariis, cruentis carnificibus, latere eius perfosso, sceleratos sicarios in mortem ipsius exhortatur; qui in eum irruentes gladiis et pugionibus[e], 38 plagis ipsum confodiunt. Hoc facto, recipit[f] se comes cum suis in castrum Isenberg[g]. Iacet nobile corpus desertum ab omnibus; nam tota familia conterrita tam inopinato scelere aufugerat, excepto parvo servulo, qui solus cadaver domini custodivit. Nocte adveniente duo indigene in biga corpus deferunt reponendo in ecclesia Suelme, quam ipse sequenti[h] dominica erat consecraturus; quam ob rem et ea die qua occisus est confessionem de peccatis suis fecerat. Postera die ducitur ad cenobium Bergense[3], ubi a fratribus loci corpus cum ingenti fletu receptum, aromatibus conditum et luctuosis vigiliis, addita psalmorum melodia, est custoditum; ubi quidam fratrum testantur, se angelicas voces audisse. Quidam eciam frater eundem eadem hora sibi in sompnis apparentem vidit et dicentem, se pro iusticia triumphalem martirii lauream meruisse. Intestina eius ibidem subterrata sunt. In vigilia
Nov. 10. Martini preciosum corpus Coloniam adducitur; ubi cum inenarrabili fletu et eiulatu a clero et populo est receptum et in ecclesia beati Petri depositum; ubi eidem gloriosa tumba est erecta, crebrescentibus ad tumbam eius cotidie[i] miraculis et virtutibus, nonnullis egris ibi optatam recipientibus sanitatem. Constanter enim speratur ipsum martirii premia meruisse, quia equissimus iudex et strennuus patrie et ecclesiarum Dei defensor fuit et pro earum occubuit defensione. Inter cetera eciam eius laudabilia gesta et pacem

a) Wesfallie *C* 1. b) i. g. *alia manu in loco raso B* 1. c) episcopo *alia manu corr.* archiepiscopo *B* 1, *et ita B* 2. *C* 1. 2 *(ubi* arc *in loco raso).* d) idem — carnificibus *alia manu in loco raso B* 1. e) pugnationibus *C* 1. f) recepit *C* 1. g) Ysenberch *C* 1; Inseberg *C* 2. h) in sequenti *C* 1. 2. i) *deest C* 1.

1) *Soest.* 2) *Schwelm.* 3) *Altenberg.*

firmissimam elaboravit. Castrum Turunh[a. 1] super Mosellam situm, latibulum predonum, ad maximum commodum ecclesiarum et patrie comparavit et ecclesie Coloniensi reliquit possidendum. Cuius morte audita, Heinricus comes de Scuirinh[b] promissum in resignacione regis Dacie cassat, et mediante conposicione et acceptis obsidibus et copiosa pecunia, regem absolvit et absolutum permittit ad propria remeare.

Postea 17. Kal. Decembris Heinricus prepositus Bunnen- *Nov. 25.*
sis[c], nacione de Můlnarken, preficitur sedi viduate; qui statim post eleccionem in vindictam necis sui piissimi predecessoris coram prioribus prestitit iusiurandum. Nec longa mora intervenit, cum ad[d] mandatum eiusdem electi a vasallis Coloniensis eclesie castrum Isenberg obsessum in dedicionem acceptum est et solo coequatum. Idem accidit de alio castro eiusdem[e] comitis, quod dicitur Novus-pons[2].
In natali Domini sequente Cunradus Portuensis episcopus, *Dec. 25.*
apostolice sedis legatus, advenit Coloniam; qui terribili anathemate nefandum[f] Fridericum et suos complices prophanavit[3].

Anno[g] Domini 1226.

Honorius[h] papa de consilio fratrum legatum in Franciam mittit, dans illi in[i] mandato, ut verbum crucis predicet contra hereticos Avionenses et Tolosanos. Ad hortationem igitur legati nomine Romani in Franciam missi, Ludewicus rex Francorum cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, nobilibus, baronibus ceterisque magistratibus Francie, Normannie, Flandrie, Burgundie, Brittannie, Campanie, Hanonie, Alvernie, de Pontivo[k], de Bituria contra[l] Avionenses[m] et Tholosanos hereticos cruce signantur. Quorum adventum cum inaudito apparatu cives de[n] Carcasone, de burgo Sancti Egidii, de Nemauso[o] et de Massilia sencientes, regi Francorum occurrunt, se cum suis omnibus ipsius dominio subiugantes et ecclesie catholice parere[p] iuramento confirmantes. Verum Avionenses[q] prodicionem molientes, cum regem infra muros suos recepisse putassent, portas recluserunt; sed inclusi viriliter se defendentes, per

a) Turinch *C*1; Turunch *corr.* Turunh *C*2. b) Scuurinch *C*1. c) Bůnn. *C*1. d) ad — ecclesie *alia manu in loco raso B*1. e) *alia manu in loco raso B*1. f) nefandum *post corr.* nefandos illos *B*1, *et ita reliqui codd.* g) *quae in B*1 *sequuntur non uno tempore neque eadem manu exarata sunt a scribis, quibus auctor ea in calamum dedisse videtur; nonnulla vero ipse post emendasse putandus est.* h) Honorius — nomine *alia manu in loco raso B*1. i) etiam *C*1. k) Pontino *C*1. 2. l) *deest C*2. m) vo de Bituria contra Avion *alia manu in loco raso B*1. n) *deest C*1. 2. o) auso *alia manu in loco raso B*1. p) parare, *ut videtur, corr.* parere *B*1. q) Avienses *corr.* Avionenses *B*1.

1) *Turun vel Thuron, prope Alken situm; cf. G. Trev. SS. XXIV, p.* 399. 2) *Nienbrügg prope Hamm; cf. Ficker, 'Engelbert' p.* 270. 3) *Iam medio Dec. Moguntiae.*

aliam portam irrumpentes[a] evaserunt. Quorum prodicione rex concitatus, innumerabilem[b] pecuniam expendit in instrumentis mirabilibus et hactenus incognitis, quibus dicte civitatis murum et domos subvertit. Cumque tota terra usque ad Tolosam[c] esset ei fideliter subiugata, in reversione rex pestilencia obiit[1], et duo episcopi et tres comites et tam nobiles quam ignobiles infiniti. Cui succedit filius suus Ludewicus[d] adhuc puer[e] in regnum.

Eodem anno imperator Fretherieus[f] sollempnem curiam Cremone[g] indicit pro statu imperii reformando et negociis Terre Sancte; ad quam cum multi principes Theutonici properarent, una cum filio imperatoris rege Henrico[h] apud Tridentum per 6 ebdomadas commorantur, non valentes progredi propter rebellionem Veronensium, qui clusas[i] Veronensium tunc optinuerunt. Quidam autem principes de Saxonia alia via per Austriam sunt ad imperatorem ingressi. Rex autem a Tridento, non viso imperatore, cum principibus in[k] Alemanniam inacte revertitur; in quorum discessu Tridentum civitas casuali incendio concrematur. Imperatore autem á Cremona[l] usque ad Burgum Sancti Domnini[m, 2] declinante, Conradus[n] episcopus Hildensemensis, qui tunc verbi crucis ministerio fungebatur, excommunicationis sentenciam[o] in Longobardos imperatori cruce[p] signato rebelles tulit, annuentibus et approbantibus universis Longobardie prelatis. Sed eandem sententiam postea papa Honorius revocavit, mittens Alatrinum[q] capellanum suum; cuius suggestione Mediolanum et multe civitates complices contra imperatorem coniuraverunt, facientes collegium, quod Longobardorum societas per multa tempora est vocatum.

Ipso anno Henricus Coloniensis electus in archiepisco-
Sept. 20. pum a Treverensi archiepiscopo[3] Colonie in vigilia Mathei[r] apostoli cum magna sollempnitate consecratur, presentibus omnibus suffraganeis suis, necnon et Iacobo Aconensi et Herimanno[s] Lealensi[4] episcopis.

Item eodem anno Fridericus comes, impii autor[t] homicidii, per totum annum profugus et occultatus, a quodam milite nomine Balschun[u] capitur, et pro duobus milibus

a) irrupentes *codd.* b) innumerabilem — civitatis *alia manu in loco raso B* 1. c) Tholosam *C* 1. 2. d) Ludewicus *alia manu in loco raso B* 1. e) *in novo folio alia manu pergit B* 1. f) Fridericus *C* 1. 2. g) Cremonie *C* 1. 2. h) *ita codd.* i) clausas *C* 1. k) et *C* 2. l) Cremonia *C* 1. 2. m) Dominini *C* 1. n) Cunr. *C* 1. 2. o) setenciam *B* 1. p) cruci *B* 1. q) Alatridum *C* 1; *corr.* Alatrinum *C* 2. r) Mathie *corr.* Mathei *C* 1. s) Hermanno *C* 1. t) *ita B* 1. u) Balschim *C* 1.

1) *Nov. 8.* 2) *Borgo S. Donino, inter Parmam et Placentiam situm.* 3) *Theoderico.* 4) *Leal oppidum Esthoniae, ad mare Balticum situm.*

marcarum et centum marcis venumdatus[a], Coloniensi archi-
episcopo assignatur. Qui in festo Martini, sequenti scilicet *Nov. 11.*
die, anno sequenti, qua corpus lacerum gloriosi archiepiscopi
Colonie[b] est receptum, quamque idem episcopus advivens
pro forma conpositionis agenda ipsi prefixerat, Colonie
presentatus[c] est, et tercia die facta confessione et proditis *Nov. 13.*
complicibus huius facti, extra muros civitatis in rota positus,
super modicam piramidem est elevatus. Postea convenien-
tibus episcopis et nobilibus terre, vasallis Sancti Petri,
nobiles quidam, qui pro huiusmodi interfectione suspecti
habebantur, licet difficulter, ab archiepiscopo et prioribus
Coloniensibus ad expurgationem obiecti criminis sunt admissi.

Anno Domini 1227.[d]

Heinricus rex, filius Friderici[e] imperatoris, Aquisgrani
veniens, celeberrimam curiam cum nobilibus tocius Theutonie
habuit dominica 'Iudica me'. Inter quos precipui erant Salz- *Mart. 28.*
burgensis[1], Mogonciensis[f.2], Trevirensis[g], Coloniensis archi-
episcopi, Austrie[3], Bavarie[h], Karinthie[i.4], Brabancie, Lotha-
ringie[5] duces, lantgravius, Ferrandus comes Flandrie, qui
per duodecim annos Parisius in captivitate á rege Francie
detentus fuerat et priori anno absolutus. Ibi eciam con-
venerunt alii quam plures episcopi et comites et tocius Teu-
tonie[k] nobiles. Ubi a Coloniensi archiepiscopo Heinrico
uxor ipsius regis, filia ducis Austrie[6], regali benedictione
consecrata et coronata in sede regia collocatur.

Eodem anno Honorius papa, cum 11 annis prefuisset,
moritur; cui Hugo Hostiensis episcopus succedit et Grego-
rius nominatur.

Ipso anno in die Marie Magdalenæ rex Danorum, pre- *Iul. 22.*
varicator fidei et iuramenti pro absolutione sua prestiti,
vindicare se parat, et contracta infinita multitudine, comitem
de Zuirin bello lacescit. A quo adiutorio archiepiscopi
Bremensis[7] et ducis Alberti de Saxonia idem rex superatus[8],
per fugam vix evadit, ex parte sua quatuor milibus virorum
interemptis.

Ipso etiam anno Otto[l] episcopus Traiectensis electam
miliciam congregat, castrum Kuvorde[9] expugnaturus propter
rebellionem eiusdem castri possessoris, qui ei iure homagii

a) venundatur *C*1. b) Colon̄ *B*1; Colonia *corr.* Colonie *C*2. c) presentatus — facta *des.* *C*2. d) 1217. *post corr.* 1227. *C*2. e) Fred. *C*2. f) Mogunt. *C*1. 2. g) Trever. *C*1. h) Bauwarie *C*1. 2. i) Karunthie *corr.* Karinthie *B*1. k) Theut. *C*1. 2. l) *deest* *C*1.

1) *Eberhardus.* 2) *Sigifridus.* 3) *Liutpoldus.* 4) *Bernhardus.* 5) *superioris Mathaeus.* 6) *Margaretha.* 7) *Gerhardi.* 8) *Iul.* 22. *apud Bornhovede.* 9) *Covoerde.*

tenebatur. Cumque in die beati[a] Pantaleonis[b] idem episcopus et comes Gelrensis[1] cum electis et famosis militibus *Iul. 28.* minus caute — locus enim totus paludosus est — castrum impetissent, in talem difficultatem devenerunt, unde non possent procedere nec reverti. Quo viso, castri defensores subito descendentes, universos comprehendunt, episcopum cum fratre preposito nefandissime decapitant, inclitos milites illos se defendere non valentes, utpote luto supra genua detentos, partim submergunt, partim transfixos crudeliter occidunt.

Eodem anno electa expeditio cruce signatorum ab omnibus mundi partibus mota cassatur et dissipatur, Friderico imperatore, sicut dudum promiserat, non transfretante. Ob quam causam á Gregorio papa excommunicatur.

Hoc anno in Decembri[c] ventus validus partes edificiorum stravit, arbores radicitus eruit. Hiemps nimis erat pluviosa.

Ipso anno dominus Henricus[d] tercius abbas* obiit; cui dominus Symon successit.

A[nno Domini 1228.[e]

Fridericus imperator tractim per insulas velificando propter debilitatem corporis, sicut dicebatur], tandem mare transit, et recuperata Iherusalem et parte Terre Sancte, cum Sarracenis usque ad certum terminum treugas facit[f]. Sed quia quasi inobediens et excommunicatus transivit, factum suum Gregorius papa[g] non approbat nec ipsum absolvit. Sed reditum eius metuens, terram suam et castra per Iohannem, socerum[h] imperatoris, impugnat et occupat, pluribus civitatibus Longobardie et aliis locis sibi contra imperatorem confederatis et auxilium ferentibus militare. Romanis autem imperatori adherentibus, papa Roma egreditur et cautelam sui habens Perusii moratur, et[i] per omnes provincias publice mandat imperatorem excommunicatum denuntiari, missis nunciis et maxime Predicatoribus ad id exequendum. Quorum unus, dictus Otto cardinalis de Carcere[k] Tulliano, legatione accepta, in Theutoniam et Daciam

*) Sancti Pantaleonis *add.* *C* 1. 2.

a) *deest C* 2. b) Panth. *C* 1 *saepius.* c) Decembri *et quae sequuntur usque ad* treugas facit *alia manu scripta sunt, initio a.* 1228. *spatio quatuor versuum et dimidio iam eraso B* 1. d) Heinricus *C* 2. e) nno D. 1228. Fridericus — dicebatur *iam erasa in B* 1, *exstant C* 1. 2; *spatium vacuum reliquit B* 2; A. D. 1228. Fridericus imperator *suppl. Fr.* f) fecit *C* 1. 2. g) Gr. p. f. s. *C* 1. 2. h) socrum *C* 1. i) etiam, *ut videtur, corr.* et *B* 1. k) carcere: *(littera erasa) B* 1.

1) *Gerhardus.*

mittitur; cuius intentio erat imperatoris gravamen procurare et super hoc consilium expetere Ottonis dicti ducis de Lunimburg[a]. Sed idem Otto contra imperatorem rennuit aliquid attemptare. Qui legatus Leodium civitatem Hazbanie[b] veniens, ab advocato Aquensi et Arnoldo de Gimmenich[c] et aliis fautoribus imperatoris fugatur, et vix evadens, in castro Hoyo[1] recipitur. Pro qua iniuria sibi illata excommunicationis sententiam in Leodiensem[d] civitatem promulgat, exire precipiens totum clerum. Eadem etiam excommunicatione[e] postea Aquenses ligat, pro eo quod episcopum Mutinensem[f], de Prucia post legationem suam redeuntem, dicti fautores imperatoris Aquisgrani ceperant[g] et captum detinuerant, magna quantitate auri ablata. Qui malefactores, pro huiusmodi excessu Colonie satisfactione peracta, veniam meruerunt.

Eodem anno episcopus Traiectensis[2] castrum Kuvorde[h] iterum inpugnat; sed defensoribus sibi diffidentibus, castrum in deditionem recipit, et nefarium Rodolphum[i] dominum castri eicit et exulare precipit. Qui exilium simulans, occulte[k] revertitur et castrum dolo captum possidet, eiectis illis quos episcopus ibi posuerat.

Anno Domini 1229.

Fridericus imperator de transmarinis partibus revertitur, et reputans papam tempore sue peregrinationis sibi graviter iniuriatum, quedam castra et terram suam ab exercitu pape captam manu Teutonica[l] recuperat, fugato rege Iohanne, socero[m] suo. Inter que civitatem Soram[n] appellatam uno die[3] impugnans, capit et funditus incendio evertit.

Ipso anno cives Colonienses infamibus mulierculis per quendam Rudolphum[o], falsum fratrem, ut postea patuit, [quia[p] culpis suis exigentibus postmodum a domino papa missus est in caveam], conversis et congregatis, domum in fundo ecclesie sancti Pantaleonis prope vineam eiusdem ecclesie construunt, et fratribus dicte ecclesie contradicentibus et novum opus nunciantibus, grave dampnum inferunt, domos eorum infra Coloniam sitas infringentes. Super quo errore, domibus reparatis, dicte ecclesie postmodum satisfecerunt. Hoc anno hiemps erat longa et aspera.

a) Lunnburg *vel* Limnburg *C*1; Luninburg *C*2. b) Hazbannie *C*1. c) Gēmenich *corr.* Gymenich *C*1. d) Lod. *corr.* Leod. *B*1. e) excommunicationem *B*1 *(post corr.)*. *C*1. 2. f) mu *alia manu superscr., littera* v *erasa B*1. g) ceperunt *C*1. 2. h) Kyuvorde *vel* Kynnorde *C*1. i) Rud. *C*1. 2. k) occulto *C*1. l) Theut. *C*2. m) socro *C*1. n) suam *C*1. o) Rod. *C*1. p) quia — caveam *alia manu s. XIII. in inferiori margine add. B*1; *leguntur B*2. *C*1. 2.

1) *Huy.* 2) *Willibrandus, Ottonis successor.* 3) *Oct.* 4.; *v. Richard. de S. Germ., SS. XIX, p.* 357.

Anno Domini 1230.

In Hispania[a] rex Legionensis[b, 1] et filius suus rex Castelle[2] arma contra Sarracenos sumunt et magnam partem terre occupant, capta civitate que Emerita[3] dicebatur. Ipso anno rex Arragone[4] insulam que Maiorica dicitur, multis annis á Sarracenis occupatam, capit, expugnando ibidem quandam civitatem famosam, capto eius rege et tota domo regia.

Eodem anno dominus Symon abbas*) obiit, et ei dominus Heinricus quartus succedit.

Eodem quoque anno oritur dissensio inter archiepiscopum**) et ducem de Limburg[5] super advocatia cenobii Sibergensis[c, 6]. Unde castrum Tuiciense dicti ducis ab archiepiscopo diruitur, et castrum ducis dictum Bensbura[d, 7] longa obsidione vallatur á copioso exercitu archiepiscopi et comitis Senensis. Sed licet acriter[e] inpugnaretur, non capitur, hiis qui intus erant se viriliter defendentibus et ingeniose. Ex altera parte castrum archiepiscopi dictum Tulpetum[8] casuali incendio concrematur et propter hoc á complicibus ducis capitur; ubi multi homines igne perierunt. Multo etiam exercitu hinc inde congregato, ad pugnam non est progressum, sed incendia villarum et depredationes et vastationes civitatum et castrorum fiunt. Iussu regio bello treuge succedunt.

Otto cardinalis a Dacie partibus Coloniam[f] veniens, ibidem natalem Domini celebrat, sollempniter receptus et honoratus. Inde recedens, apud Herbipolim concilium provinciale indicit; sed renitentibus principibus laicis et paucis ecclesiarum prelatis venientibus, iratus recessit.

Eodem anno imperator á papa absolvitur, mediante duce Austrie Lupoldo, qui, tractatu pacis peracto inter papam et imperatorem, apud Sanctum Germanum in Campania moritur; cuius viscera et carnes in[g] capitulo Sancti Benedicti montis Cassinensis tumulantur, ossibus in Austriam reportatis.

Anno Domini 1231.

Imperator, facta pace cum papa, ad[h] eandem mensam[i] convivatur in civitate pape que Anagnia dicitur, in cenaculo

*) Sancti Panthaleonis *add.* *C* 1. 2.
**) Coloniensem *add.* *C* 1. 2.

a) Ysp. *C* 1; Hysp. *C* 2. b) Lig. *C* 2. c) Syb. *C* 1. 2. d) *ita* *B* 1. *C* 2; Sensburga *C* 1. e) acr *e corr.* *B* 1. f) v. Col. *C* 1. 2. g) eciam *C* 1. 2. h) et *C* 2. i) mensam *corr.* mensem *C* 2.

1) *Alfonsus.* 2) *Ferdinandus III.* 3) *Merida.* 4) *Iacobus.* 5) *Heinricum.* 6) *Siegburg.* 7) *Bensberg.* 8) *Zülpich.*

pape super paternum fundum constituto. Inde imperator in Apuliam revertitur [1].

Padus fluvius in Italia mirabiliter exundat. Eclipsis solis particularis facta est circa ortum solis 2. Idus Iunii. *Iun. 12.*

Eodem anno imperator Ravenne curiam celebrat die natalis Domini, ibidem imperiali [a] diademate insignitus. *Dec. 25.* Ante hanc curiam circiter tres menses Ludvicus [b] dux Bawarie [c] á quodam Sarraceno, nuncio Vetuli de Montanis, in medio suorum est occisus. Nam idem Vetulus de Montanis imperatori confederatus, multas iniurias, quas idem dux imperatori intulerat, intendit vindicare. Hoc autem conscientia imperatoris creditur gestum esse, quia imperator ipsum ducem paulo ante diffidaverat in rebus et in persona, misso ad hoc nuntio speciali.

Archiepiscopus Coloniensis cum capitulo Sancti Petri dissentit; que dissensio multorum malorum seminium fuit.

Rudolphus [d] de Kuvorde et sui complices á Traiectensibus in rotis confringuntur.

Anno Domini 1232.

Imperator [apud [e]] Ravennam manens, bellum molitur contra Longobardos, sed non proficit, Longobardis viam precludentibus filio suo regi [f] et milicie Germanorum. Circa mediam quadragesimam imperator, Ravenna relicta, navali *Mart.* cursu tendit Aquilegiam. Inde [2] itinere transiens per Venecias, ibidem honorifice suscipitur, et ingressus ecclesiam [g] beati Marci, super altare eiusdem dona offert regalia, auro et gemmis decorata. Apud Aquilegiam pascha celebrat, filio *Apr. 11.* suo rege ad ipsum veniente et quibusdam principibus Alemannie. Circa ascensionem imperator in Apuliam regreditur *Mai. 20.* navali itinere, in via plurimos piratas capit, quos vinculis mancipat. Soldanus Babilonie imperatori mittit tentorium mirifica arte constructum, in quo ymagines solis et lune artificialiter mote cursum suum certis et debitis spaciis peragrant et horas diei et noctis infallibiliter indicant. Cuius tentorii valor viginti milium [h] marcarum precium dicitur transcendisse. Hoc inter thesauros regios [i] apud Venusium est repositum. Accedente pascha Sarracenorum in die Marie Magdalene imperator nuncios [k] soldani et Vetuli de Montanis *Iul. 22.* ad convivium vocat, et eis [l], multis episcopis assidentibus et

a) interiali *B* 1. 2. *C* 1, *corr.* imp. *C* 2. b) Ludewicus *C* 1. 2. c) Bauwarie *C* 1. d) Růd. *C* 1. e) *deest B* 1. *C* 1; *m. s. XV. additum C* 2. f) rege *corr.* regi *B* 1. g) in e. *C* 2. h) milia *C* 2. i) *deest C* 1. k) *post suppl. B* 1, *ubi* dani *e corr.* l) eos *corr.* eis *B* 1.

1) *Haec ad a.* 1230. *pertinent.* 2) *Ravenna profectus est Venetias et inde Aquilegiam.*

multis nobilibus Teutonicis, festivas epulas parat. Messanenses contra imperatorem rebellionem excitant. Iohannes de Berito imperatori in terra transmarina repugnat; qui dum incaute se gerit, noctu superveniente manu militari, spoliatis omnibus, cum paucis vix evadit. Non multo post Iohannes, recuperata manu valida, Ciprum occupat et regem Cipri[1], filium sororis sue, sibi associat. Mittitur contra illum Richardus marschalchus imperialis; qui congressus cum ipso vincitur, multis militibus de exercitu imperiali captis.

In Teutonia multe hereses deteguntur, et heretici flammis puniuntur. Archiepiscopus[a] Coloniensis Romam proficiscitur, petens revocari inquisitionem contra se missam. Qua suspensa, post paucos dies regreditur, et postmodum hec quievit. Ipso anno bellum oritur inter archiepiscopum Maguntinum[2] et lantgravium[3] Turingie. Opidum dictum Vritstlare[b, 4] a lantgravio concrematur; ubi episcopus Wormaciensis[5] et omnes canonici illius oppidi cum multis aliis nobilibus capiuntur. Eclipsis solis particularis post meridiem visa est[c] eodem anno[6], non tamen multum notabilis[c].

Coloniensis archiepiscopus[d] in Westfaliam[e] cum milicia transit, et hostibus in deditionem receptis, prospere[f] revertitur. Quibus hostibus cum Waleramus[g] de Limburg cum suis fautoribus in succursum venisset, ab episcopo Monasteriensi[7], per[h] cuius diocesim transire intenderat, retruditur et redire compellitur.

Anno Domini 1233.

Imperator Messanam civitatem Cicilie[i] ingreditur[8], et captis suis rebellibus, eos igni cremat.

Miranda res et nimium stupenda, quod hiis temporibus ignis contra genus mortalium sic invaluit. Nam eodem fere tempore et rebelles imperatori in Cicilia et in Germania infinitus numerus hominum et multa menia incendio perierunt. Nam et propter veras hereses et propter fictas multi nobiles et ignobiles, clerici, monachi, incluse, burgenses, rustici á quodam fratre Cunrado ignis supplicio per diversa Teutonie loca, si fas est dici, nimis precipiti sententia sunt addicti. Nam eodem die quo quis accusatus est, seu iuste seu iniuste, nullius appellationis, nullius defensionis sibi refugio proficiente, est dampnatus et flammis crudelibus in-

a) Archiepiscopus — quievit *iam erasa sunt in B 1, exstant in C 1. 2.* b) Vristlare *C 1. 2.* c) est — notabilis *alia manu in loco raso B 1.* d) archiepiscopus *alia manu superscr. B 1.* e) Westfalliam *C 1*; Wesfaliam *C 2.* f) p. r. *alia manu in loco raso B 1.* g) Walramus *C 2*; Walleranius *C 1.* h) *deest C 1. 2.* i) Sicilie *C 1. 2, corr.* Cicilie *B 1.*

1) *Heinricum.* 2) *Sigifridum.* 3) *Heinricum.* 4) *Fritzlar.* 5) *Heinricus.* 6) *Oct.* 15. 7) *Ludolfo.* 8) *mense Aprili.*

iectus. Ob quam causam frater Cunradus, huius persecutionis hereticorum minister, á quibusdam nobilibus, nullum locum venie[a] vel gratie apud ipsum invenientibus, iuxta Marburg est occisus[1]. Ante cuius mortem modico tempore[2] comes Seinensis[3] super heresi falso fuit infamatus; pro cuius expurgatione seu defensione rex Heinricus conventum multorum principum apud Magunciam habuit; ubi etiam collecta milicia, idem rex contra ducem Bawarie[4] proficiscitur. In campis itaque Lici secus Augustam[b] fere sex milia militum in exercitu regio sunt inventa. Inde profectus, brevi tempore Baowariam[c] subiugat et ducem in deditionem recipit.

[Hoc[d] anno messis et vindemia fuit pluviosa; vinum plurimum, sed vile. Willebrandus episcopus Traiectensis moritur. Eodem anno hyems solito asperior inhorruit et multas vineas, ficus et olivas per Italiam, Franciam et Teutoniam congelavit. Apud Frankenvord[e] autem eodem rege sollempnem curiam habente[5], comes Seinensis[f] a crimine heresis se expurgat].

Anno[g] Domini 1234.

Verbum crucis predicatur contra Stadingos[h] per inferiores partes Teutonie et Flandrie. Collecto itaque universo exercitu cruce signatorum, in crastino ascensionis[6] idem *Iun. 2.* Stadingi[h] superantur et a terra sua funditus extirpantur. Fuerunt autem Stadingi[i] populi in confinio Frisie et Saxonie siti, paludibus inviis et fluminibus circumcincti, qui pro suis excessibus et subtractionibus decimarum multis annis excommunicati, contemptores clavium ecclesie sunt inventi. Qui cum essent viri strennui, vicinos populos, immo comites et episcopos bello pluries sunt aggressi, sepe victores, raro victi. Ob quam causam auctoritate papali verbum crucis contra eos fuit per multas dyoceses predicatum. Quorum in predicto bello circiter[k] duo milia perierunt, paucis superstitibus ad vicinos Frisones confugientibus.

Imperator vocatur á papa in auxilium contra Romanos, et secum aliquandiu[7] Reate[l] moratur, milites in civitate Viterbio[m] collocavit. Quorum cotidianis insultibus et depredationibus Romani adeo sunt vexati, ut non multo post

a) e v *e corr. B* 1. b) Augustum *C* 1. 2, *corr.* Augustam *B* 1. c) Bawariam *C* 1. 2. d) Hoc anno — se expurgat *iam erasa B* 1; *desunt B* 2. *Fr.; exstant C* 1. 2. e) Frankinnor *C* 1. f) Seinen. *C* 1. g) A. D. 1234. *alia manu in loco raso B* 1. h) *ita C;* Staging. *B* 1. i) *ita h. l. etiam B* 1. k) ad *add. sed del. B* 1. l) *in loco raso B* 1. m) Biterbio *C* 2; Byterbio *C* 1.

1) *Iul.* 30. 2) *Iul.* 25. 3) *Heinricus.* 4) *Ottonem.* 5) *Anno* 1234, *Febr.* 6) *potius d.* 27. *Maii; v. Schumacher, 'Die Stedinger' p.* 242. 7) *mens. Iun. et Iul.*

cum papa pacem subirent. In hoc tamen conflictu periit quidam nobilis comes Suevie dictus de Veingin[a. 1], sed plurimi capti fuerunt nobilium Romanorum.

Ipso anno comes Hollandie[2] in torneamento suffocatur apud Corbiam[3] in Ambianensi dyocesi. Castrum de Molinnarkin[b. 4] obsidetur in odium archiepiscopi Coloniensis á comite Iuliacensi[5] et suis conplicibus. Comes[c] Seinensis, collecta manu valida, uná cum archiepiscopo Coloniensi obsessores castri inpetit; qui relicto castro ordinant acies contra ipsum. Qui cum utrinque instructis aciebus iuxta villam Norvenich[d. 6] diu morarentur, post longum tractatum pax intervenit. Castrum liberatur ab[e] obsidione.

Rex Henricus Bobardie conventum quorundam principum habuit[7]; ubi á quibusdam nefariis consilium accepit, ut se opponeret imperatori patri suo; quod et[f] fecit. Nam extunc cepit sollicitare quoscumque potuit minis, prece et precio, ut sibi assisterent contra patrem, et non paucos invenit.

Anno Domini 1235.

Imperator ab Apulia Aquilegiam pervenit. Inde cum multa turba et multis thesauris versus Austriam intrat Germaniam. Filium etiam suum regem rebellem invenit, sed
Iul. 2. inpotentem; nam consilio habito, 6. Nonas Iulii apud Wormaciam in gratiam patris recipitur[8]; sed non persolvens que promiserat, nec resignans castrum Drivels, quod habuit in sua potestate, iussu patris imperatoris est custodie mancipatus.

Eodem tempore soror[9] regis Anglie rogatu imperatoris ab archiepiscopo Coloniensi et duce Brabancie ab Anglia adducitur, ipsi imperatori nuptura. Que ab omnibus civitatibus et oppidis, per que eam transire contigit, honorifice[g], sed á civibus Coloniensibus maiore pre aliis tripudio quinta
Mai. 24. feria proxima ante pentecosten suscipitur; apud quos in domo prepositi Sancti Gereonis per mensem in magna honorificencia continue moratur. Inde progrediens, apud Wormaciam imperatori assignatur; ubi imperiales nuptie debito cum honore celebrantur. Imperator suadet principibus, ne hystrionibus dona solito more prodigaliter effundant, iudicans maximam dementiam, si quis sua bona mimis vel ystrionibus fatue largiatur.

a) Vingin *C* 1. b) Mulinarkin *C* 1; Mů̊linarkin *C* 2. c) Seines *add. sed post del. C* 2. d) Noruench *C* 2. e) *deest C* 2. f) *deest C* 2. g) suscepitur *add. C* 1.

1) *Vaihingen.* 2) *Florentius.* 3) *Corbie.* 4) *inter Düren et Jülich.* 5) *Wilhelmo.* 6) *Nörvenich, haud procul a Düren ad orientem situm.* 7) *mense Septembr.* 8) *Haec Winkelmann, 'Friedrich II', Vol. I, p.* 473, *nescio an recte, in dubium vocavit.* 9) *Isabella.*

Curia celeberrima in assumptione beate Marie apud *Aug. 15.* Maguntiam indicitur; ubi fere omnibus principibus regni Teutonici[a] convenientibus, pax iuratur, vetera iura stabiliuntur, nova statuuntur et Teutonico sermone in membrana scripta omnibus publicantur[1]; excessus regis contra imperatorem cunctis aperiuntur. Otto de Luninburch[b], nepos magni ducis Henrici, novus dux et princeps efficitur[2]; quem diem rogavit imperator omnibus annalibus asscribi, eo quod tunc Romanum auxisset imperium novum principem creando, consensu omnium principum[c] accedente. Fuit autem dies illa vigilia Thimothei[d]. In die Thimothei[d], scilicet in octava *Aug. 21.* assumptionis, imperator diademate imperiali insignitus in *Aug. 22.* ecclesia Maguncieusi, fere omnibus principibus astantibus[e], debito honore refulsit; post missarum sollempnia invitans principes omnes et omnem comitatum eorum ad festivas epulas, que in loco campestri magnis sumptibus fuerant preparate. Non multo post archiepiscopus Bisentinus[f, 3] apud Maguntiam diem clausit extremum.

Hiisdem temporibus rex Ungarie[4] Austriam ingreditur, et vastata terra, multa milia marcarum á duce[5] pro pace recepit. Nam idem dux ante hoc tempus fines vastaverat Ungariorum[g], nulli parcens sexui, nulli etati.

In festo omnium sanctorum imperator conventum prin- *Nov. 1.* cipum habuit apud Augustam; ubi rex Boemie[6] affuit, recipiens ab imperatore 10 milia marcarum pro parte Suevie, que iure hereditario suam uxorem[7] contigit. Inde imperator se contulit ad oppidum Haginhowe[h], in quo hyemavit. Ibi affuerunt comes Tollosanus[8] et comes Provincie[9]. Recepit autem comes Tollosanus marciam Provincie[i] ab imperatore, homagium sibi prestans. Comes autem Provincie quinquagenarius ideo tunc primum ab imperatore ad gradum milicie est[k] provectus, quia comites sue parentele se non credunt diu posse vivere, postquam gradum milicie sunt adepti. Nec adhuc miles factus esset, nisi rex Francie et rex Anglie, quorum uterque suam duxerat filiam in uxorem, ipsum ad hoc prece multimoda compulissent, indignum reputantes

a) Theut. *C*1. b) Luniberch *corr.* Luninborch *C*2; Limburg *C*1. c) um *e corr. B*1. d) Tym. *C*1. e) astantibus — sollempnia *in rasura scripsit et deinde pergit:* ad festivas epulas (*eraso* sollempnia) inv. ad f. ep. *(iterum) C*2. f) Bisentinus, *post corr.* Bisontinus *C*2; Bysentinus *C*1. g) Ungarorum *C*1. 2. h) Haginowe *C*1. 2. i) Provinciam *eras.* am *B*1; Provinci *C*1. 2. k) *deest C*1. 2.

1) *Cf. LL. II, p.* 312; *Böhlau, Nove constitutiones p. IX sqq.* 2) *LL. II, p.* 318. 3) *Nicolaus.* 4) *Bela IV.* 5) *Friderico.* 6) *Wenceslaus.* 7) *Cunigundam, filiam Philippi regis.* 8) *Raimundus.* 9) *Raimundus Berengarius.*

suum socerum militem non esse. Ibidem nuncii regine Hyspanie[1] affuerunt, qui pulcherrimos dextrarios et magnifica munera cesari attulerunt. Nec multo[a] post eiusdem regine mors est nunciata imperatori[2]; unde plurimum doluit, quia patruelis eius fuit.

Ipso anno post pascha Domini tres circuli argentei circa solem inmense quantitatis apparuerunt, quorum primus alium includebat contingentem, tercius autem duos intersecabat, transiens per corpus solare. Qui circuli licet á populo putentur esse prodigium, tamen eorum causa ab Aristotile et Seneca in Meteoris est expressa.

Eodem quoque anno Constantinopolis a Grecis est obsessa.

Anno[b] Domini 1236.

Imperator, moturus bellum Longobardis sibi rebellibus, premittit quingentos milites mensurnis stipendiis conductos; quibus preficit nobilem virum et rebus bellicis expertum Geveardum[c] de Harnesten[d, 3], ut apud Veronam expectet imperatoris exercitum subsequentem. Imperator interea descendit usque in castrum dictum Marburch, ubi in Kalendis Mai[e] innumerabilis populi affuit multitudo. Nam a multis prudentibus duodecies centum milia hominum promiscui sexus estimata sunt convenisse ad memoriam sancte vidue Elisabeth[f], cuius glorificum[g] corpus ad capsam auream est translatum auctoritate summi pontificis, qui hoc negocium tribus episcopis conmisit, videlicet Moguntino, Trevirensi et Hildesemensi[4], quamquam ibi multi alii episcopi et principes affuissent. Ipse etiam imperator primus lapidem de sarcofago levavit et coronam auream de suo thesauro sacro capiti sanctissime vidue imposuit. Ibi preter multa miracula oleum de sacro corpore effluxit, quod[h] religiosis viris, basilicas et altaria in honorem beate vidue Elizabeth[i] constructuris, per fratres hospitalis Theutonicorum[k] est pie ac sagaciter distributum. Super cuius vita laudabili et virtutibus specialis historia est contexta[5]. Inde imperator veniens Confluentiam, inferiorum partium miliciam invocat contra Longobardos; sed[l] paucis sibi annuentibus, milites de Suevia et Alsacia

a) m. p. *in loco raso B* 1. b) *sequentia usque ad verba:* Ibi preter multa *paullo diversa manu, ut videtur, scripta sunt B* 1. c) Geneardum *C* 2; Genardum *C* 1. d) Harnisten *C* 1; Harinsten *C* 2. e) Maii *C* 1, *corr.* Mai *B* 1. f) Elysabeth *C* 1. 2. g) honorificium *C* 1. 2. h) *quae sequuntur usque ad finem codicis alia fortasse manu exarata sunt B* 1. i) Elyzab. *C* 2; Elysab. *C* 1. k) Teut. *C* 1. l) et *C* 1. 2.

1) *Beatricis, filiae Philippi regis Romanorum, quae nupserat Ferdinando regi Castellae.* 2) *De die non constat.* 3) *Arnstein.* 4) *Conrado.* 5) *Nescio an Vitam a Caesario Heisterbacensi scriptam vel fontem eius, libellum quatuor ancillarum, indicet.*

sibi assumit. Itaque ducens exercitum contra Longobardos, conmisit regi Boemiorum[a] et duci Bawarie et quibusdam episcopis terram ducis Austrie expugnandam propter multiplices excessus et facinora, quibus idem dux fama publica laborabat. Qui Austriam ingressi, adiunctis sibi nobilibus[b] terre, quos ipse dux antea iniuste oppresserat et de terra sua eiecerat, totam Austriam devastaverunt et imperatori subiugaverunt preter pauca castra munitissima, in quibus ipse dux profugus se recepit. Interim imperator Augustam veniens, manum militarem in campis Lici[c] colligit, et inde profectus in vigilia Iacobi, mille milites in Italiam secum *Iul. 24.* ducit. Transactis itaque Alpibus, miliciam suam apud Veronam colligit, que ibidem extra muros plus quam per mensem perendinavit. Dehinc Cremonensibus, qui sui fauctores[d] erant, coniunctus, licet Mediolanenses et sui complices frustra[e] resisterent et imperiali agmini terga darent, imperator cum Cremonensibus Mantuam sibi rebellem invadit et quecumque extra muros erant devastat. Duos eciam suorum burgos super fluvium qui dicitur Oyus[1] sitos potenter capit, quorum unus Macharia[f, 2], alter Mosa nominatur. Imperatore autem apud Cremonam[g] manente, Paduani, Tervisini, Vincentini, necnon Mantuani in odium imperatoris fines invadunt Veronensium, obsidentes castrum quod dicitur Ripa-alta[3]. Igitur Ezelinus, vir militaris inter Veronenses maior, nunciis missis auxilium implorat imperatoris; qui respondit, se ipsi personaliter succursurum. Unde incredibili celeritate a Cremona usque Veronam unius diei et noctis spacio suam miliciam adduxit. Mane facto castra movit imperator adversum hostes. Apparentibus autem signis imperialibus tam inopinato tempore, adtoniti sunt hostes, et relictis tentoriis ad propria cursu precipiti remearunt. Verum imperator

'Nil credens actum, cum quid restaret agendum', *cf. Lucan. II, 657.*

preveniens cursum hostium, ad civitatem Vincentiam pervenit, et primo incautam et tanquam cives proprios milites recipientem, licet postea frustra[e] resisterent, cepit et igne incendit, vulgo ad maiorem eclesiam confugiente, ut se ibidem salvarent. Tandem incendiis quiescentibus, imperator quiete civitatem occupavit et in domo episcopali pernoctavit. Rebus itaque suis ibidem in Longobardia dispositis[h], et parte exercitus sui relicta, imperator regrediens, ad Austriam declinat,

a) Boemiorum — episcopis *in loco raso B* 1. b) bus *e corr. B* 1. c) Lici : : *B* 1. d) *ita B* 1; factores *C* 1. e) fustra *B* 1. f) Machaia *C* 2; Machara *C* 1. g) Cremoniam *C* 1. 2. h) *in loco raso B* 1.

1) *Oglio.* 2) *Mercaria et Mosio.* 3) *Rivalta.*

et apud Wiennam nobilem Austrie civitatem hiemando, de statu eiusdem terre sibi nuper subiugate sagaciter ordinat et suis munit.

Anno Domini 1237.

Patriarcha Iacobitarum orientalium, vir venerabilis scientia et moribus et etate, cum maximo comitatu archiepiscoporum, episcoporum necnon et[a] monachorum sue gentis venit in Ierusalem. Cui verbum catholice fidei fratres ordinis Predicatorum in tantum exposuerunt, ut in processione sollempni, que in die palmarum in descensu montis Oliveti fieri consuevit, obedientiam sancte Romane eclesie iurarent, omnem heresim pariter abdicantes et confessionem suam eisdem fratribus tradentes in litteris Caldeis et Arabicis in testimonium sempiternum. In recessu eciam recepit habitum fratrum Predicatorum. Idem autem patriarcha preest Chaldeis[b], Medis, Persis et Armenis, quas terras Tattari[c] pro magna parte vastaverunt, et in aliis regnis tantum dilatatur eius prelatio, quod septuaginta provincie ei obediunt, in quibus habitant innumerabiles christiani, servi tamen et tributarii Sarracenis, exceptis monachis, quos liberos dimittunt a tributo. Secundum eandem formam fecerunt duo archiepiscopi, unus Iacobinus[d] de Egipto et alius Nestorianus de Oriente; qui tamen suas prelationes et subditos habent manentes in Syria et Phenice. Idem promisit facere Iafelinus[e], qui preest omnibus quos Nestoriana heresis ab eclesia separavit; cuius prelatio per Indiam et per regnum sacerdotis Iohannis et per regna orienti magis proxima dilatatur. Patriarcha eciam Iacobitarum Egiptiorum, qui multo amplius errare solent quam orientales, quia circumcisionem[f] addunt, prohibita circumcisione et multis erroribus elisis, idem facere promiserunt. Huic subdita est maior India, Ethiopia et Libia cum Egypto. Sed et Ethiopes et Libii non sunt subditi Sarracenis. Marmorite[1], qui habitant in Libano, iam diu ad unitatem fidei redierunt. Soli autem Greci nostra sacramenta blasphemantes[g] in[h] malicia perseverant. Ante hoc tempus frater Iordanus, magister ordinis Predicatorum, rediens a partibus transmarinis, naufragio mortem incurrit cum duobus fratribus et aliis fere 90[i], et in littore Barbarie corpus eius est inventum; ubi Dominus per ipsum gloriosa miracula operatur.

Eodem anno Fridericus inperator ab Austria ascendit usque[k] Ratisponam, principibus apud Spiream ad colloquium

a) *deest* C1. b) Caldeis C1. 2. c) *ita* B1. C2. d) Iacobus C1. e) Iaphelinus C1. 2. f) circumsisionem *corr.* circumcisionem B1. g) brasphemantes B1. h) in m. *post suppl.* B1. i) 80 C2. k) usque ad R. C1. 2.

1) *Maronitae.*

evocatis. Ubi cum quidam principes convenissent, ab eo ad convivium invitantur. Filium eciam suum Cunradum adhuc puerum, prius in Austria regem Theutonie designatum [1], denuo ab ipsis [a] optinet approbari. Ducatum eciam Austrie et Stirie apud Wiennam Romano imperio adiecerat, quorum valentia transcendit sexaginta marcarum milia [b] annuatim.*

Eodem anno Templarii transmarini [c] quoddam castrum a Sarracenis obsessum iuxta terram Halapie [d.2] volentes redimere, quod ad eos pertinebat, voluntate sua completa, Halapie terram vastant. Quos Sarraceni in multitudine gravi inpugnantes et cum eis congredientes, occidunt vel capiunt ex eis circiter centum. Unde iidem pro redemptione fratrum suorum supplices mittunt litteras inperatori. Qui ad eorum peticionem parum dicitur esse motus.

Inperator [e] itaque transsiens Alpes, statim sibi subiugat Mantuanos et comitem [3] de Sancto Bonefacio. Postea collecto copioso exercitu de Tuscia, de Romoniola, de Longobardia, et pluribus Sarracenis, invadit fines Brixianorum et castrum quoddam quod dicitur Mons-clarus [f.4] iuxta Brixiam obsidet, et captis mille quingentis personis, castrum solo coequat. Inde se movens, plurima castra capit. Tandem eo obsidente castrum quod dicitur Pons-vici [5], Mediolanenses cum suis complicibus in manu valida et carrocio suo strenue munito inperatori audacter occurrunt et ei resistunt. Sed cum ibi tractaretur de pace et labor frustraretur [g], inperator voluit cum eis dimicare, sed accessum ad eos non habuit propter loca invia, que fuerant interposita, et aquosa. Unde ponte subtiliter facto super Oyum fluvium, inperator transmeat, simulans se recedere, et Mediolanensibus domum redire volentibus occurrit et eos incautos [h] in castris prosternit. Qui cum acriter resisterent, duravit clades usque crepusculum. Nox bellum diremit. Armatorum autem circiter 5 milia se circa carrocium coadunant; qui omnes noctu metu [i] inperatoris fugiunt, carrocio et multis curribus derelictis. Similiter opidani de opido quod dicitur Curtis-nova [6] una cum eis

*) **Sed postmodum [7] eundem ducatum duci Austrie remisit, cum ipsum in gratiam recepisset** *post add. B1; desunt C.*

a) epīs (episcopis) C1 *corr.* īpīs (ipsis) C2. b) marcarum milia *superscr.* marcarum B1; marcharum milia C1. 2. c) in *post add.* C2; in q. C1. d) Alapie C1 *(sed post* Hal.*)* 2. e) I. itaque *e corr.* B1. f) clararus *rubro corr.* clarus C2. g) fustraretur B1. h) occurrit et eos incautos *in loco iam fisso pergamenae exstant* B1. i) *eadem manu in margine suppl.* B1.

1) *Cf. LL. II, p.* 322. 2) *Aleppo.* 3) *Richardum.* 4) *Montechiaro.* 5) *Pontevico ad fluvium Oglio situm.* 6) *Cortenuova.* 7) *a.* 1240, *Iun.*

noctu fugiunt, opidum relinquentes. Mane facto, inperator castra vacua et carrocium simul cum potestate capit et ipsum potestatem Mediolanensium, filium ducis Veneciorum, in eodem curru captivum propter spectaculum cum[a] triumpho Cremonam adducit[b]. Capta sunt autem in hoc conflictu, occisa vel submersa in fluvio Oyo hostium decem milia. Ex parte inperatoris paucissimi perierunt. Inperator carrocium Romam mittit in signum et memoriam huius triumphi. Natale Domini agit apud Papiam, et quedam civitates in suam veniunt deditionem, Lauda scilicet et Vercellis.

1238? *Mart. 1.* Ipso[c] anno in die beati Albini grando[d] in quantitate ovorum columbarum vites, erbas et segetes plerisque[e] in locis et precipue prope Coloniam prosternit. Quidam eciam affirmabant, se vidisse lapidem grandinis in longitudine dimidii cubiti et in spissitudine quatuor[f] digitorum. Ventus eciam grandinem subsequtus in multis locis, maxime in Westfalia, arbores radicitus eruit, domos destruit, quosdam suffocans[g] homines et iumenta. Turris[h], quam venerabilis archiepiscopus[i] Engelbertus ante castrum Tůrun extruxerat, dolo capitur a fautoribus palatini[1]. Hyemps remissa, ventis, nive, pluvia distemperata.

1238. *Febr. 2.* In eadem hyeme circa purificationem beate virginis comes Clivensis[2], comite[3] Hollandie sibi navali exercitu succursum ferente, invadit fines archiepiscopatus Coloniensis et castrum archiepiscopi Haspele[4] prope Res[5] situm per traditionem castellani eiusdem castri capit et confringit. Archiepiscopus autem[k], electa manu militari celeriter congregata, inopinatus advolat hostes propulsurus. Sed mediante comite Gelrense[6] et instanter supplicante, eundem comitem Clivensem in deditionem recipit, habundanti cautione accepta de castri sui longe meliori reparatione et iniurie satisfactione.

Per idem tempus infra quadragesimam in Coloniensi, Trevirensi et Moguntina provinciis et maxime in diocesi Leodiensi plurime guerre emergunt, propter quas incursus bellorum, depredationes et incendia multa fiunt.* In fine eiusdem quadragesime[7] obiit domnus Henricus Coloniensis archiepiscopus.

*) *C2 addit:* Eodem anno castrum quod dicitur Amiralde de obsidione est absolutum.

a) *deest C2.* b) adduxit *C1.* c) *h. l. in margine interiore notavit alia manus:* Nota: istud precedet *B1.* d) *m. s. XV. suppl. C1. 2.* e) prisque *B1.* f) quatuor — grandinem *des. C1.* g) suffocat *C1. 2.* h) *h. l. eadem manu qua supra (n. c) in marg. notatur:* et istud priorem annum *B1.* i) episcopus *C1. 2.* k) *deest C2.*

1) *Ottonis, ducis Bavariae.* 2) *Theodericus.* 3) *Wilhelmo.* 4) *Aspel.* 5) *Rees prope Wesel.* 6) *Ottone.* 7) *d. 26. Martii.*

PARS OCTAVA.

Continuatio quinta (S. Pantaleonis tertia).

[Anno[a] Domini 1238].

Per idem tempus Iohannes[b] Leodiensis episcopus moritur, et pars canonicorum prepositum Aquensem[1] Ottonem eligunt, alia vero pars Wilhelmum postulant, qui consimiliter erat electus ecclesie Valentine[c]. Itaque Conradus Coloniensis et Otto Leodiensis electi trans Alpes adeunt castra Friderici[d] imperatoris Brixiam civitatem obsidentis circa festum sancti *Iun.* 24.
Iohannis babtiste, et receptis ab eo regalibus, absque mora ad propria revertuntur. Imperator autem per estatem Brixiam obsidens, inacte ab obsidione recedit et apud Cremonam[2] et in vicinis locis hyemat. Papa ad imperatorem multos episcopos dirigit monitores, ut ab iniuriis ecclesiarum et maxime Romane ecclesie desistat. Imperator vero petit sibi exprimi iniurias singulatim[e], et ad eas obiectiones respondens, responsiones suas cum obiectionibus fecit conscribi; que littere postea per Teuthoniam[f] sunt transmisse et audite[3].

Anno Domini 1239.[g]

Imperator Fridericus in ramis palmarum excommuni- *Mart.* 20.
catur a domno papa Gregorio[4] propter multas et validas causas, non obstante excusatione vel responsione per imperatorem facta, ut predictum est. Itaque papa litteras excommunicationis ad omnes mittit provincias[5]. Mittit etiam[h] in Galliam legatum Prenestinum episcopum[6], qui, metu imperatoris mutato habitu, regnum Francie ingressus, proponit ad mandatum pape Romanum imperium, quod dicebatur[i] vacare, a[k] Germanis[l] transferre in Gallos, ad hoc

a) *desunt codd.* b) Annes Epus Leodiensis *D* 2. c) electus Valentutae (?) *D* 2. d) Freder. *D* 2 *semper; variat utraque scriptura D* 1. e) sigillatim *D* 1; singulatim ini. *D* 2. f) Teutonicam *D* 2. g) 1238. *D* 1. 2. h) enim *D* 2. i) dicebat *D* 2. k) *deest D* 2. l) Romanis *D* 2.

1) *et Traiectensem.* 2) *Ubi inde a mense Novembri fuit.* 3) *Cf. litteras Herbipolensis, Wormatiensis, Vercellensis ac Parmensis episcoporum ad papam die* 28. *m. Octobris* 1238. *directas ap. Huillard-Bréholles, Hist. dipl. V,* 249—258. *A.* 4) *Formulam excommunicationis invenies exempli gratia in Annal. Stad., SS. XVI, p.* 363 *sqq. A.* 5) *Böhmer, Reg. p.* 347 *nr.* 140. 141. 6) *Iacobum.*

recipiendum sollicitando regem Francorum[1]. Rege autem Francorum hoc recusante, legatus similiter sollicitavit quosdam alios reges et principes; qui omnes, consilio cum deliberatione habito, pre magnanimitate imperatoris hoc recusarunt[a]. Ante hoc tempus miserat papa magistrum[b] Ottonem dyaconum cardinalem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano in Angliam ad idem negotium quadam preventione promovendum; qui cardinalis infinitam pecuniam a personis ecclesiasticis et claustralibus subtiliter expetitam et obtentam reportavit. Item papa, misso Suenebaldo[c, 2], avertit Ravennam ab imperatore, quondam ei[d] fidelissimam. Imperator autem, missis litteris ad omnes ecclesias cathedrales et ad reges christianos[3], allegat, se iniuste a papa excommunicatum.

Ipso[e] anno Conradus Coloniensis electus dissensionem movit contra comitem[4] Seinensem. Qui comes cum ex alia ripa Rheni exercitu adunato inhiberet transitum Rheni in terram suam electo Coloniensi apud Bonnam constituto, cives Colonienses cum multis navibus armatis et apparatis in subsidium electi Bonnam celeriter adveniunt, propter quorum adventum inopinatum exorta guerra cum honore electi tunc temporis quievit. Paucis diebus interpositis cum cautela et dissimulatione electus Romam[5] proficiscitur, paucis hoc scientibus, et ibi a papa confirmatus et cum Wilhelmo Leodiensi postulato similiter confirmato mense Iunio ad patriam remeat. Rebellione autem nobilium terre contra ipsum electum pullulante, idem electus castrum Tuitiense, civibus Coloniensibus ipsum adiuvantibus[6], viriliter occupat, et per duas magnas naves opere mirabili cum propugnaculis et pontibus preparatas turres comitis de Monte capit et diruit[f], et omnes turres castri antiquitate collapsas reedificans suisque muniens, turrim Sancti Heriberti[g] similiter incastellat[h]. Congregatur itaque hinc inde[i] militia, et dux de Limburch[7], qui et comes de Monte, electum cum suis militibus et Colonienses circa idem castrum diffusos et ibidem adversarios

a) item rec. *D* 2. b) M. *D* 1. c) Suuenebaldo *D* 1; Suenobaldo *D* 2. d) sibi *D* 2. e) Illo *D* 2. f) delevit *D* 2. g) Hereberti *D* 2. h) incastillat *D* 2. i) hinc et inde *D* 2.

1) *Non Ludovico IX. ipsi, sed potius Roberto, fratri eius, imperium oblatum esse, verisimilius est; v. Huillard-Bréh. VI,* 1087. *C.* 2) *Sinibaldus postea papa electus Innocentii IV. nomen suscepit. C.* 3) *Böhmer, Reg. nr.* 972. 4) *Heinricum.* 5) *Diplomate d. d. 9. m. Maii capitulum Coloniense venditionem m. Apr. factam confirmat* vice venerabilis domini C. archielecti nostri, qui tunc pro negotiis ecclesie Col. et suis agebat in partibus transalpinis. *Museum Alfterianum XI,* 153. 154 *(Msc. in bibl. gymn. Col. ad S. Marcellum). C.* 6) *V. dipl. Conradi* 1239. *Iul.* 15. *datum, ap. Lacomblet II, nr.* 242, *p.* 125. *C.* 7) *Heinricus. A.*

intrepide exspectantes aggredi non audebat[a]. Verum electus cum manu valida terram comitis de Monte partim pertransiens, intrat terram comitis Seinensis; ad cuius adventum dicti dux et comes territi, pacem cum eo ineunt, quam iuramento et scriptis sigillatis confirmant. Dux autem Brabantie[1] pacem[b] inter electum et dictos ducem et comitem prius a se datam asserens ab electo violatam, ipsi bellum indicit nec multo post tempore inducit. Nam assumptis secum[b] circa 8000 bellatorum[c], tam equitum quam peditum, terram electi ingreditur, omnia predia ecclesiarum, ubi transitum facit, spoliat, angariat[d] vel incendit. Cui dux de Limburch[e] assistit potenter, tamen quasi adiutor, ne posset argui super violatione fidei date, multis tamen eius tale improbantibus effugium fidei vel simulationem sacramenti. Dux vero Brabantinus usque ad oppidum Nussiam pervenit, quod intactum relinquens et inde divertens, cum versus Coloniam cum omni sua multitudine pertransiendo acies armatas dirigeret nec aliquid contra eam attemptaret, electus animo promptissimus, ut nec multum peccaret[f] audacia, ex una portarum civitatis cum paucis militibus prosiliens, civibus quiescentibus, insultum audacter facit[g] contra extremam ducis aciem. Post quem insultum, utrinque[h] tam a moventibus ipsum quam ab excipientibus cum[i] multa animositate factum, dux pertransiens Coloniam intactam, ingreditur Bonnam et eam succendit. Inde digressus ad obsidionem castri Lechenich[2], percipit, electum Coloniensem validum exercitum congregasse. Quapropter tam fame suorum fatigatus quam fama huiusmodi territus, in Brabantiam revertitur. Electus autem, splendida coadunata militia, Moguntino archiepiscopo[3], Monasteriensi[4] et Osnabrugensi[k.5] episcopis ipsi succursum ferentibus, castrum Iuliacum obsidet[l] et villam castri penitus cremat. Inde moto exercitu, terras adversariorum et[m] cremat et per angariam evacuat. Castellum etiam dictum Berge, quod erat Wallonum[n], destruens, usque ad castrum ducis de Lymburch dictum Rhode[o.6] pervenit, cuius omnia suburbana comburit et terram circumquaque devastat[p]. Inde rediens, castrum comitis Iuliacensis[7] Berchem[8] dictum[q] obsidet et hoc in deditionem acceptum incendit et diruit,

a) audebant *D* 1. 2. b) *deest D* 2. c) bellatoribus *D* 2. d) spoliat ac incendit *D* 2. e) Limburgh *D* 2 *saepius.* f) *ita D* 1. 2. g) fecit *D* 2. h) utrumque *D* 2. i) cum multa *des. D* 2. k) Osnaburg. *D* 1. l) obsedit *D* 2. m) aut cremat aut *D* 2. n) Wallorum *D* 1; Vallianis *D* 2. o) Rode *D* 2. p) divastat *D* 2, *et ita mox.* q) *deest D* 1.

1) *Heinricus III. A.* 2) *prope Coloniam.* 3) *Sigifrido III. A.* 4) *Ludolfo. A.* 5) *Engelberto I. A.* 6) *Herzogenrath.* 7) *Wilhelmi IV. A.* 8) *Bergheim.*

et his peractis, exercitum suum dissolvit. Postmodum vero dux Brabantie iterum cum manu valida regreditur, castrum Randinrode[a.1] Gerardi fautoris episcopi obsidet et deditum destruit et incendit. Inde divertit ad castrum Dalehem[b.2], quod erat comitis[3] de Hostadin[c], nepotis electi, et ipsum per decem hebdomadas obsidens, in deditionem accepit et suis munivit. Huius autem obsidionis tempore electus Coloniensis quoddam presidium ponit in terra comitis de Monte cis Rhenum iuxta villam dictam Medeme[4]; ubi positis satellitibus, terram eiusdem comitis usquequaque devastat.

Eodem etiam tempore guerra durante electus Coloniensis ordinatus est in presbyterum ab episcopo Monasteriensi in ecclesia sancti Petri Colonie, et ab eodem episcopo in die
Oct. 28. apostolorum Simonis et Iude in episcopum est consecratus. Pauco post tempore idem episcopus terram Walerami[d.5] dictam Kuntzerlandt[e.6] intrat et omnia circa castrum [Monioie[f.7]] et Dune[8] cremat et devastat.

Eodem anno imperator collecto exercitu fines Mediolanensium[g] intrat[9], civitatem Cumam[h] sibi conciliat, duo castra Mediolanensium[g] Sicianum et Landrianum[10] subiugat. Inde secedens ad diruendum pontem Placentinorum, qui ducit trans Padum fluvium[i], nocte quadam inopinata inundatione exorta, multa tentoria amittit et salvis personis maxima rerum dampna incurrit.

Ipso anno comes Campanie Theobaldus, qui et rex Naverniensium, Richardus, frater Anglie regis, comes Britannie[11], comes de Monte-forti[12], comes Barensis[13] cum multis nobilibus Gallie, Hispanie, Anglie, Teuthonie[k] in Terram Sanctam pro eius liberatione sunt profecti. Qui cum ad edificationem Ascalone acies dirigerent, audito quod Sarraceni eis in vicino[l] essent, consueta eos animi magnanimitate[m] invadunt. Sed ab ipsis Sarracenis inprosperato casu et inopinato miserabiliter sunt devicti et deleti[n]. Ubi

a) Randerodt *D* 2. b) Dolehem *D* 2. c) Hochsteden *D* 2. d) Walrami *D* 2. e) Ouderlandt *D* 2. f) *lacuna in D* 1; circa castrum Dunae *D* 2. g) Mediolañ *D* 1. h) Civiam *D* 2. i) *deest D* 2. k) Germaniae *D* 2. l) vicinio *D* 2. m) magnitudine *D* 2. n) dolose *D* 1.

1) *Randerath.* 2) *Daelhem inter Leodium et Traiectum ad Mosam.* 3) *Theodorici.* 4) *De cuius situ non constat.* 5) *Fratris Heinrici comitis de Monte.* 6) *Nescio an auctor 'terram Cůmze' (v. Lacomblet II,* 33. 116*) intelligat. Fortasse Contzen vicus in Eiflia prope Montjoie oppidum situs. C.* 7) Monioie *supplevi secutus Ann. Floreff. ad annum* 1239, *SS. XVI*, 627. *C.* 8) *Daun in Eiflia.* 9) *Post Sept.* 16. *Cf. Annal. Placent. Gibell., SS. XVIII, p.* 482. *A.* 10) *Siziano et Landriano. A.* 11) *Petrus. A.* 12) *Amaricus. A.* 13) *Iohannes. A.*

comes Barensis captus et postea mortuus, comes de Monteforti et multi alii nobiles Gallie sunt captivati.

Anno Domini 1240.[a]

Imperator Apuliam regreditur, regnum illud[b] ibi ordinare[c] disponit, collecta pecunia erarium suum ditat, postmodum[d] militiam validam coadunat. In estate in Longobardiam properat, Ravennam, que a se desciverat, victoriose recuperat[1], Faventiam etiam[e] obsidet et circa ipsam nova menia construit instar maxime civitatis, ita angustians cives inclusos, ut nemo ingredi vel egredi valeret. Cuius civitatis captionem cuniculis vel suffossionibus subterraneis, machinis et instrumentis plurimis attemptat, sed illis viriliter resistentibus, per longum tempus parum proficit; comprehensos tamen cives circiter septuaginta in facie civitatis suspendit. Eodem tempore imperator tres naves Venetorum capit[f], ubi predam valentem septuaginta[g] milia marcarum invenit. Quocirca Veneti exacerbati navibus maritima Apulie vastant et tria oppida imperatoris incendunt. Unde imperator ira stimulatus filium[2] ducis Venetorum, qui potestas fuit Mediolanensium, olim[h] in bello Mediolanensi captum, apud Tranum civitatem Apulie in alta turri[i] suspendit, vestitum corio, ut cadaver ipsius[e] eo tardius putrescat et spectaculum pretereuntibus fiat.

Ipso anno Coloniensis archiepiscopus, collecto exercitu et civium Coloniensium multitudine coadunata, castrum Tulpetum obsidet. Adversariis autem suis, scilicet[h] comite Iuliacensi et quibusdam nobilibus terre, contra ipsum militiam validam adducentibus, interventu quorundam treuge interveniunt, pax iurata sigillatur; sed diuturna non existit; unde Coloniensis archiepiscopus obsidet castrum Bruch[3] super Ruram fluvium. Quo tempore Conradus, filius imperatoris, a paucis principibus in regem Romanorum electus, Leodium venit, et inde in ramis palmarum Coloniam veniens, inter *Apr. 8.*
domnum Coloniensem et nobiles terre eius adversarios treugas belli statuit usque penthecosten, tunc apud Frankenfurt[k] *Iun. 3.*
iustitiam partibus facturus, si eos non concordaret. Illuc archiepiscopo non veniente sed responsales mittente, rex responsales non reputans idoneos, occasione talis contemptus, licet videretur excusabilis, minus probabiliter adversariis auxilium impendit; quapropter bellum recrudescit. Dux

a) 1140. *D* 2. b) ibi illud *D* 2. c) ordinarie disposuit *D* 2. d) postea *D* 2. e) *deest* *D* 1. f) rapit *D* 2. g) 700 marcarum *D* 2. h) *deest* *D* 2. i) turre *D* 1. k) Franckenfurt *D* 1; Francofort *D* 2.

1) *Aug.* 22. *A.* 2) *Petrus Tiepolo apud Curtem novam a.* 1237. *captus. C.* 3) *Broich ad Ruhr fluvium.*

Brabantinus, collecta manu copiosa, cum duce de Nanscedio[1] et multis tam Gallicis quam Teuthonicis[a] castrum archiepiscopi Lechenich obsidet, assistentibus sibi civibus Aquensibus et aliis imperialibus. Interea milites comitis de Monte cum quibusdam imperatoris hominibus adiunctis presidium archiepiscopi iuxta Medeme firmatum inopino insultu per dolum facto capiunt et diruunt. Archiepiscopus autem, plus magnanimitati solite quam rationi previe in hoc casu indulgens, aggressus difficilia, villas circa castrum Bensbur[b,2] cum valde paucis incendit, sed a castrensibus circumventus in maxilla vulneratur. Ipse vero fortiter adversarios reprimens, suis sibi opem constanter[c] ferentibus, non sine damno quorundam suorum evadit. Statimque post hec[d] transito Rheno, quasi non immemor antiqui, immo[e] recentis vulneris, arma capit, quam plurimos iuxta aliud castrum Bedebur[f,3] cum parva manu audacter assiliens; ubi Fridericum de Rytferscheidt[g], dominum castri, virum nobilem et pugnacem, letaliter vulneratum, et plures alios, licet laboriosa pugna, tamen[h] propter numerum suorum longe minorem magnifica, captivos potenter abducit. Dum hec aguntur, milites de Westphalia plurimi adunantur ad solvendam obsidionem castri de Lechenich. Sed ante ipsorum adventum pax inter domnum archiepiscopum et ducem Brabantinum et complices[i] suos intervenit, que demum firmatur[k] et conservatur. In cuius pacis firmamentum soror domni archiepiscopi traditur nuptui Adolpho, filio comitis de Monte qui[l] et dux de Limburch, et medietas castri Tuitiensis eidem Adolpho[4] in feudum[m] assignatur. His peractis, dissensio oritur inter domnum archiepiscopum et cives Colonienses super eo, quod iuxta promissionem sibi factam in incepta fideliter cum archiepiscopo non perseverassent usque ad finem guerre. Unde Colonienses instruunt naves bellicas magno apparatu ad se tuendos. Sed eadem dissensio partim per replicationem Coloniensium super eo, quod succursum archiepiscopo exhibuissent hactenus suis antecessoribus non prestitum, partim per mediatricem pecuniam conquievit[5].

Ipso anno archiepiscopus Magdeburgensis[6] et episcopus

a) Teutonicis *D* 2. b) Bensburgh *D* 2. c) constantes opem *D* 2. d) hoc *D* 2. e) denuo *D* 2. f) Bedebure *D* 2. g) Reifferscheit *D* 2. h) tum munerum suorum longe minorem magnifice *D* 2. i) complures *D* 1. k) confirmatur *D* 2. l) Monte et ducis de L. *D* 1. m) in feudo *D* 2.

1) *Nancy; duce scilicet Lotharingiae superioris Matthaeo II. A.* 2) *Bensberg.* 3) *Bedburg.* 4) *Diplomate d. d. 2. m. Sept. archiepiscopus non Adolpho, sed Henrico, patri eius, castri Tuitiensis medietatem in feudum concedit; Lacomblet II, p.* 128. *C.* 5) *V. dipl. Conradi de die* 27. *m. Iulii, ibid. p.* 127. *C.* 6) *Wilbrandus. A.*

Halverstadensis[1.a] et marchio de Missene[2] invadunt terram marchionis de Brandenburg[b.3], depredantur et incendunt. Marchio vero Brandenburgensis, hostibus fatigatis et tentoria figentibus, circa vesperas repentino incursu superveniens[c], septuaginta[d] milites episcopi Magdeburgensis vulnerat, episcopum Halverstadensem[a] capit et omnes alios victos fugat.

Anno Domini 1241.

Imperator diu obsessam[e] Faventiam post pascha in *Apr. 14.* deditionem accipit, multis receptis cum 50[f] castris. Imperator etiam castrum et pallacium in ipsa civitate construit et nobiliores omnes populi[g] Faventini ad convivium convocat et omnes splendide procurans, inter se reconciliat.

Circa idem tempus Prenestinus episcopus legatus Gallie[4], Otto cardinalis legatus Anglie, Gregorius notarius curie Romane legatus Longobardie apud Ianuam civitatem Italie convenientes, itinere navali cum multis aliis episcopis, abbatibus Gallie et Anglie et multis nunciis prelatorum tam de Teuthonia[h] quam de aliis terris, 25[5] galeas[i] armatas cum magno comitatu Ianuensium civium ingressi, Romam adire intendunt[k], ut illic in concilio, a papa, ut presumebatur, indicto de liberatione curie Romane ab iniuriis ab imperatore illatis et ad ipsum imperatorem reprobandum, tractatum haberent efficacem. Qui in insidias Pisanorum et Henrici regis Sardinie, naturalis filii imperatoris, incidentes, victi sunt, tribus galeis[l] penitus submersis et 22 captivatis. Ubi tres predicti legati et quatuor milia Ianuensium capta sunt, exceptis aliis multis abbatibus et religiosis personis et nunciis magnatum terre, cum quibus pecunia innumerabilis est inventa. Super imperatoris fortuna, que ex permissione Dei contigit, cuius nos latent iudicia, epistola [ab[m] imperatore] Coloniensibus est directa[6], quam nuper alia epistola precesserat eisdem civibus missa super deditione civitatis Faventie, verborum et sententiarum venustate confecta[n]. Deinde imperator Spoletum[o], civitatem pape[p],

a) Halberstad. *D* 2. b) Brandenburgen *D* 1; Brandenb. *D* 2. c) supervenientes *D* 1; superveniente *D* 2. d) 70000 milites *D* 2. e) *deest D* 1. f) *deest D* 2. g) Apti *D* 2. h) Germanica quam al. t. *D* 2. i) galeras *D* 1; gallias *D* 2. k) intendebant *D* 2. l) galeris *D* 1; galleis *D* 2. m) *desunt D* 1. n) referta *D* 2. o) Spolatum *D* 2. p) *deest D* 2.

1) *Ludolfus I. A.* 2) *Heinricus Illustris. A.* 3) *Iohannis I. A.* 4) *Iacobus. A.* 5) *Et maiorem fuisse galearum numerum, neque omnes aut captas aut submersas esse, constat; v. Barthol. Scribam, SS. XVIII,* 195, *et Huillard-Bréh. V,* 1120. *Procul dubio auctor epistolam quandam Friderici secutus est, in qua, sicut in litteris victricibus, ibid. V,* 1126, *navium fuga elapsarum nulla fiebat mentio. C.* 6) *Sine dubio similis illi, quae exstat apud Petrum de Vinea I,* 9. *Litterae de deditione Faventiae ibidem leguntur I, p.* 8. *A.*

occupat, et similiter Beneventum; nam hoc ante[a] diu Viterbium imperator habuerat[a] cum aliis multis castris pape attinentibus.

Hoc anno clades exitialis populi christiani est audita apud nos de adventu Tartarorum, de quorum crudelitate aures nostre tinniunt et corda contremiscunt. Hec autem gens, prout[b] dicitur, egressa ex[c] ultimis partibus Scithie longe ultra paludes Meothides[d] multos populos transmarinos et admarinos[e] perdomuit[f], et subiugatis sibi Ruscie regnis, *Febr.* hoc anno circa quadragesimam Poloniam est ingressa, cuius plurimam partem vastavit, spoliavit et incendit, habitatoribus fugatis vel occisis. Ipsa etenim gens in omnibus crudeliter seviens, nulli ordini pepercit vel religioni. Dux autem Henricus de Fratislovia[g. 1] eisdem occurrens cum quodam alio duce[2], in multa fortitudine victus est; ubi ipsi duces et multi strenui milites sunt extincti, et caput ducis resectum est et ab ipsis asportatum[h]. Exiens a Polonia predicta gens Moraviam intrat et, quod incredibile dictu est, unius diei et noctis spatio per quatuor dietas, pertransitis rapidis fluviis, mota est, totam devastans Moraviam preter castra et loca munita. In transitu etiam fines Missinensis[i] diocesis attigit et ibi plurimas personas peremit. Inde in Hungariam[k] perveniens, adiuncta sibi gente Comanorum[l] truculenta, cruentissima cede devastat. Rex Hungarorum illis occurrens, copiis instauratis, cum validissimo exercitu super ripam cuiusdam amnis[3] consedit. Tartari vero cum Comanis[m] nocte quadam, die vix illucescente, amnem supra et infra artificiose traicientes, exercitum Hungarorum incautum invadunt. Extincta referuntur ibi sexaginta Hungarorum milia, inter quos duo episcopi et multi Teuthonici[n], Gallici[o], tam nobiles quam vulgares, periere[p]. Rex vero Hungarorum fuga elapsus, cum paucis vix evasit. Nec mora, Tartari bestialiter sevientes[q], omnem Hungarorum residuam regionem[r] vastant, incolas conterunt et[s] fugant. Nec mirum, cum totum[t] regnum Hungarie fere nullam civitatem muris munitam habuerit et[u] castra firma. Rex itaque profugus ad ducem Austrie se contulit et postmodum[v] per Waciensem episcopum ab imperatore auxilium postulavit,

a) *ita D* 1; nam hoc anno diu Viterbium habebat imperator *D* 2. b) prius *D* 1. c) ab *D* 2. d) Meothicas *D* 1. e) cum marinos *D* 2. f) sibi perdomuit *D* 2. g) Franslovia *D* 1. 2. h) est asportatum *D* 2. i) Misnensis *D* 2. k) Ungariam *D* 2 *saepius*. l) Camanorum *D* 2. m) Cumanis *D* 2. n) Teutonici *D* 2. o) Gallie *D* 1. p) perierunt *D* 2. q) desaevientes *D* 2. r) reg. res. *D* 2. s) ac *D* 2. t) tunc temporis r. *D* 2. u) ac *D* 2. v) postea *D* 2.

1) *Breslau; immo dux de Liegnitz. A.* 2) *Boleslao duce de Oppeln.* 3) *Saio amnis, qui in Tibiscum fluvium influit.*

sponsa illi perpetua subiectione, si per operam suam contingeret ipsum regnum [suum[a]] recuperare. Ex hoc conflictu et ante conflictum tam Polonie quam Hungarie multi fratres Predicatores et Minores evaserunt, qui signo crucis per totam fere Teuthoniam[b] clericos et laicos adversus predictos barbaros armaverunt. Imperator etiam scripsit magnatibus Teuthonie[c], ut se in adiutorium ipsius prepararent, eo quod ipse vellet afferre auxilium populo christiano contra truculentiam barbarorum[1]. Ipse etiam rex, filius imperatoris, archiepiscopus Coloniensis et plurimi nobiles Teuthonie[c] signum crucis vivifice[d] assumpserunt. Timor non[e] modicus eiusdem barbare gentis remotiores etiam partes, non solum Galliam, sed et Burgundiam et Hispaniam invasit, quibus nomen Tartarorum antea incognitum fuit. Multa quidem de ortu, ritu et victu predicte barbare gentis audimus incredibilia et omnino inhumana, que nondum nobis plene[f] cognita supersedimus hic[g] scribenda, donec nobis super hoc mera veritas illucescat[h], quam loco congruo ducemus ponendam[i].

Ipso anno Hermannus lantgravius[k], filius sancte Elysabeth[l], obiit; qui, repudiata filia imperatoris sibi desponsata, filiam[2] ducis de Brunswich[m] duxerat in uxorem.

Ipso anno post octavas penthecostes torneamentum[n.3] *Mai. 26.*
apud Nussiam est habitum, in quo circiter centum viri tam nobiles quam prestantis[n] fame milites calore aeris vel pulvere suffocati misere sunt extincti, quibusdam sentientibus, id potius divina vindicta quam laboris tolerantia animo vincendi proveniente vel aeris intemperie accidisse.

Eodem anno 5. Idus Iulii post crepusculum vespertinum *Iul. 11.*
ad unius hore spatium figura ignea ad modum draconis visa est in aere volitare ab ortu in occasum, habens caput magnum et splendidum et corpus oblongum et grossum cum cauda gracili et rubea, cuius longitudo videbatur ad quadraginta cubitos extendi. Hec figura draconis Colonie visa est Rhenum transvolare, aliis autem in Westphalia vel alias[o] existentibus apparuit secundum illorum situm regionis et locum, eadem forma permanente. Non multum post temporis apparuit non minoris quantitatis forma ignea ab occasu solis in ortum volans[p] circa crepusculum noctis, que cito disparuit.

Ipso anno moritur papa Gregorius circa medium Augusti[4],

a) *deest D* 1. b) Germaniam *D* 2. c) Germaniae *D* 2. d) unice *D* 2. e) n̄ *D* 1; enim *D* 2. f) bene *D* 1. g) haec *D* 2. h) elucescat *D* 2. i) c. dicemus *D* 2. k) landgravius *D* 1. l) Elis. *D* 2. m) Brunsuich *D* 2. n) torneamentum — prestantis *des. D* 2. o) alibi *D* 2. p) volantis *D* 1. 2.

1) *Petr. de Vin. I*, 30. *Cf. Böhmer, Reg. nr.* 1011 *sqq.* 2) *Helenam, filiam Ottonis I. A.* 3) *De hoc torneamento agit etiam Thomas Cantipr. Bon. univ. II*, c. 48. *C.* 4) *August.* 22; *v. Potthast I, p.* 937.

et vacavit sedes apostolica usque [in[a]] Novembrem, cardinalibus non valentibus concordare, licet inclusi essent et quasi in angustia positi carcerali[b]. Tandem elegerunt Gaufredum cardinalem, natione Mediolanensem, qui dictus est Celestinus quartus, et sedit diebus undecim[1]. Post[c] hec, eo mortuo[c], vacavit sedes per annum et menses octo, cardinalibus vel discordantibus vel eligere nolentibus[d], nisi ipsis redderentur duo cardinales Otto et Iacobus, quos imperator a legatione redeuntes cepit et tenuit captivos.

Eodem anno Coloniensis et Moguntinensis archiepiscopi animos mutuo firmantes[2] et apertioribus obstaculis imperatori[e] ac suis obviantes, exercitum moverunt in terram imperii que dicitur Wederawe[f.3] secus Mogum[g] fluvium et ibi plurimas opulentas villas incenderunt et vastaverunt. Quedam etiam famosa et gravia crimina imperatori imponentes, denunciaverunt ipsum propter huiusmodi[h] crimina publice excommunicatum. Hanc siquidem pro se pretendebant rationem, quibusdam[i] minus attendentibus ipsam, quod, sede Romana vacante et electione pape per imperatorem impedita, ipse tanquam fideles et potentes filii matri sue, ecclesie Romane[k] desolate, compaterentur. Unde se discrimini contra imperatorem merito[l] submittere debebant, iniurias ecclesie prosequendo.

Anno Domini 1242.

Imperiales in diocesi Coloniensi in partem suam traxerunt Wilhelmum comitem Iuliacensem per pecuniam[4]. Qui, congregata militia, quasdam villas episcopatus Coloniensis vastavit, pertingens usque Bonnam[m]. Unde ipsum redeuntem[n] archiepiscopus Coloniensis, repente collecto auxilio, obvius excepit iuxta villam Merreche[o.5]. Et cum attemptando de[p] pace bellum protraheretur, comes cum parte militie in crepusculo territus et tacitus aufugit. Quod sentientes milites et cives Aquenses, similiter aufugerunt, relictis quibusdam peditibus, curribus et sarcinis, que omnia capta ab exercitu archiepiscopali sunt et[q] direpta. Modicum[r] tempus inter-

a) *deest* *D* 1. b) carcerati *D* 1. c) Eo autem mortuo *D* 2. d) non volentibus *D* 2. e) imperatoris *D* 1. f) Wederiue *D* 2. g) Megun. *D* 2. h) eiusmodi *D* 2. i) quibus *D* 1. k) *deest* *D* 2. l) subm. mer. *D* 2. m) Bonne *D* 1. n) rediuntem *D* 2. o) Mereche *D* 2. p) *deest* *D* 1. q) ac *D* 2. r) Medium *D* 1.

1) *Per* 17 *circiter dies Coelestinum (d.* 25. *Oct. electum) dignitate papali functum esse, constat. C.* 2) *V. dipl. Sifridi archiepisc. Moguntini de die* 10. *m. Sept., Lacomblet II, p.* 131. *C.* 3) *Wetterau.* 4) *Iam anno* 1241, *Dec.* 1. *Aquenses comiti confoederatos fuisse, docet dipl. ap. Lacomblet II, p.* 134. *C.* 5) *Non Merken inter Iuliacum et Durocortorum, sed vicus hodie exstinctus prope oppidum Brühl. C.*

fluit[a], cum[b] archiepiscopus cum militia coadunata terram comitis Iuliacensis aggrederetur[c]. Contra quem idem comes Iuliacensis et quidam nobiles et imperiales viribus instauratis occurrentes et nisi vincant mori parvipendentes, ante castrum Lechenich dimicarunt. Ubi post acerrimam pugnam et longam resistentiam episcopus capitur, et quidam milites cum eo. Preter estimationem autem in bello tanta animositate utrimque confecto nullus famosus vel paucissimi plebei interierunt preter villicum Aquensem[1], qui ibi lesus paulo post obiit; et Rutgerus castellanus de Wolckenburg[d.2] vulneratus ibidem et captus[e] post paucos dies expiravit. Episcopus cum concaptivis in castro Niedecken[f.3] custodie mancipatur. Quo in captivitate detento, Conradus, filius imperatoris, se habens[g] pro rege, Treverim venit; ubi multi nobiles adfuerunt et priores Colonienses pro domino suo capto sine profectu supplicantes. Nam rex digressus Leodium pro *Febr.*
adiuvando Ottone electo, Coloniam in quadragesima pervenit, *Mart.*
contendens confiscare redditus episcopales; sed prioribus Coloniensibus et magnatibus terre hoc ne fieret impedientibus, rex inacte ad suas partes revertitur.

Ipso anno in crastino omnium sanctorum post longam *Nov. 2.*
deliberationem ad bonorum[h] persuasionem, non tamen sine multa pecunia pro sumptibus belli ab archiepiscopo captivato[i] accepta, comes Iuliacensis consultius agens ipsum absolvit[4].

Eodem anno domnus Henricus IIII.[k] abbas monasterii nostri Sancti Panthaleonis obiit. Cui post altercationem electionis in discordia celebrate, sed per Patrem misericordiarum ad concordiam reducte, Hermannus, eiusdem monasterii monachus, successit.

Anno Domini 1243.

Fridericus imperator quosdam Faventinos iterum[l] rebellantes in exilium mittit, et abinde procedens, Tybur ingressus, missis ibi militibus, expugnavit Romanos usque ad portas Urbis.

Per idem tempus domno archiepiscopo causam sue captivitatis coram prioribus et clero exponente et eos pro

a) interfuit *D* 2. b) *deest D* 2. c) aggreditur *D* 1; aggrediretur *D* 2. d) Wolckenberg *D* 1; Walchenburgh *D* 2. e) et captus ibidem *D* 2. f) Nichtecken *D* 1. g) *deest D* 2, *ubi se deletum.* h) honorum *D* 2. i) captivo *D* 2. k) III. *D* 1. 2. l) Faventinos in exilium iterum mittit *D* 2.

1) *Iohannes scultetus Aquensis, qui in charta anni* 1241, *Dec.* 1. *(Lacomblet II,* 134, *nr.* 260*) iam supra laudata, commemoratur. Anno* 1243. *mense Augusto iam Arnoldus de Gimmenich scultetus Aquensis nominatur in charta imperatoris ap. Huillard-Bréholles VI,* 110. *A.*
2) *Ad saltus Siebengebirge. A.* 3) *Niedeggen ad Roer flumen. A.*
4) *V. conditiones ab archiepiscopo pro libertate recipienda initas in charta eiusdem ap. Lacomblet II, p.* 139. *A.*

subventione sibi nomine gratie impendenda adiectis precibus admonente, priores et clerus petitioni eius ex evidenti causa annuentes, uno anno dederunt decimam[a] omnium redditunm suorum ecclesiasticorum in subsidium archiepiscopi, et sequenti anno vicesimam reddituum eorundem[1].

Hoc anno castrum Tuitiense pro eo quod terrori erat civitati Coloniensi[b], licet tanquam pupillis civibus idoneus tutor necessarius[c] videretur esse terror, multa pecunia ab ipsis civibus emptum[d], funditus destruitur, prioribus quidem dolentibus, archiepiscopo autem et comite de Monte facilem venditioni adhibentibus consensum[2], quia divisum inter se tenebant castrum, utroque, qui totum non habuit, se nihil habere arbitrante. O quantum est in rebus inane! O miranda mutabilitas! Castrum amplissimum pacis tempore nullo pulsante tumultu videre nostris temporibus deiectum terre coequari, quod in circuitu cingebant[e] quindecim turres preter maius presidium et interturria[f], opus antiquum, tam exstructionis genere quam magnitudine[g] admirabile, firmissimum et munitum. Huius castri quedam edificia vetustate collapsa idem archiepiscopus copiosis sumptibus et expensis in proximo ante hanc destructionem repararat et adiectione nove structure opera antiquorum firma et perspicua reddiderat spectabiliora. Dicebatur[3] autem passim, hoc castrum Tuitiense per Iulium Cesarem primo fuisse fundatum et consummatum. Processu[h] vero temporis antiquitate collapsum affirmabatur tempore Constantini imperatoris ad honorem ipsius a principibus terre[i] reparatum et melioratum, quorum opus littere sculpte in lapidibus plerumque in eiusdem turribus declarabant. Postmodum autem tempore Ottonis Magni primi imperatoris, satagente industria et circumspectione domni Brunonis Coloniensis archiepiscopi, fratris eiusdem imperatoris[k], idem castrum asseritur pro parte dirutum iacuisse [tamdiu[l]], donec sub Henrico secundo imperatore ad preces beati Heriberti, tunc temporis Coloniensis archiepiscopi[m], beate Marie virgini fuit liberaliter contraditum ad constructionem[n] faciendam monasterium[o] monachorum nigri ordinis sancti Benedicti. Huius monasterii septa partim occupaverat munitio castri, que postmodum facta fuerat tempore Conradi

a) pecuniam *D* 2. b) civitas Coloniensis *D* 2. c) necessario *D* 2. d) imptum *D* 2 (*i ex e correctum videtur*); impetratum? *C.* e) cingebat *D* 1. 2. f) intercuria *D* 1. g) magnitudinis *D* 2. h) Progressu *D* 2. i) *deest D* 2. k) Ottonis imp. *D* 2. l) *deest D* 1. m) arch. Col. *D* 2. n) instructionem *D* 2. o) *ita D* 1. 2.

1) *Cf. Lacomblet II*, 148, *sq. nr.* 285. (*'Quellen zur Gesch. der Stadt Köln' II*, 238, *nr.* 234). *A.* 2) *Lacomblet II*, 242. (*'Quellen' II*, *p.* 228—232). 3) *Sequentia noster ex libro Ruperti abbatis de incendio Tuitiensi (SS. XII*, 632 *sq.) hausisse videtur. C.*

archiepiscopi, ut est premissum. Sed destructo undique castro, pars que monasterii[a] erat rediit in formam et usum domus religiose.

Eodem anno archiepiscopus Coloniensis potenti manu contra comitem Clivensem procedit; cuius insolentiam retundens, a telonio Rheni quod apud Orsei[1] extorquebat cessare coegit. Castrum etiam Holthe[b] idem archiepiscopus emit[c] ad cautelam ad[d] reprimendos impetus eiusdem comitis, si quos [in[e] posterum] moliretur.

Ipso anno imperator absolvit cardinales[2] et omnes cum ipsis captivos abbates et clericos. Et sic Innocentius quartus papa eligitur, qui Senebaldus[f] antea dicebatur. Ipso[g] tempore Bitervium[h] civitas ab imperatore descivit; ad quam recuperandam cum imperator exercitum collegisset et eam obsedisset[i], spe tamen[c] capiendi frustrabatur[k].

Eodem tempore cum[c] dux Brabantinus ad colloquium 1244.
archiepiscopi Coloniensis cum comite Gelrensi[l] proficiscens, *Febr.*
insidias comitis[m] Iuliacensis ipsi in via prope[n] Gladebach positas fortunato casu evasisset, iudicium archiepiscopi [Coloniensis[e]] super hoc ausu temerario expetivit. Qui archiepiscopus auctoritate ducatus sui iudicialiter apud Ruremunde[3] presidens, sententiam a duce de Limburch et aliis paribus curie quesivit[o]. Quibus mediantibus, idem comes postmodum ad satisfactionem arbitrio archiepiscopi se submisit; qui sic difficulter tandem in ducis gratiam est admissus[4].

Anno Domini[p] 1244.

Inter papam et imperatorem de pace attemptatur. Et in cena Domini comes Tolosanus[q.5] et quidam iudices[6] curie *Mart.* 31.
imperialis ex parte imperatoris iurant, ipsum imperatorem staturum mandatis ecclesie[7]. Postea tamen iste tractatus pacis non recepit speratum complementum. Nam papa ab urbe Roma clam egressus, navem conscendit et per mare Ianuam venit, ubi[c] originem duxit[8]. Ubi[9] moratus et egritudine detentus aliquamdiu, terrestri itinere per montem

a) contra monasterium *D* 2. b) Helthe *D* 2. c) *dees:* *D* 2. d) et *D* 2. e) *desunt* *D* 1. f) Senobaldus *D* 2. g) Eo *D* 2. h) Biternium *D* 1; Bitermum *D* 2. i) obsideret *D* 2. k) frustratur *D* 2. l) Geldrien: *D* 2. m) ipsi com. Iul. *D* 2. n) prope Gladebach *des. D* 2. o) constituunt *D* 2; in curia constitutis quesivit? *C.* p) *deest* *D* 1. 2. q) Thol. *D* 2 *saepius.*

1) *Orsoy.* 2) *Otto cardinalis iam a.* 1242. *liberatus est; v. Ricc. a S. Germ., SS. XIX,* 383. *C.* 3) *Roermond. Cf. chartam de die* 23. *Febr., Lacomblet II,* 148, *nr.* 282. *A.* 4) *Cf. chartam d.* 20. *m. Iulii a.* 1244., *ap. Butkens, 'Trophées de Brabant I, preuves' p.* 87. *A.* 5) *Raimundus. A.* 6) *Petrus de Vinea et Thaddaeus a Suessa.* 7) *Cf. Friderici epist., ap. Huillard-Bréh. VI, p.* 171. *C.* 8) *Ex familia Ianuensi illorum de Flisco (Fiesco). A.* 9) *In monasterio S. Andreae prope Ianuam.*

Nov. 29. Cenisium venit Lugdunum in vigilia Andree[1], que est famosa metropolis Gallie super Rhodanum sita. Ibi ad eum multi confluunt episcopi Galliarum, Hispaniarum; et Coloniensis archiepiscopus[a] similiter illuc ad eum venit, quem papa inter precipuos reputavit et honoravit.

Ipso anno mense Aprili multis vicibus civitas Coloniensis[b] est incensa. Tandem in loco qui dicitur Kriegmarckt[c] accidit incendium circa horam quintam diei; unde igne queque vicina[d] devastante et trans murum volante, ecclesiam et claustrum sancti . . . . . .[e] concremavit, et inde prolabens[f], multas domos et unam portam civitatis combussit. Hoc incendium civitatis, cum crebro fieret, imputatum est quibusdam extraneis et ignote lingue preter duos Teuthonicos[g]. Qui omnes simul equorum caudis alligati, tracti fuerunt per plateas civitatis[h] et decapitati; et post hoc incendium conquievit.

Ipso tempore Coloniensis archiepiscopus totam Westphaliam a predonibus et flagitiosis purgat sententialiter procedendo. Ob quam causam in oppido Hervorde seditione inter oppidanos et satellites archiepiscopi orta, oppidani effrenati archiepiscopum furioso insultu impetunt; sed quodam nobili viro et discreto se interponente, rabida tumultuatio sedatur. Super[i] quo excessu iidem[k] oppidani dolentes, precipue archiepiscopum timentes, ad ipsum supplices veniunt, se et sua ipsius potestati precise[l] subdentes, gratiam merentur. Post hec domnus archiepiscopus recepit pallium suum a papa transmissum cum favorabilibus privilegiis sibi indultis,
Mai. 22. et in die sancto penthecostes in sollempni processione pontificalibus insigniis decoratus effulsit. Eadem estate archiepiscopus militiam colligit contra [quosdam[m]] comites Westphalie et tyrannos, qui oppidum Werle[n, 2] ceperant, et castrum novum dictum Hisinberg[o, 3] iuxta Essende[4] obsedit et in deditionem accepit. Quod postea comiti Seinensi concessit, dictis comitibus perdomitis et tyrannis.

Eodem anno mense Decembri luctuosa epistola pape defertur a transmarinis partibus, que dicitur humano sanguine scripta fuisse. In qua continebatur, quod quidam Sarraceni, qui dicuntur Corasceni, invaserunt civitatem Hierusalem et ipsam ceperunt, destruentes sepulchrum Domini et sepulchra[p] regum Teuthonicorum, scilicet[l] Godefridi, Balduini[q] et se-

a) episcopus Col. *D* 2. b) v. Colonia *D* 1. c) Kriechmarck *D* 2. d) vicinia *D* 2. e) *lacuna unius vocabuli spatium complectens D* 1. 2. f) porlabens *D* 1; perlabens *D* 2. g) Theut. *D* 2. h) pl. cum latis etiam dec. *D* 2. i) Sed *D* 1. 2. k) eidem *D* 1. l) *deest D* 2. m) *deest D* 1. n) Werlle *D* 2. o) Hynsinberg *D* 1; Hisinbergh *D* 2. p) sepulchrum *D* 2. q) Baldewini *D* 2.

1) *Nicol. de Curbio ap. Baluze, Miscell. ed. Mansi I, p.* 195. *habet:* secunda die Decembris, in festo s. Bibianae virginis. *C.* 2) *Werl. A.* 3) *Isenburg; v. a.* 1247. 4) *Essen.*

quacium[a]. Post non multum temporis iidem Corasceni conflixerunt cum aliis Sarracenis, qui sibi[b] vocaverant in auxilium militiam christianam, scilicet Templarios, Hospitalarios et de domo Teuthonica, facto cum eis federe; qui fere[c] omnes tam christiani quam Sarraceni in acie ceciderunt[d], vincentibus Corascenis et captis ibidem magistro Hospitalis et magistro Templi cum militibus eorum ordinis circiter centum.

Anno Domini 1245.

Papa residens Lugdunum convocat concilium generale, mittens epistolas per universas provincias. Quod postea celebravit mense Iulio[1], citato ad hoc imperatore Friderico, ut de ipso querelantibus[e] episcopis et aliis responderet. Qui veniens et apud Taurinum[f], Ligurie civitatem, quiescens, premisit Thadeum, imperialis curie iudicem[g], iuris peritum et magne eloquentie virum. Qui causas[h] absentie imperatoris assignans, petiit ulteriores inducias, promittens imperatorem in brevi termino[i] adventurum. Non obtentis[2] autem[k] induciis, cum quidam episcopi de ipso querimoniam moverent et ad hanc[l] Thadeus, nuncius imperatoris[m], disertissime responderet, dominus papa non attendens huiusmodi defensiones nec advertens preces Balduini[n] imperatoris Constantinopolitani et interventum comitis Tolosani, qui presentes suppliciter institerunt[o] pape pro imperatore, sacro approbante concilio tunc presente, ubi affuerunt 150 episcopi preter abbates et alios prelatos, domnus papa tulit sententiam depositionis contra imperatorem, privans eum imperio, regnis et omni honore[3]. Cuius sententie tenor de verbo ad verbum conscriptus est in libro ecclesie sancti Panthaleonis intitulato hystoria ecclesiastica Eusebii, in fine, in cathalogo pontificum Romanorum, ubi acta eorundem[p] annotantur pontificum. In[q] eodem concilio statuit domnus[r] papa quasdam institutiones, que sub titulis competentibus referuntur postmodum inserte nove decretalium compilationi[4]. Post concilium papa mittit nuncios Minores fratres ad regem Tartarorum et alios nuncios ad sultanum[s] Egypti, hortans eum per epistolam ad pacem cum christianis habendam. Modico

a) sequentium *D* 2. b) se *D* 2. c) vero *D* 2. d) occiderunt *D* 2. e) querelentibus *D* 1; quaerentibus *D* 2. f) Thaur. c. L. *D* 2. g) *deest* *D* 1. h) cāam *D* 2. i) imp. brevi adv. *D* 2. k) Non autem *D* 2. l) hoc *D* 2. m) *deest* *D* 2. n) Baldevini *D* 1; Balduvini *D* 2. o) insteterunt apud papam *D* 2. p) ann. e. p. *D* 2. q) Eodem in *D* 2. r) dictus *D* 2. s) soldanum *D* 2.

1) *Iam die* 26. *m. Iunii concilium Lugdunense celebrari coeptum est. C.* 2) *Reiectae sunt preces Thaddaei in sessione secunda (*28. *Iun.), sed die sequenti induciae concessae sunt. C.* 3) *d.* 17. *Iul.; Huillard-Bréh. VI, p.* 319. 4) *Cf. ep. Innocentii IV.* universitati magistrorum et scholarium Bononiae commorantibus *directam ap. Mansi, Coll. concil. XXIII, p.* 652. *C.*

tempore post concilium celebratum idem papa misit Philippum Ferrariensem[a] electum in Teuthoniam[b], incitans et exhortans principes ad eligendum novum regem. Qui transitum faciens iuxta Coloniam, conductu[c] domni episcopi Coloniensis ad lantgravium[1] Thuringie pervenit; qui eum benigne recipit[d] aspirans ad regnum.

Anno Domini 1246,

Febr. circa quadragesimam quidam Apuli de familia imperatoris *Mart.* depositi machinantur in mortem eiusdem, quorum auctor erat Theobaldus Apulus prenomine[2] Franciscus. Quo comperto imperator per comitissam[3] de Caserta[e], cuius filius duxerat filiam imperatoris naturalem, cum esset imperator apud Grossetum oppidum Tuscie[f], festinanter venit in Apuliam. Unde territi proditores et conscii[g] conspirationis contra ipsum, contulerunt se in castrum quod vocatur Capuatium[4], situm supra[h] mare, circiter numero[i] ducenti. Quos *Iul. 18.* imperator ibidem obsedit, et mense Iulio sequenti redditum est ei castrum. Conspiratores autem omnes excecavit [et[k] post aliquanto tempore concremavit], super quorum captivitate Coloniam[l] epistolam misit[5]. Ante hoc tempus in *Mart. 31.* vigilia[m] palmarum Renerius[n] cardinalis cum civibus Perusinis et multis adiacentibus populis cruce signatis invasit Fuliginum civitatem, que favebat imperatori deposito[6]. Cui occurrentes Fuliginates et Spoletani cives, conflixerunt cum eis, paucis Teuthonicis[o] eos adiuvantibus, sex milibus captis de exercitu Perusinorum; quod dictus imperator civibus Coloniensibus[p] per epistolam patefecit.

Mai. Mense Maio domnus archiepiscopus Coloniensis predicavit et iussit predicari crucem[i] contra imperatorem depositum, quod prius ab archiepiscopo Moguntino et aliis episcopis factum fuit.

Eodem anno mense Maio et Iunio tanta fuit penuria annone Colonie, ut raro panis inveniretur venalis. Et id eo[q] acciderat, quia cives statuerant, quod maldrum

a) Ferrariae *D* 2. b) Teutoniam *D* 2. c) conductum *D* 1. 2. d) recepit *D* 2. e) Ceserta *D* 2. f) Thusc. *D* 2. g) consp. c. *D* 2. h) super *D* 2. i) *deest D* 2. k) et — concremavit *des. D* 1; *fortasse post* castrum *ponenda.* l) Coloniensibus m. ep. *D* 2. m) in sexta p. *D* 1. n) Renerus *D* 2. o) Theuton. *D* 2 *plerumque.* p) per ep. Col. *D* 2. q) ideo accidit *D* 2.

1) *Heinricum Raspe. A.* 2) *Non Francisco, sed Theobaldo praenomen fuit auctori coniurationis, v. Barthol. Scr., SS. XVIII, p.* 220. *et epp. Friderici, Huillard-Bréh. VI,* 402. 442. *C.* 3) *Consentiunt Minoritae Florentini Gesta imper., SS. XXII. p.* 514. *Maior fontium pars comitem de Caserta conspirationem detexisse dicunt, v. Schirrmacher, 'Kaiser Friedrich' IV, p.* 421. *C.* 4) *Capaccio.* 5) *Sine dubio similem illi, quae ad Alfonsum regis Franciae primogenitum directa legitur apud Petrum de Vinea II,* 20. *A.* 6) *Vide epistolam imperatoris ap. Petrum de Vinea II,* 21. *A.*

siliginis nonnisi pro tribus solidis venderetur, cum in rure plus solveretur[a]. Cuius statuti eos penituit, cum viderent magnam populi afflictionem, quia propter idem statutum annona Coloniam non adducebatur[b].

Eodem tempore domnus archiepiscopus Coloniensis et Moguntinensis iuxta Herbipolim conveniunt[c] et lantgravium Thuringie ibidem presentem eligunt in regem, prefigentes curiam regiam apud Frankinvort[d] in festo Iacobi sequente. *Iul. 25.* Quo cum veniret rex electus et archiepiscopi predicti cum multis aliis episcopis, invenerunt illic Conradum, filium imperatoris depositi, olim electum in regem, qui se ibidem ipsis opposuit. Hesitante autem exercitu utriusque partis per aliquot dies hinc inde, tandem in die Oswaldi congressi *Aug. 5.* sunt, scilicet Nonis Augusti, et Conradus, filius imperatoris, victus aufugit, plus quam quadringentis militibus de sua parte captivatis, quorum multos Coloniensis archiepiscopus secum abduxit captivos. Argentinensis episcopus[1] in reditu ab eodem triumpho quedam castra imperatoris devicit et evertit. Conradus, filius imperatoris depositi, paulo postquam victus est, duxit in coniugem filiam[2] ducis Bavarie.

Mense Ianuario Theodoricus comes de Hosteden iuvenis moritur. Cui succedit Fridericus, eiusdem patruus, prepositus Sancte Marie de Gradibus; qui tamen divino nutu motus pridie Kal. Maii[3] comitatum de Hosteden et nobile castrum de Are[4] cum omnibus attinentiis contulit et obtulit Sancto Petro, ut archiepiscopus Coloniensis ea in perpetuum possideat absolute.

Dominus papa de camera sua misit decem milia marcarum novo regi assignandas ante victoriam habitam apud Frankenvort[e]. Item post victoriam misit quindecim milia marcarum, que apud Leodium deposite sunt[f] aliquanto tempore, ut inde rex largitiones faceret principibus et militibus et vires regni sui firmaret.

Eodem anno hyemali tempore ultra solitum Rhenus plurimum exundavit. Circa idem tempus dux Austrie[5] cum rege Bohemie[6] dimicavit; ibi victor existens, circiter ducentos milites captivavit[g]. Idem dux circa mensem Iunium

a) solveret *D* 1. 2. b) Coloniae non amovebatur *D* 2. c) convenerunt *D* 1. d) Franckfort *D* 2. *Sequentia inde ab* in festo *usque ad* habitam apud Franckenvort *des. D* 2. e) Franckevort *D* 1. f) erant *D* 2. g) captivat *D* 2.

1) *Heinricus. A.* 2) *Elisabetham, filiam Ottonis. A.* 3) *V. dipl. Friderici comitis ap. Kremer, 'Akadem. Beitr. z. Gülch-Bergischen Gesch.' II, p.* 257. *Dies b. Quirini, quo datum est diploma, in dioecesi Coloniensi non in d.* 30. *m. Martii, sed in eundem diem mensis sequentis incidit. C.* 4) *Altenahr.* 5) *Fridericus II. A.* 6) *Wenceslao II, cognomento Ottocaro. A.*

congressus est cum rege Hungarie[1] in bello campestri. Cum quodam rege Ruscie singulariter in prelio dimicans, ipsum interfecit et ab eodem mortale vulnus accepit, supervivendo duobus diebus; exercitus tamen suus triumphavit. Filiam fratris defuncti ducis filius[2] regis Bohemie duxit in uxorem. Finis estatis et totus autumnus pluviosus fuit, et tempestates marine multas naves circa Angliam, Flandriam et Daciam obruerunt. Eodem anno Rubertus[a] Leodiensis episcopus obiit.

Anno Domini 1247.

Rex Henricus electus proficiscitur in Sueviam, ubi ope Suevorum obsidet oppidum Ulme. A quo tamen inacte recedit, et in reditu apud Wardinberg[b.3] castrum proprium[c] lapsus ab[d] equo, et egrotans per paucos dies, expiravit.

Mai. 19. Circa penthecosten imperator depositus disponit venire in Galliam, locuturus cum quibusdam fidelibus suis in Burgundia, et vocans ad diem placitum ducem[e] Brabantie et multos nobiles de Teuthonia, ut coram eis[f] expurgationem faceret, ut dicebatur, de obiectis sibi a papa criminibus[4]. Sed cum Taurinum[g] venisset, pervenit ad eum fama, quod Parma civitas olim sibi fidelis[h] ab eo descivit; unde ipse coactus est redire; Parmam obsedit et civitatem novam ibi edificat, cui nomen Victoria imponit. Sed[i] dum cives eum[k] viriliter resistentes excipiunt, 150 ex eis[f] capti sunt.

Post mortem Henrici regis Coloniensis archiepiscopus Lugdunum adit, locuturus cum papa de ordinatione episcopatus Leodiensis tunc [temporis[l]] vacantis[5]. Post paucum tempus papa mittit legatum in Teuthoniam[m] Petrum dyaconum cardinalem Sancti Georgii[n] ad Velum aureum pro novo rege creando in Teuthonia.

Ludolphus[o] episcopus Monasteriensis obiit; cui subrogatur Otto[p] de Lippia. Conradus archiepiscopus Coloniensis advocatiam de Essende cum novo castro quod dicitur Isenberg[q] iuri episcopali subiecit et advocatiam Bonnensem, que ambe tunc vacabant ex morte magnifici et predivitis comitis Henrici Seinensis, qui ante hoc tempus in vigilia
Aug. 14. assumptionis[6] diem clausit extremum.

a) Robertus *D* 2. b) Wardenbergh *D* 2. c) suum *D* 2. d) de *D* 2. e) duces *D* 2. f) iis *D* 2. g) Tharimi *D* 2. h) fidelissima modo ab ipso desciverit; unde coactus red. Parm. *D* 2. i) Verum *D* 2. k) vir. r. eum *D* 2. l) *deest* *D* 1. m) Teuthonia *D* 1; in Germaniam l. *D* 2. n) Gregorii *D* 2. o) Rudolphus *D* 2. p) *deest* *D* 2. q) Isenbergh *D* 2.

1) *Bela IV. A.* 2) *Ladislaus.* 3) *Wartburg. A.* 4) *Cf. epist. Friderici, Huillard-Bréh. VI,* 528. *C.* 5) *Robertus enim episcopus obiit* 1246 *Oct.* 16. *A.* 6) *Iam* 21. *Ian.* 1247. *Conradus arch. comitissam Seinensem in tutelam recipit, nulla comitis facta mentione (Lac. II, p.* 161*). In ecclesia metropolitana Coloniensi anniversaria memoria Henrici comitis Kal. Ianuar. celebrabatur (Quellen II, p.* 604, *cf. p.* 549*). C.*

Ipso anno Petrus legatus et multi episcopi, videlicet Conradus Coloniensis, Syfridus Moguntinensis, Arnoldus Treverensis, Gerardus Bremensis, et multi alii episcopi et dux Brabantie cum multis[a] comitibus in campo iuxta villam[b] Worinch[c, 1] conventum faciunt et novum regem eligunt Wilhelmum comitem Hollandie, admodum iuvenem, cuius animum intellexerant ad consequendam[d] tanti[e] honoris celsitudinem optabiliter preparatum. Et plurimi eorum crucem ibi assumunt contra depositum imperatorem. Post modicum tempus electus rex una cum legato Coloniam ingreditur, pacifice a civibus admissus, qui in electione eius portas civitatis clauserant et usque ad[f] id tempus imperatori adheserant; nunc autem fidelitatem iurant[g] electo regi.

In electione huius regis fratres Minores, qui a papa missi fuerant ad Tartaros, redierunt, reportantes epistolam, quam rex Tartarorum pape misit. Cuius epistole tenorem et totius processum itineris, summo labore et periculis confecti, unus eorundem[h] fratrum Minorum, Benedictus nomine, Polonus genere[h], sicut vidit et audivit, cuidam prelato et quondam[i] scolastico Coloniensi, hystoriarum non ignaro[k], cum transitum per Coloniam faceret, viva voce [et[l]] dilucide explanavit, que libello speciali[2], quem[m] iidem fratres de ortu et ritu ceterisque circumstantiis Tartarorum retulerunt, ipso fratre oretenus singula declarante, sunt adiecta[m].

Circa Decembrem Marcellinus Haretinus[n] episcopus cum exercitu papali aggressus Auximum[o, 3] civitatem iuxta Anconam[p], et assiliens quoddam castrum vicinum, ab exercitu Friderici, in quo plures erant Teuthonici, fugatus est et in fuga captus; ubi dicuntur cecidisse quatuor milia hominum. Apud Interamnes[4] Hugo Novellus, qui ducebat militiam pape, ab R.[5], filio naturali imperatoris[q], fugatus est, captis ex parte sua fere ducentis. Octavianus cardinalis cum Mediolanensibus, Mantuanis[r] et Brixiensibus veniens ad subsidium Parmensium, substitit[s] in ripa cuiusdam fluminis[t],

a) m. aliis *D* 2. b) *deest D* 2. c) Woringh *D* 2. d) consequendum *D* 2. e) fati *D* 2. f) in *D* 2. g) adiurant *D* 2. h) unus fratrum istorum n. B. natione Polonus *D* 2. i) praelato necnon sch. *D* 2. k) ignaris *D* 1. 2. l) *deest D* 1. m) speciali, caeteris de ortu et ritu Tartarorum sunt adiecta *D* 2. n) haereticus *D* 2. o) Auxinum *D* 1; Auxium *D* 2. p) Anconem *D* 2. q) imperatoris filio *D* 2. r) Mantualibus *D* 1; cum Mediolanensi, Mantualis et Brixen. *D* 2. s) subsistit *D* 1. t) fluvii *D* 2.

1) *Worringen prope Coloniam.* 2) *Cf. D'Avezac, 'Recueil des voyages' IV. C.* 3) *Osimo. A.* 4) *Terni. A.* 5) *Richardum comitem Theatinum auctor intelligit, quem a.* 1247. *copias papales apud Civitatem novam vicisse, dicunt Schirrmacher IV, p.* 325. *et Huillard-Bréh. introd. p.* CCX. *C.*

ubi prohibetur transire ab Henrico rege Sardinie, filio naturali imperatoris; post longam moram ad propria[a] rediit.

Dec. 13. Rex novus castrum Werde[1] in die Lucie obsidere incepit[b]. Ante[c] hoc tempus castrum Noviomagum per comitem Gelriensem[2] idem rex cepit.

Anno Domini 1248.

Henricus dux Brabantie moritur in Ianuario. In eodem mense novus rex cum legato descendens[d] in inferiores partes Rheni, venerunt in Traiectum, legato exhortante et inducente[e] homines per quos transierat ad crucis assumptionem contra civitatem Aquensem. In Traiecto autem cum inter homines[f] ipsorum et cives quedam modica fuisset suborta seditio et ob[g] hoc passim tumultuatio fieret a populo, rex et legatus non[h] sine rubore et indignatione celeriter recesserunt. Veniens autem legatus Coloniam, predicavit ibidem crucem contra Aquenses, verbo predicationis laicos attrahendo, prelatos autem et plures clericos partim exhortatione partim comminatione cruce compulit signari, lata sententia contra renitentes[i]. Quam tamen sententiam excommunicationis ad petitionem domini Coloniensis archiepiscopi[k] altera die relaxavit, quemlibet relinquens[l] sue conscientie preter illos, qui per gratiam domini pape beneficia obtinuerant[m] vel eam prosequebantur[n]. Hinc legatus ascendit ad partes superiores Rheni versus Argentinam, ubi honorifice dicitur esse receptus. Interim novus rex Wilhelmus cum

Apr. 29. suis fautoribus civitatem Aquensem 3.[o] Kal. Maii obsedit[3]. Cumque in occasu solis quidam ex obsidentibus, avidi fame et laudis, primum insultum contra unam portam insegniter[p] adorirentur, tam milites quam plebei interiores egredientes, eis viriliter occurrerunt. Initoque utrinque acerrimo conflictu, quibusdam de exterioribus ibi prostratis et ex improviso[q] cadentibus in cellaria domorum extra muros infractarum aqua repleta[r], ceterisque fugientibus, Aquenses ibi prevaluerunt. Et licet ex hoc conflictu timor maximus esset incussus toti exercitui[s] regis, Aquenses sine alio damno exercitus regis, tenebris eos arcentibus, sunt regressi. In hoc conflictu de exterioribus periit nobilis[t] vir de Perwyss[u. 4] et quidam tam milites quam satellites, quorum corpora cir-

a) sua *D 2.* b) coepit *D 2.* c) Ante — cepit *des. D 2.* d) descendentes *D 2.* e) indicante *D 2.* f) honorabiles *D 1.* g) ab *D 2.* h) non sine *des. D 2.* i) renutantes *D 2.* k) *deest D 2.* l) suae rel. *D 2.* m) obten. *D 2.* n) pers. *D 2.* o) *deest D 2.* p) insigniter *D 2.* q) in exproviso *D 1.* r) repletis *D 1. 2.* s) r. ex. *D 2.* t) n. vir *des. D 2.* u) Perwich *D 2.*

1) *Kaiserswerth.* 2) *Ottonem. A.* 3) *Hoc in dubium vocant diplomata Wilhelmi regis; cf. dissertationem meam p.* 35 *sq. C.* 4) *Godefridus dominus de Pirweis (Perwez prope Gembloux) memoratur in chartis a.* 1247, *De Smet, Chron. Flandr. II, p.* 898 *sqq. H.-E.*

citer sedecim de cellariis sunt extracta. Quot autem ex intrinsecis occubuerunt, ab exterioribus ignoratur; sed[a] unus fratrum[b] de Gymenich[c] letaliter vulneratur. Cumque exercitus regis frequentes sic faceret insultus et per magnas machinas dictas 'bliden' lapides contorquerent, modicum profecerunt[d], quia per quasdam portas non obsessas patuit introitus et exitus advenientibus et obsessis. Unde quidam ingeniosi inflexerunt torrentem, qui prope civitatem lambendo[e] currebat, et multis peregrinis de Brabantia, de[f] Flandria et de[f] Picardia cruce signatis indesinenter collaborantibus, factus est agger fortis et magnus ante inferiorem partem civitatis, immissusque torrens fecit amplum stagnum inter castra obsidentium et civitatem, domino legato, qui ibidem in obsidione fuerat, largam laborantibus indulgentiam condonante. Excitata etiam verbo predicationis per fratres Minores de partibus Rheni, Mose, de Hollandia et potissime[g] de Phrisia[h] multitudo copiosa advenit; per quam multitudinem, Phrisionibus[i] ibidem strenue agentibus, civitas per circuitum artissime est vallata. Unde post sex menses obsidionis interiores vacillantes, petierunt colloquium Conradi archiepiscopi[k] Coloniensis, qui potens et precipuus erat in exercitu; quo mediante se regi dedentes, ad ipsius gratiam admittuntur. Itaque in festo omnium sanctorum dominus *Nov. 1.* Wilhelmus electus ab archiepiscopo Coloniensi residens in sede regia in regem consecratur. Post hec legatus ad curiam pape revertitur, rex vero in castro Werden, quod diu[l] prius[1] ei redditum fuerat, recipitur.

Ipso anno, cum capitulum Coloniense pro omnimoda destructione maioris ecclesie antique et reparatione melioris structure de consensu archiepiscopi et priorum concordassent[2], festinique[m] valde magistri operis orientalem partem murorum ecclesie cavassent, nimio ignis fomento aggregata ligna[n] cavaturam suffulcientia incauti succendunt, ut moles desuper stans cito rueret. Sed[o] ignis invalescens vento instante[p] illud[q] nobile opus ecclesie, licet antiquum, cum duabus coronis deauratis[r] intus dependentibus preter solos muros parietum penitus consumpsit. Verum divina virtus eviden-

a) verum *D* 2. b) de fratribus fratrum *D* 1. c) Gimmenich *D* 2. d) perf. *D* 2. e) labendo *D* 2. f) *deest D* 2. g) potissimum *D* 2. h) Frisia *D* 2. i) Frisonibus *D* 2. k) Col. a. *D* 2. l) ante *D* 2. m) festo inq. magni op. *D* 2. n) lignorum *D* 2. o) Verum *D* 2. p) destante *D* 1. q) n. illud *D* 2. r) aureis *D* 2.

1) *Hoc valde dubium est; cf. diplomata Wilhelmi regis, Böhmer, Reg. Wilh.* 5. 36—46. *C.* 2) *Cf. notam a.* 1247, *SS. XVI, p.* 735: Cum de communi consilio diffinitum esset, ut maior ecclesia de novo construeretur *etc., et quae Hegel monuit, 'Städtechroniken, Cöln' I, p.* XL. *n.* 3.

tissime patuit, quod capsa trium regum de loco suo in medio ecclesie constituta[a] ad ianuam ecclesie ante succensionem ignis delata fuerat, non timore ignis, sed timore quassationis murorum, et cum multo labore, cum ecclesia tota fumo impleretur, [exportata[b]] sine aliqua lesione integra est servata. Conradus autem archiepiscopus, prelatis ecclesiasticis, nobilibus terre ac ministerialibus suis evocatis innumerabilique multitudine populi verbo[c] exhortationis per predicatores attractis, post completionem solemnis misse in die assump-
Aug. 15. tionis beate Marie virginis primarium lapidem ponit, tam auctoritate domini pape quam sua propria et legati necnon et omnium suffraganeorum Coloniensis ecclesie indulgentia hucusque inaudita fidelibus data, qui suas vel darent[d] vel mitterent elemosinas ad fabricam ecclesie memorate. Ab illo ergo tempore fundamentum nove basilice beati Petri, scilicet maioris ecclesie in Colonia, mire latitudinis et profunditatis largis sumptibus est initiatum.

Eodem anno Conradus archiepiscopus Coloniensis ad succursum archiepiscopo Treverensi[1] ferendum properat contra multos nobiles et potentes partium superiorum, qui tam precibus quam pecunia multa Zornonis marescalci[e.2] electi venerant solvere obsidionem castri Turun, de quo iam prorsus propter penuriam victualium defecerant[f] defensores. Per cuius archiepiscopi Coloniensis[g] sagacitatem et industriam quidam potentes ex his qui convenerant ad reconciliationem archiepiscopi Treverensis indilate admittuntur, alii metu Coloniensis territi[h] fugam ineunt. Et sic castrum Turun, quod erat latibulum predonum et malleus transeuntium, in potestatem devenit Coloniensis et Treverensis archiepiscoporum. Qui illud, destructa turre episcopi Engelberti Coloniensis archiepiscopi olim ibidem exstructa, factoque muro intermedio, inter se dividunt suamque partem quilibet suis munit[i].

Ipso anno Ludovicus[k] rex Francie revelationibus divinis et signis patenter crebrescentibus incitatus, ad liberationem Terre Sancte expeditionem movit, instrumentisque bellicis et machinis artificiose compositis, necnon victualibus affluenter preparatis, cum uxore secum adducta apud Massiliam mare conscendit Lymociumque[l.3] civitatem [Cypri[m]], quibusdam[n]

a) statuit constituta *D 2.* b) *deest D 1.* c) vero *D 1.* d) vel darent *des. D 2.* e) marschalci *D 2.* f) deficerent *D 2.* g) *deest D 2.* h) tanti *D 1.* i) munivit suis *D 2.* k) Loduwicus *D 2.* l) Innocumque *D 2.* m) *deest D 1.* n) cum quibusdam *D 1.*

1) *Arnoldo II. A.* 2) *Cf. G. Trev. cont. SS. XXIV, p.* 408 *sq.* 3) *Limisso. A.*

navibus suis tempestate periclitatis, sanus ipse pervenit; ubi se cum suis recreans hyemavit.

Interea Parmenses longa obsidione Friderici depositi[a] imperatoris fatigati, viam eidem nocendi callidiorem dudum fuerant commentati. Siquidem quidam ex ipsis spectabiles de Parma dolose civitatem quasi[b] transfuge deserentes, se et sua Friderico dedentes et in eius gratiam recepti, sub pretextu fidei probande, sed revera intentione corrupta commenti perficiendi, voce amorem pretendentes, sed in corde odium celantes, in castris Friderici, videlicet[c] civitatis Victorie, cum reliquis obsidentibus Parmam impugnare videbantur. Idem autem Fridericus cum quingentis armatis vel plus solebat de castris frequenter procedere ad venandum et aucupandum super rivum a Parma distantem circiter tres leucas. Itaque predicti transfuge, quemadmodum cum Parmensibus de traditione Friderici machinati fuerant, cum die ad hoc statuta Fridericum ad venationem progressum ab insidiatoribus, qui huiusmodi traditionis participes[d] ipsis cooperabantur, crederent[e] esse conclusum, repente tentoria sua succendunt. Quo signo Parmenses insegniter de portis prorumpentes, dictis transfugis sibi auxiliantibus, castra Friderici invadunt, super incautos irruunt, aliis trucidatis, aliis captis, predas rapiunt, domos[f] succendunt, sicque deservientes, ad tentorium Friderici, scilicet[g] presidium ibi exstructum, procedunt. Verum custodibus predicti presidii se viriliter defendentibus, Parmenses prevaluerunt, et effracta munitione, cameram Friderici capiunt, invento in ea et ablato thesauro ad quadraginta milia marcarum[h] estimato. Fridericus autem de insidiis sibi in via positis in ipsa venatione monitus[i], ad castra regredi statuit. Sed[k] viso eminus igne in loco castrorum, suisque a castris fugientibus et sibi[l] in via occurrentibus, de effectu proditionis certificatus et animo consternatus, in his angustiis Cremonam[m] celeriter attingere[n] properabat. Alii dicebant, Fridericum, cognita ex castrorum incendio traditione, ad cameram presidii sui festinum properasse, et exportatis personaliter quibusdam insigniis et pretiosioribus clenodiis, fugam versus Cremonam pavidum maturasse. Soluta autem per hunc modum obsidione Parmensi[o], Fridericus commotus[p], ad impediendum, ne per aquam [Parmenses[q]] victualia possent habere, munitionem suam contra Parmam[r] supra pontem de prope constructam multiplicatis custodibus precepit artius custodiri. Et sic in

a) imp. d. *D* 2. b) quam *D* 2. c) scilicet *D* 2. d) traditionibus affines *D* 2. e) crediderant *D* 2. f) domus *D* 2. g) in *D* 2. h) marcas *D* 2. i) munitus *D* 1. k) Viso sed *D* 2. l) f. sibique *D* 2. m) Cremoniam *D* 2. n) amnigare *D* 2. o) Parmen. *D* 1. 2. p) *deest* *D* 2. q) *deest* *D* 1. r) Parmen. *D* 2.

1249. Apuliam processit. Post cuius recessum Henricus, filius suus naturalis, rex Sardinie, in congressione habita contra Bolonienses[a] post longam decertationem, quam strenue et viriliter exercuerat, tandem[b] lassus capitur et custodie mancipatur[1].

Eodem anno hyems in partibus nostris tota erat corrupta, pluvialis et omnino remissa, ita quod[c] per totam hyemem duobus diebus, et hoc interpolatis[d], modica glacies est visa. Unde in subsequenti estate fruges, licet abundanter provenissent, fructum speratum non reddebant, sed[e] et vinum, licet multum, non bene potuit maturari.

Anno Domini 1249,

Febr. 2. post festum purificationis beate Marie[f] virginis rex Wilhelmus obsedit Bobardiam[g]. Induciis autem ab oppidanis Bobardie[g] petitis et conditionaliter a rege obtentis, rex progrediens, obsedit castrum regium Ingilheim[h]; quod post aliquot dies obtinuit resignatum. Interim[i] obiit Syfridus[k] Moguntinus archiepiscopus[l], vir magnanimus et in agendis industrius. Clerus autem et populus Moguntinenses[m] pastore [suo[f]] destituti, in tante tempestatis turbine celeri et sano usi consilio, oculos suos dirigentes in archiepiscopum Coloniensem, ipsum unanimiter et concorditer in suum archiepiscopum postularunt. Qui Coloniensis archiepiscopus[n] super morte archiepiscopi[o] animo[n] dolens, ad regem properat, exceptusque a clero et populo Moguntinis[p] cum[n] incredibili affectione et reverentia, tanquam defensor patrie desideratus, gratias egit lepide[q] singulis et universis; in neutram tamen partem vir constans et circumspectus declinavit, nec oblatum honorem admittendo nec refutando, mentem domini[n] pape super hoc censuit requirendam. Dominus autem papa, licet a nunciis viduate ecclesie sollerter et sollicite pulsaretur, decrevit in tali necessitatis articulo duas personas in tam famosis sedibus archiepiscopatuum sancte ecclesie plus valere quam unam, persuasitque Coloniensi[r] suo consilio acquiescere. Et sic de ipsius archiepiscopi coniventia prepositus[2] Moguntinus[s] provecte etatis, moribus et sobrietate conspicuus, Moguntie in archiepiscopum est promotus. Post obitum Moguntini in proximo obiit Traiectensis episcopus[3]; quem

a) Solonien. *D*1; Solomen. *D*2. b) l. t. *D*2. c) ut *D*2. d) inter polato *D*2. e) nam vinum *D*2. f) *deest* *D*1. g) Sobard. *D*1. 2. h) Ingelheim *D*2. i) Interea *D*2. k) Sifridus *D*2. l) arch. Mog. *D*2. m) Mogunt. *D*1; Moguntinen. *D*2. n) *deest* *D*2. o) episcopi *D*2. p) Moguntinensi *D*2. q) et un. lepide *D*2. r) Colon *D*1; Colonien. *D*2. s) Mogunt. *D*1.

1) *Non anno* 1248, *sed anno sequenti imperator in Apuliam processit et captus est Hentius a Bononiensibus. C.* 2) *Christianus.* 3) *Otto III. A.*

episcopatum dominus papa contulit preposito Coloniensi[1] de Vienna. Clerus autem Traiectensis, accedente favore populi, elegit decanum Coloniensem[2] de Randinrode[a], castra et munitiones episcopales eidem assignantes. Cuius dissensionis materia in curia domini pape[b] ventilabatur[3].

Interea dominus papa, ut devotio fidelium in regno Alemannie[c] magis proficeret, quo se per legatum apostolice sedis continue sentirent confoveri, Conrado archiepiscopo Coloniensi, scientia predito, morum honestate decoro, consilii maturitate preclaro, sicut in litteris suis[c] expressit, commisit legationis officium per totum regnum Alemanie exequendum[4]. Eodem anno idem archiepiscopus iniunctum legationis officium exequens, nec minus negotiis regni sagaciter intendens, cum magnifico militum, satellitum et armatorum apparatu ad regem processit[d]; similiter electus Leodiensis[5] cum suis specialibus[e] advenit. Coadunato autem[c] exercitu fautorum suorum, Wilhelmus rex versus oppidum Frankenvort[f] castra movit, vastans in via segetes et terram suorum adversariorum. Ipsis vero appropinquantibus Frankenvort, [exercitus[g]] invadit villam Sassenhusen[h.6] quodammodo munitam, per quam patet aditus ad pontem Frankenvort. Et balistariis[i] regis incessanter incumbentibus eiusdem ville defensoribus, defensores fugiunt, castelloque super[k] pontem posito[l] firmato, in oppidum Frankenvort se recipiunt. Rex autem revertens, succensa villa Sassenhusen[h], considerans, quod ultra procedendo hac vice minus posset proficere, expeditionem solvit, in terminis Moguntini[m] et Trevirensis episcopatuum per plurimos[n] dies degens. Reversus autem archiepiscopus Coloniensis, munitionem dictam Rimirsheim[o.7] obsidet et destruit.

Eodem anno rex Castelle[8] Sybiliam[p], que Hyspalis[q] olim dicebatur, famosam et amplam civitatem cultui Saracenorum[r] deditam, per novem annos obsessam, victoriose capit ipsam christianis populando.

Ipso etiam anno rex Francie a Lymocio[s] civitate Cypri cum

a) Randerad *D 2*. b) c. Romana *D 2*. c) *deest D 2*. d) procedit *D 2*. e) spectabilis *D 1*. f) Franchfordt *post* Franchfort *D 2*; Franckevort *D 1 hoc loco, post* Franckenvort *et* Frankenvort. g) *deest D 1*. h) Sassenhausen *D 2*. i) basilistariis *D 1 i 2*. k) sub *D 2*. l) positum *D 1*. m) Moguntinen. et Treveren. *D 2*. n) dies pl. *D 2*. o) Rimirsch *D 1*; Reimersheim *D 2*. p) Sililiam *D 2*. q) Hispalis *D 2*. r) Saracen. *D 1*; Sarracenis *D 2*. s) Lunecio *D 2*.

1) *Henrico.* 2) *Goswinum.* 3) *Prorsus alia narrat Beka, ap. Böhmer, Fontes II,* 440. *C.* 4) *V. litteras Innocentii papae ap. Baluze, Miscell. ed. Mansi I,* 226. *C.* 5) *Henricus III. A.* 6) *Sachsenhausen. A.* 7) *V. dipl. Conradi dat. d.* 13. *m. Aug. ap. Rymezheim, ap. Lacomblet II, p.* 185. *C.* 8) *Ferdinandus III. A.*

rege Cypri[1] ipsum prosequente classem movens, devenit ad partes[a] Egypti, ubi Nilus mare influit, Sarracenisque, qui portum observantes aditum prohibebant, strenue sed laboriose devictis, castrametatus est ante civitatem Damiatam[b]. Cuius urbis civibus partim in conflictu portus[c] habito prostratis, partim ad observandum alios portus marinos antea transmissis, ubi regem Francie timebant applicaturum, sequenti die rex Francie, statu civitatis explorato, civitatem indefensam ingreditur, predam copiosam[d] inventam suis largitur; episcopus[e] ibidem instituitur, clerus ordinatur, a christianis factis ibi habitatoribus vera religio propagatur.

Oct. 1. Ipso anno in festo Remigii militibus et oppidanis Bobardie conditionem initam [regi[f]] non exsolventibus, rex Wilhelmus, instauratis suis viribus, Coloniensi, Moguntinensi[g] et Treverensi archiepiscopis et electo Leodiensi ipsum adiuvantibus, insultum contra Bobardiam molitur. Sed[h] intelligens, Philippum de Hovels[2] quosdamque[i] comites et fautores Friderici quondam imperatoris de superioribus partibus in succursum Bobardiensium cum[k] manu forti adventare, inacte a Bobardia redit[l]. Fama etiam crebrescebat, Conradum, nothum[m] Friderici quondam imperatoris, in partibus Suevie potenter agere in suorum destructione adversariorum, de quibus[n] quosdam peremit, quosdam in gratiam recepit.

Mense Novembri huius anni rex Wilhelmus de superioribus Rheni partibus descendens, rediit[o] in Hollandiam terram suam, liberaturus germanum suum[3], quem captivum tenebat comitissa Flandrensis[p. 4].

Circa idem tempus filius[5] ducis Bavarie cepit ingeniose et in carcerem detrusit Zornonem marescalcum cum uxore sua, hominem truculentum et multorum scelerum perpetratorem, inopinabili thesauro in auro, gemmis variisque suppellectilibus eiusdem malefactoris inventis, que omnia idem[q] nefarius per vim oppressivam[r] congesta in castris et in domibus locaverat religiosis[6].

Per idem tempus archiepiscopus[s] Coloniensis res solerter

a) partem *D2*. b) Damaciam *D1*; Damiacam *D2*. c) portus habito *des*. *D2*. d) inv. cop. *D2*. e) Eis epus *D2*. f) deest *D1*. g) Mogunt. *D1*. h) Verum *D2*. i) et quosdam *D2*. k) deest *D2*. l) rediit *D2*. m) notum *D2*. n) quorum *D2*. o) redit *D2*. p) Flandrien. *D2*. q) nefarius ille *D2*. r) appresscriam *D2*. s) episc. *D2*.

1) *Henrico I*. *A*. 2) *Philippus de Hohenfels*, *a*. 1246. *imperialis aulae camerarius*; *v*. *Böhmer*, *Fontes II*. *p*. 185. *C*. 3) *Florentium*. *A*. 4) *Margaretha*. *A*. 5) *Ludovicus II*, *filius ducis Ottonis II*. *A*. 6) *Nescio an ad eandem rem referendae sint epistolae spuriae*, *quas ex libro dictaminum Trevirensi edidit Mone*, '*Zeitschr*. *f*. d. *Oberrhein*' *III*, 64. *C*.

trutinans et providus[a] futurorum, portam Rheni septentrionalem in oppido suo[b] Nussie[c] occupat, et quadam area adiacente empta, fossato intrinsecus facto, novam ibidem construit[d] munitionem[1].

a) providens *D 2*. b) *deest D 2*. c) Nuissiae *D 2*. d) extruit *D 2*.

1) *V. Lacomblet II, p.* 220. — *Quae in codd. sequuntur SS. XXII, p.* 546 *sq. edita vix ad annales referenda esse putaverim; sed potius Gestis episcoporum addenda.*

APPENDIX.

I.

VERSIONIS GERMANICAE PRAEFATIO.

Got des hemelz yn der erden
Dy den mynschen lyez gewerden,
Begyn ynde ende aller dynch
Bestu ynd der naturen sprinch,
Du Got yn gode sůnder grůnt,
Dyn kan vol loven niminer můnt.
Dyn unbegrypelyche cracht
Byn seben dagen hayt volbracht
Al der naturen kůnst yn macht,
Den engyl, důvel, dach yn nacht.
Dyn gude hayt gemachet, daz
Dye blomen loyt yn och daz graz.
Dyn wysheyt hayt beslozen al
Waz[a] mynschen ende wesen sal,
Her sy keysyr ochte here,
Kůnych, byscoph, mynre, merre.

Du hayst geordeth sůnderlich
Alle dynch gar ẘnderlych.
Der eyn yst her, der ander knecht,
Also alz dyr daz důnket recht.
Engyl, důvel eyn orden hayn,
Dye sterryn och, daz sunder wayn,
Mynsche, dyre ynde vysche,
Der voygyl och, des syth gewysse.
Du hayst dye rych yn dyner hant
Beslozen gar ynd och gewant,
Na wyllen yn na dir gewalt
So syth al dye dynch gestalt.
Daz yst dorch mynschen[b] wyllen gar
Gescheyn, daz her moyg komen dar,
Dar her zo geschaphen yst
Van dyner grůndeloyser lyst.

Went alle lude nythlychyn doyt,
Darum so dochz daz Gode goyt,

a) Vaz *c.* b) mynchen *c.*

Daz yn dysser werylt weren
Keyser, konynch ynde heren,
Pavys, byscoph ynde paphen,
Greven, rydder ynde knaphen,
Dye dy werylt algemeyne
Van ůnrechten machen reyne,
Ryzchen recht zo allen zyden.
Al undoyget sult sy vormyden,
Vor daz recht so sult sy stryden,
Myth den armen altoys lyden.

Nu hayt der leyder vyl yn gar
Gewesen boys yn och so swar,
Daz dy wereylt, daz is war,
Yn kůnde gelyden ere jar.
Der hayt gewesyn och eyn deyl,
Dye der rethichgeye zeyl
Govolget haynt gelyche
Yn aller[a] zycht van erme ryche,
As uns dye meyster haynt bewyset,
Dye darvan dye bǒche scrivet,
Ůpz daz wir den guden ẘlgen,
Ůph dye boysen uns vorbǒlgen,
Eusebius, Ieronimus,
Beda yn meyster Martinus,
Dye alle zo Latyne hayn
Gescryven wat dar yst gedayn
Vor eren zyden yn dem ryche,
Ith sy recht ocht ungelyche.

Went nu des Latines grůnt
Der lude vil ist gar unkůnt,
So hebbent mich gebeden heren —
Wilt ir wezen, wye dye weren —
Daz ich dythz zo Dude ẘlde scriven,
Yn dye zychz dar mede vordryven —
Van Hamersteyn yn Landeschrone:
Van doygden syth sy beyde scone,
Gerhard syth sy beyde genant,
Vere syth sy wal bekant —
Och daz rydder ynde vrowen
Dar ynne mǒgen scǒwen
Zůcht yn ere an gůden heren
Yn och selben dye dar inne leren,
Vlyen undoget, dye sy dar vynden,
Yn daz leren eren kynden.

a) alle *corr.* aller *c.*

Nu hylpz mir, Got, dorch dyne guze
Daz ich vollenbringen můze
Des ich nu begynnen denche,
Dyn gůteich gůde mir och schenche[a],
Sůnder dye ynmach nyth wesen
Kůnst, wysheit ochte leven!
Daz wyze crůz, daz ich nu drage,
Virlůchzen můych mich alle dage,
Daz ich zo lobe yn zo eren
Godes allych dichz můchz keren
Yn Marien[b] syr můter ſyn,
Dye da ist genaden eyn scryn.
Herze juncvrowe, dyn minne
Dye vorluchte mir dye sinne!
Got van Gode sy dar ynne,
Vrowe hylpz, nu ich beginne!
Hayn ich gebrochen weder dir,
Dorch dyne gůze virgif daz mir!
Yn namen Godes begin ich dan;
Nu hylpz mir och baptist Iohan!
Myth slechzen worden wil ich scriven,
Der gůder leven wil ich prysen,
Sunder rym so wil ich melden
Der boser leven yn bescelden.
Went dy heren des begerden,
Daz sy vornemen ynde lerden
Dye warheyt sunder vyle wort,
Der zo dem ryme vil behort.
Landescroyn yn Hamersteyne
Haynt gewesen altoys reyne,
Daz bewiset uns ir kůnne,
Daz noch is des landes ẘnne,
As ich Witkint hayn vornomen.
Darum[c] so byn ich her ankomen,
Daz ich dyth volbrengen denken,
Dar ich yn mede wil schenken.

II.

ANNALES SANCTI GEREONIS COLONIENSIS.

Anno dominice incarnationis 1191. consecravit Celestinus papa Henricum regem in imperatorem Rome 17. Kal. Maii, secunda feria post diem pasche. Eodem anno obiit Phillippus Coloniensis archiepiscopus in Apulia Idus Augusti. Cuius

a) scenche *corr.* schenche *c.* b) der *delet. c.* c) Da um *corr.* Dar um *c.*

ossa revecta sunt Coloniam et sepulta 6. Kal. Octobris. Eodem anno consecravit Bertrammus Metensis episcopus altare sancti Gereonis et sancti Petri et sancti Blasii 4. Kal. Septembris.

Anno dominice incarnationis 1190. posite sunt reliquie sanctorum martyrum in nova cripta sub altari sancti Gereonis 8. Kal. Decembris.

Anno dominice incarnationis 1192. consecravit Iohannes archiepiscopus Treverensis Brunonem archiepiscopum Colonie 2. Kal. Iunii. Eodem anno interfectus est Albertus Leodiensis episcopus Remis 8. Kal. Decembris.

Anno dominice incarnationis 1194. consecratus est Adolfus[a] archiepiscopus Colonie 6. Kal. Aprilis.

Anno dominice incarnationis 1197. obiit Henricus imperator 3. Kal. Octobris.

Anno dominice incarnationis 1198, 5. Idus Iunii electus est Colonie Otto in regem, et eodem anno Aquisgrani consecratus 4. Idus Iulii.

Anno dominice incarnationis 1200. inceperunt cives Colonienses edificare murum super vallum.

Anno dominice incarnationis 1201, 5. Nonas Iulii Colonie in templo sancti Petri Guido Prenestinus episcopus cardinalis et apostolice sedis legatus summi pontificis auctoritate Innocentii confirmavit electionem regis Ottonis, et facta benedictione super eum, excommunicavit extinctis candelis omnes adversarios regis Ottonis. Eodem anno idem legatus Guido consecravit Sifridum archiepiscopum Moguntinum apud Xanctum pridie Kalendas Octobris.

Sequenti[b] anno idem legatus Guido consecravit Hugonem episcopum Leodiensem 11.[c] Kal. Maii.

Anno[d] incarnationis dominice 1227, in octava apostolorum *Iul. 6.*
Petri et Pauli completa est testudo monasterii Sancti Gereonis.

Anno[d] Domini 1248, die Quirini combustus est summus *Apr. 30.*
Colonie.

III.
CHRONICI RHYTHMICI COLONIENSIS FRAGMENTA.

1.

. . . .
. . . .
Nam fuerant tanti probitate per omnia, quanti
Sufficerent turbis rectores orbis et urbis.

Hiis et[e] per multa licet urbe iuvamina [ful]ta,
Diviciis culta, vicit sententia stulta.

a) *vox fere tota erasa.* b) *alio atramento.* c) : : XI. *c.* d) *alia manu.* e) et p. *in loco raso c.*

Dum gens inpatiens pacis per tempora fiens
Bellis iniecit se, quod mala conc[io] fecit.
1197. Cum Sathan invidit, regnum lascivia scidit.
Lis furit, Ottone ius defensante corone.
Contra per martem Philippi . em . . .[a] partem.
Posseque partito, per . . . . . . fav[ore] petito[b],
Divisos proceres tunc [mili]ciasque videres,
Urbes et gentes varias adversa tenentes.
In tan[tis]que malis discriminis imperialis
Urbi, si scisset, fore non[c] partem, licuisset.
Sed quis vicisset, res expectanda fuisset,
Tunc . . . . . b . . sset [iu]ngi qui[d] prevaluisset!
Nec prevenisset, quid et omnipotens voluisset
Vel Pater in terris, et mansisset sine guerris,
Que male finales sunt urbibus exitiales.
Consilium capitur, cui pareat urbs; reperitur
Orans* predicta; sententia spreta, relicta *) R. Parfusus[1].
Eius erat; fletum per fictum flectere cetum
Alter** maiorum potuit pariterque minorum, **) Causiffus[2].
Ut simul Ottoni faveant bellando Coloni.
1204. Cur, bone Saphire, facis hos[e] discrimine mire
Quod non Parfusi cives sunt sensibus usi.
Papaque[3] profecto, Philippo forte reiecto,
Pretulis[f] Ottonem. Ruit urbs in seditionem;
Orbis quassatur, casum fortuna minatur.
1205. Adveniunt Suevi de montibus utique sevi,
Assunt postremis de regn[o iuxta] Bohemis
Franci, Saxonici, ne qu . . . .
Urbem, quam prone circumdant [obsidione].
Patria turbatur; mars muros [circa vagatur],
Crebro pugnatur: cadit hic, [et ille necat]ur,
Ille sagittatur, obit alter, precipitatur
Tertius; instatur, gens ense vel igne [necatur[g]];
Undique spectatur dolor; hic fugat, ille fugatur.
Terra cruentatur, furor hosticus accumulatur.
Urbs defensatur; obit ignis, aqua[h] vigilatur.

a) demere *coniecit ed.* b) perito *ed.* c) nam *ed.* d) *vel* quia; regi et ius *ed. sed haec minime leguntur.* e) hoc? f) *ita c.* g) crematur *ed.* h) et vigilatur *ed.*

1) *Ita glosa in margine. Memoratur Richolfus Parfusus civis Coloniensis a.* 1188. *et* 1189. *apud Lacomblet UB. I, p.* 514. 519, *a.* 1208. *in litt. Theoderici archiepiscopi ap. Miraeum, Op. dipl. I, p.* 406. *et in Dynteri chron. l. IV, c.* 70. *D. De curia Parfusenhof v. Ennen, Hist. Col. II, p.* 185 *n.* 2. 2) *Fortasse idem qui ap. Godofr. Hagenum (v.* 888 *sqq.) appellatur (Bruin) Cause (Cuesin). D.* 3) *Archiepiscopum intelligere videtur, qui a.* 1204. *ad Philippi partes transiit.*

Demon letatur, animabus et insidiatur;
Mucro fatigatur, nec sangwine Mars saciatur;
Corpus lassatur, animus non debilitatur;
Quo magis erratur telis, cor plus animatur.
Mane rebellatur pueris, fundis iaculatur,
Inde balistatur, accursus utrimque minatur
Horrida; pulsatur tandem campana; paratur
Quivis ad arma; datur locus equitibus; rubricatur
Herba, cruore satur tellus, paciens lacrimatur.
Is ferit, ille terit, alius predam sibi querit;
Hic secat, iste necat, hunc ensis fulgure cecat;
Is punctare vetat, acer ictibus ille monetat;
Iste ruit stultus, non ceditur alter inultus.
Sincopat[a] hic[b] partus dolor, alter apocopat[1] artus.
Saucius iste cadit, alium truncatio radit.
Unus iners capitur, redit alter, honore potitur.
Sic sunt per plana certamina cotthidiana.
Insuper insultus facit ad fossata tumultus.
Obsistunt cives, pariter cum paupere dives.
Hostes aptatis reprimuntur ad yma rotatis.
Ex urbis parte probat in dubio bene marte
Se Limburgensis Walrami iugiter ensis[2].
Sed pater Henricus fuit urbi dux inimicus.
Insidias illi dum tendunt sicut Achilli
Hostes, perque dolum cupiunt hunc perdere solum,
Vulnera ter dena capit ultra sanguine plena
Et redit incaptus; sed obit vexillifer aptus
De Mons intrepidus, raucinus[3] ei[c] quoque fidus,
Quem doluit multum cecidisse, licet satis ultum.
Inter burgenses non comparo tela vel enses.
Qui plus duxerunt, omnes laudes meruerunt,
Officium quivis dum perficit utile civis
Et pro communi re ceu sibi proficit uni.
Dum sic cinguntur per et hostica tela premuntur,
Agrippinenses dant larga stipendia; menses
Per multos igitur exactio crebra subitur.
Armis insistunt laici Suevisque resistunt.
Ad Regem celi se vertunt corde fideli
Clerus, matrone cum tota religione.

. . . .

) *hic et sequens versus in margine suppleti.* b) hec *corr.* hic *c.* c) et *ed.*

) *Syncopare et apocopare medicorum videntur esse verba de membris raecidendis vel amputandis. D.* 2) *Cf. Chron. reg. cont. II, supra* . 177. *Patrem Heinricum Philippus a. demum* 1206. '*in gratiam sus-epit*', *ib., supra p.* 179. 3) *Idem quod rocinus, runcinus, esse videtur, quus, Gallice* 'roncin'; *v. Ducange V, p.* 826.

2.

Que tunc tanta fuit, quod ad instar presbiterorum
In peccata ruit crebro populus laicorum.
Nam contra votum clerum corrupcio totum
Tunc fere possedit, plerosque superbia ledit,
Et luxus talis, populi quod obinde locuntur;
Nec secreta malis loca, sed manifesta petuntur.
Ducunt uxores publice qui canonicantur,
Arma ferunt, mores laicales communicantur,
Plebis pastores mulieribus associantur,
Nec iuris memores sunt; cure multiplicantur.
Ut taceam, quanta fecerunt religiosi
Fetida: vix tanta poterant glutire gulosi,
Ventre Deo sancta fedabant luxuriosi,
Vertice cum planta vix sunt sani viciosi.
Hos summus primus, qui pro nobis homo factus
Est, magnus minimus, tribularum eliminat actus,
Dum nos peccantes purgando per aspera bella
Attrahit errantes, adhibens pietate flagella.
1239. Quid plus? iuratis sibi papa[1] Theotonicorum
Mandat prelatis, ut cum probitate virorum
Invadant artem per belli denique partem
Cesaris, austero que corde sit obvia clero;
Defendant humiles fidei, sint mente viriles,
Ne male perdantur, armis sua, se tueantur,
Vel bona, castra, viros frustra videantur habere,
Hostes tam diros fidei studeant removere.
1241. Tandem prelati per papam sollicitati
Sic Germanorum, bellum capiunt; reliquorum
Sunt bini flores[a] virtutibus anteriores
Maguntinensis et presul Coloniensis[2];
Quos sibi pacificos [habuit[b]] prius inter amicos
Cesar maiores, modo sensit eos graviores[2].
Quorum Sifridus primus fovit quasi nidus
Conradum natum tunc cesaris ac v[eneratum]
. . . .
. . . .[c]
Post hec accedo nostris eventibus, edo
1242. Nobis vicina, quantum fuit ista ruina.
Munera cesarea comitem sibi Iuliacensem
Armant interea donis in Coloniensem
Prelatum[2]; guerra vastantur et omnia rure;

a) floras? *c.* b) tenuit *ed.* c) *duae lineae abscisae videntur.*

1) *Gregorius IX. Litterae a.* 1239. *intelligi videntur; Böhmer, Reg. p.* 358. *Pertz p.* 144. *de aliis a.* 1241. *cogitavit.* 2) *Cf. Chron. reg. cont. V. a.* 1242, *supra p.* 282.

Turbatur terra Rheni per bellica dure.
Maguntinensis fert hostes anteriores;
Agrippinensis quoque sustinet inferiores;
Gens furit in gentem; contradicunt sibi turbe,
Flens agit in flentem; sunt partes qualibet urbe.
Quivis invitat[a] vassosque ministeriales;
Proximus irritat vicinos atque sodales;
Omnia turbantur, nemo securus habetur,
Pravi lucrantur, iustis nec treuga tenetur.
Quis dolor antiquus queat hunc equare dolorem?
Dum nec pacificus est maior ad inferiorem,
Frater odit fratrem, non parcit amicus amico,
Filius in patrem gerit arma, favetur iniquo.

Tandem conveniunt vir ut unus cesareani,
Perdere concipiunt terram metropolitani
Agrippinensis, opidi sevi Veronensis[1]
Facti predones, patrie quoque vispiliones.
Cumque suis urbis intrando suburbia turbis
Omnia vastabant possessoresque fugabant,
Horrida fecerunt et multis dampna dederunt,
Raro pepercerunt sacris; miseri perierunt.
Inde suo capite ductore redire volentes
Predicto comite, nichil adversi metuentes,
Dum sic grassati redeunt spoliis honerati,
Castraque metati Brůle, pernoctare parati:
Illos prelatus soporatos premeditatus
Visitat armatus, ita milicia comitatus,
Quod populus stratus fuit, et comes ante fugatus.
Qui gemit iratus et turpiter exspoliatus;
Est infamatus, per eum quod sit trucidatus,
Traditus, orbatus exercitus, immo gravatus.
. . . .
. . . .[b]
Sed quidam notus vir prudens atque fidelis
Capto[2] devotus, multis divesque sequelis,
Hunc voluit capere, qui pro domino veniebat[3],
Quod potuit facere, sed detentore carebat.
Si consangwineum fidumve sibi reperisset,
Cesaris ydoneum pignus natum tenuisset,
Ut, qui captivum dominum sic insequeretur,
Donec eum vivum quitasset, idem pateretur.

a) quis invi *e corr.* (incitat *fuisse videtur*). b) *duae lineae abscisae videntur.*

1) *Bonn; supra l. l.* 2) *Archiepiscopo Coloniensi a comite Iuliacensi mox capto; cf. supra p.* 283. 3) *De Conrado rege sermo esse videtur, qui tunc Coloniam venit.*

Sed per defectum retinentis et hoc remanebat;
Et manet[a] id tectum, quia res[a] fructum nec habebat.
Cum sic ecclesia summo pastore careret,
Sanctaque Colonia capto de patre doleret,
Et mundus pariter quasi lapso sole gemebat,
Per mare navis iter nauta velut orba timebat,
Nemoque clamantem: Salva! Petrum relevaret
Eius nutantem vel naviculam repararet;
Cernens[b] tardari presul sibi quodque iuvamen
Et desolari patriam nimis, hinc relevamen
Cogitat ipse sibi: comitem rogat, ut redimatur,
Cum sit parvus ibi fructus, quod plus teneatur.
Astat consilio de Diist Arnoldus eidem[1],
Ut domino proprio capto parcatur ibidem.
Mense nono cedit precibus comes; ante nequivit;
Milia quinque dedit marcharum[2] presul, abivit.
Fertque: 'Moram cohibę!' scribenti pacta petitus;
'Quidquid vult scribe, comes, ut sim carcere quitus'!
Consulit ecclesie rerum per dampna sibique
Non minus et patrie, licet alter sumpsit inique.
1243. Tunc[c] eternalis ovium pastor generalis
Finem dando malisque tyrannidis imperialis
Ex insperato miserans custos animarum,
Patrum patre dato gemitus tulit ecclesiarum
Christus, qui propriam sponsam non deserit umquam
Et sinit ecclesiam sanctam subcumbere numquam.
Sit licet in celis secum Petrus ille fidelis,
Per successores ad oves videt inferiores.
Scito suum nomen: 'In' — iunge — 'nocencius'; iste
Quartus, habens omen, te dante, nocencia, Christe,
Tollere de mundo, pacem per bella mereri,
Omine fecundo[d] superare pericula cleri.
Quem velut antiquum dum cesar sperat amicum,
Inveniens durum pro iure Dei quasi murum,
Plus indurescit, monitis mansuescere nescit;
Totus inardescit clero, nec obesse pavescit.
Undique pacatis et amore sibi solidatis
Trans mare soldanis summis reliquisque paganis,
Grecis scismaticis, blasphemis ac inimicis
Christi sive crucis, pleno conamine ducis
. . . .[e]

a) m. *et* r. f. n. *in rasura c.* b) *qui sequuntur* 12 *versus in margine suppleti.* c) Tunc . . . gener *in rasura c.* d) *ita c.* e) *una tantum linea abscisa videtur.*

1) *Saepius his annis in chartis* (*Lacomblet II*) *nominatur.* 2) *V. chartam ap. Lacomblet II, p.* 139, *ubi* 40000 *marc. indicantur.*

Dum sic augustus nec erat miserans neque iustus,
Ipse per Ytaliam, Germanam filius eius
Opprimit ecclesiam, facit omni tempore peius.
Pellit in exilium prelatos, religiones
[Oppri]mit; auxilium pape regesque barones
Sepe requisiti non dant populique petiti,
Preter prelatos in Theutonia tribulatos.
Ecclesie partem per vim seu cesaris artem
Papa timet pressam nimium subcumbere fessam.
Quamvis divinum summum quoque presidiorum
Credat vicinum sibi, non tamen auxiliorum
Despicit humanum, certus quod Rex dominorum
Mittet ei sanum tamen officio populorum,
Quo gens et cleri plus possint iure mereri.
Pensans difficile regem sine vincere rege,
Miliciam facile sub Christi ducere lege,
Tempus mutare quandoque locum variare,
Utile, migrare disponit et expatriare.
Clam facit optatum, palam sibi forte negatum;
Pacis tractatum simulans, peragit meditatum.
Hunc dum colloquio spectabant cesarienses,
Leti[a] navigio cito suscipiunt Ianuenses.
Per mare Lugdunum ductus, mox mandat in unum
Concilium patrum, prelatorum quoque fratrum, 1245.
Ut simul unati faciant et posteritati
Ecclesie fesse que dictat agenda necesse.
Tum se delusum cesar dolet, auget abusum
Ense potestatis, multis de parte necatis
Ecclesie, publicum se demonstrans inimicum,
Predecessorum superans mala cesareorum:
Herodi similis, qui, non redeunte magorum
Cetu, fit fragilis turbe lictor puerorum.
Sic parat invasum papam, sed eum cito casum
Noscens, Francorum Ludewicus rex dominorum
Surgit ab opposito, collecto milite trito
Obviat, et pape mandat, constanter habere
Se pa[pam], scire, [sibi succurr]endo venire,
Augustum mire faciens cepto retroire.
[Tunc in Parmenses] . . . . deficientes.
. . . .

3.

Se reserant mentes que sunt secreta tenentes,
Quilibet ad volitam partem volat ante cupitam, 1256 ?

a) *deinceps primae versuum lineae a bibliopega charta obtectae sunt; sed Pertz eas legere potuit.*

Non sibi vindictam Sapiens[1] capit, immo relictam
Iusticiam querens, ut iuri semper adherens.
Concio colligitur, domus et communis aditur,
Prudens auditur; lepido sermone potitur,
Cives alloquitur; iniuria mox aperitur.
Displicet hec igitur cunctis; pro pace subitur
Consilium tale, scelus ut ruat exiciale,
Omnibus equale pateat ius imperiale,
Quod pariter puri iurant assistere iuri,
Hoc defensuri, quod sint vel ob id morituri.
Istis confisus Sapiens, ius sumere nisus,
Credit inesse fidem reliquis, quam sustinet idem.
Constans prosequitur ius; oppositum reperitur.
Nam dum finalis aderat lux iudicialis
Ac expectanda fuerat sententia danda,
Pars rea diffisa de iure doloque renisa,
Armis munita, latet, et racione sopita,
Ut necet actores, satagit; pro iure furores
Fert, contra mores cupiens augere dolores,
Non emendare, sed prava malis cumulare.
Nostros maiores se viribus inferiores
Cernit, obesse dolis studet, hiis quoque vincere solis
Sperat, si capiti det mortem, fine periti
Hoc genus opprimere nec ulteriora timere.
Sed Deus hec aliter disponit et ordinat, iter
Per mala dando bonis, fortes ditando coronis.

Heu scelus! exemplo mala res, iniuria templo
Petri fit, quando gens arma gerens stabulando
Intrat equos ede sacra; patracio cede
Ex hoc procedit, anime quo vita resedit.
Heu scelus! hic pacis locus est spelunca rapacis,
Dum furibunda chorum plebs implet canonicorum.
Fit circa regum[2] tumbas violacio[a] legum,
Pro votis castis effractio lampadis hastis.
Heu scelus! in iure fit iuris lesio, dure
Instant pressure, dum lex non est sibi cure;
Ius ubi rite datur, transgressio predominatur,
Et pax turbatur, [nec] ius in pace paratur,
Sed premunitus discessit iure peritus
. . . .
. . . . . . [H]enricus ibi frater seu Ludewicus[3]
. . . . ctore cognato iuris[b] et hore

a) *e corr. c.* b) *vel* ruris.

1) *De Theoderico Sapiente sermo esse videtur.* 2) *Trium regum Coloniam translatorum.* 3) *Filii ut videntur Hermanni Sapientis. D.*

. . . . res aderant aliqui iuniores
. . . . i sunt inveniendo scabini.
. . . . ni latitant hostes inopini
. . . . cantes concludendi queritantes
. . . . sent actores, dum iugulassent
. . . . pugiles olim ceu d . . . . . iles
. . . . orum trucidati progenitorum
. . . . rgit quod fors ad tristia vergit
. . . . entus latitare nec ad mala lentus
. . . . atus licet hiisque not . . . . . atus
. . . . matus Hermannus ad ista . . . atus
. . . . est dictus in nostros . . . .
. . . . ipitur ab inermibus et reperitur
. . . . fustis prodest def . . . . . . [u]stis
. . . . fatur, ut abinde ma[gis ti]meatur.
. . . . natur hos ledere, tunc . . . . atur.
. . . . ucinus Nycholaus . . . . .[a] . . .
. . . . inis ferit illum cuspide . . . . . is[b]
. . . . capite, fit ei mox punct . . . . e.
. . . . sortem, sic solvit sangwine mortem.
. . . . c infl[atur] . . . . sis inferre minatur
. . . . t avidis vim vi propellere, divis
. . . . tutum reperitur lege statutum
. . . . eodem pena feratur
. . . . atur gladio, male digladiatur,
[Corpus ei]us rapitur in templum nec sepelitur;
. . . . itur cognacio, planctus initur.
. . . . [cam]pana pulsatur ad . . . . .[c] fana.
[Plebs fr]emit urbana, capit arma quasi male sana.
. . . . postes pariter [feruntur] ad hostes.
. . . . impletur armatis . . . . . . timetur
. . . . ingentis uti . . . .[d] . . . nus[e] Sapientis
. . . . pars nostra[f] salute . . . .
. . . . eti fuerant mer[cede] repleti
. . . . erunt quesiti disparuerunt.
. . . . . . lebat, et quisque do[mum] repetebat.
. . . . . [ma]teriam sic . . . . . philosophiam
. . . . [min]istravit . . . . sse[g] paravit.

4.

Sic tibi, gens stulta, veniunt incommoda multa,
Consilio fulta non ens, racione sepulta.
Sunt tibi nempe viri duo, presul[1] cum Sapiente,
Ambo quidem miri, factis hic, illeque mente.

a) pape *ed.* b) finis *ed.* c) omnia *ed.* d) incepto *ed.* e) *vel* mus (domus ?). f) persimili salute *ed.* g) posse *ed.*

1) *Conradus.*

Ambos nutristi; diversa per hos meruisti;
Istum iuvisti, reliquum[a] gratum pepulisti;
Hunc exaltasti te nunc violente[b] prementem,
Illum vexasti te semper iure tuentem.
Fertur adhuc iuvenis presul clamasse sopore:
'Colonie penis ero certa ruina dolore'.
Annis septenis Sapiens puer est pene mutus,
Sensibus hinc plenis bona plurima sepe locutus.
Sic Sapiens natus bona subticet et nocitura;
Ille soporatus ait a se prava futura.
Felix Colonia, si nunc vel acumine mentis
Hec tibi presagia[c] venisse per aspera sentis!
Dum tibi tutor abest sapiens, quem despiciebas,
Ac oppressor adest; quem tanquam mater alebas,
Hic te depressit; a te prius ille recessit,
Qui quasi te gessit humeris. Tibi sors mala cessit:
Nutris lesores, expellens utiliores;
Hinc tibi merores merito metis atque pudores.
Dum te prudentem mala non faciunt aliena,
Saltem lugentem doceat modo propria pena!
Quid magis? Elatus dum taliter urbe potitur,
Omnia prelatus presumit, ibique sopitur
Lex et libertas, sed totum velle subitur,
Nec metas certas nec ius servans reperitur.
Tollitur impune, domino datur ad pene plenum,
Per quam commune dandum fuit es alienum.
Tunc, que facta prius publico cogente necesse,
Preda patens pocius assisia dicitur esse,
Dampnis debebat belli cessare solutis[1],
Hanc protendebat presul populis quasi mutis;
De qua marcharum recipi bis milia sena
Ius erat, archarum sunt postea milia plena.
Nec modus aut finis erit hanc predam rapiendi
Velle prius dominis, nisi desit res cupiendi;
Quam predam publicam[d] qui posse tenent capiendi,
Ut verum dicam, quid non et habent faciendi?
Quondam subtrahere bona publica fit peculatus;
Nunc neque concutere vi creditur esse reatus.
Unde quid ecclesie de predis venerit istis,
Urbi seu patrie recitat post pagina tristis.
Regis principio Wilhelmi queque novata
Abiurata scio theolonia[2]; re publicata,

a) reliqū *c.* b) *ita c.* c) prestigia *e corr. ut videtur c.* d) pblicam *c.*

1) *Cf.* 2, *v.* 76. 2) *De hac re cf. Weizsäcker, 'Rhein. Bund'*, *p.* 151 *sqq.*

Vidi pontifices tres una Coloniensi,
Cesaris artifices[1], Maguntino, Treverensi,
Magnates, proceres simul abiurare rapinas,
Ad leges veteres pacis reparare ruinas;
Urbis Agrippine quod novit sala[2] repleta.
Sed celeri fine fuit hec iuracio spreta.
Dum per prelatos nec abit mercatio tuta,
Est male versatos raptorum turba secuta.
Aurifer et Rhenus, speculo crescente, rapinis
Fit cito tam plenus, quod nec modus est neque finis.
Postea legatus Hugo[3] pape veneratus
Hos obiurgatus, culpam pandendo reatus,
Monstrat precisos a papa talia nisos,
Concordes visos absolvit obinde[a] recisos.
Pontifices dictos facit abiurare rapinas,
Et sic astrictos monet inde timere ruinas.
Qui dum discessit, morbus radice recrescit;
Pax patrie cessit, iterata rapina virescit.
Fiunt peiora, dum sperantur meliora,
Omnibus absque mora; multos nudat brevis hora,
Et non maiores tantum, sed et inferiores
Fiunt raptores; corrumpunt crimina mores.
Post hec adveniens rex Richardus, sapienter 1257.
Tollere vim cupiens, nequiens regnare potenter,
Invocat auxilium pape, quod spiritualem
Exercens gladium iuvet illo materialem.
Mandat papa volens, magnos vetat atque pusillos
Vectigale, dolens magis excommunicat illos.
Que licet est lata sententia seu publicata,
Est occultata, ne sint ea visa vetata,
Que dedit et prestat assisia non moderata,
Qua ius[b] infestat res publica fitque gravata.
Si presul scisset, quod abinde fuere futura
Pessima, pressisset hanc, nec esset nocitura[c];
Et quotcumque malis dedit et confert alimenta,
[Dum fue]rat talis exactio, dat nocumenta.

5.

Quo[4] [poci]us potuit eius sapiencia victis 1260.
Parcere, cum potuit signis nocuisse relictis,
Pseudo permisit tamen has[d] habitare scabinos
Partim, dimisit (?) nimis illos esse lupinos.

a) *ita c.* b) Quamvis *ed.* c) nocititura *c.* d) *bis scriptum, sed alterum del. c.*

1) *i. e. electores?* 2) *Sala palatium est episcopi Coloniae. D.* 3) *Annis* 1251—1260. *in his partibus versatus est; Lacomblet II, p.* 376. 485. 4) *De rebus a.* 1260. *sermo est; v. Hagen v.* 1223 *sqq.*

Qui tunc vidissent sic cedere vilibus aulas
Urbis, ris[issent] solitos sibi fingere caulas.
Antea s[arc]inas operantes qui latuerunt,
Nunc [spar]gunt iuncis cameras, quas incoluerunt.
Antea bis binos calcant ewangelizantes,
Nunc Agrippinos dominos se glorificantes.
Antea se pedites inopes formidine fingunt,
Aurea nunc equites veluti calcaria stringunt.
Antea qui suberant, pedibus quasi pressa scabella,
Nunc hiis qui preerant audent indicere bella.
Antea nulla sonis hos concio scire solebat,
Nunc splendent thronis, ubi nobilitas residebat.
Antea cum paribus qui consuevere subesse,
Nunc quasi principibus est hiis parere necesse.
Antea quos patres medio de plebis alebant,
Nunc viciant matres et conspicuas faciebant.
Antea pro donis quem cirpea[a] tela tegebat,
Nunc de pavonis pennis frons vela ferebat.
Antea qui modicis tegmentis templa petebant,
Nunc variis sericis fulgentes veste tumebant.
Antea per natas, socias quoque lanea nebant,
Nunc has ornatas generosis anteferebant.
Antea qui victum querebant arte, labore,
Nunc dant edictum publicoque fruuntur honore.
Antea quam ville gradus inferior retinebat,
Nunc veluti Sille plebs tempore cuncta premebat.
Antea dampnati sceleris quidamque fugati,
Nunc sublimati fiunt, meritis quasi grati.
Antea discreto conscendebatur in altum,
Nunc penitus spreto faciebant ordine saltum.
Antea maiores iuveniles ius docuerunt,
Nuncque per errores dictant que non didicerunt.
Antea prelati digno sub honore fuerunt,
Nunc inhonorati nostrum casum doluerunt.
Antea nobilitas pia predominatur in urbe,
Nunc mala rusticitas viget et vis tradita turbe.
Antea non nota magnis plebs est operatrix,
Nunc claret tota prelati consiliatrix.
Antea florebat virtus . . . . . . sos,
Nunc h . . . .[b]
Hinc equitum nati fratres de Sande[1] vocati
Hiis captivati, sunt illico decapitati;
Quando preces dire festinant morte preire.
Parentes ire, dant hos sine iure perire.

a) *i. e.* scirpea. b) *reliqua abscisa.*

1) *Qui alibi de Sandkule. D.*

Dantes se sceleri, cupiunt magis inde timeri,
Sed plus augeri patet hinc odiumque mereri.
Vindicat id clara cognacio, cui fit amara
Mors sibi[a] non cara, necis ac illacio rara.
Tandem de publico sumptu scelus hoc redimentes,
Tempore post modico facinus peius facientes,
Sic Hircelinum Gerardum[1] rebus ementes,
Dampnant, festinum per opus mox interimentes.
Nec valuere preces empto deferre cruori,
Nil siciendo neces potuit satis esse furori.
O tam suppliciter rogitantem vidimus illum,
Ut sibi mortis iter vellent differre pusillum,
Quo sua peccata posset purgare luendo
Trans mare, curata racione viam faciendo.
Presentes aderant ibi fratres Theutonicorum,
Qui prompti fuerant hunc ordinis esse suorum.
Quod licet iratum non vulgus, iure movere
Urbis prelatum debebat parcere; flere
Vidimus hunc ob idem, sed factum dissimulavit;
Non turbare quidem plebem vult, que sibi favit.
Aures obturant precibus; fert unus eorum*:
'Cur tantum durant hec? si sic unicus horum
Tam de difficili per nos modo mortificatur,
Tardius ex simili reliquis hec pena paratur'.
Nil iuvat oblatum; vox prevalet impietatum;
Tamquam dampnatum ducunt hunc decapitatum,
Sanctos orantem, pro nunc rogitare precantem,
Crimina plorantem, scelerum veniam rogitantem.
Sic alias meritum pro culpis antea factis
Vir capit interitum; formam dedit exitus actis,
Sed cor contritum salvat, spem dando salutis.
Hec ortum subitum dant pravis inde secutis.
Summo dicta scio tunc talia verba priorum:
'Cur ex officio modo non obsistitis horum
Nisibus, ecclesiam qui tot privando ministris
. . . .[b] sinistris.

*) Theodericus Bein[2].

a) *e corr. c.* b) *haec abscisa sunt.*

1) *Cum aliis a.* 1259 (1260, *Ennen II, p.* 148 *n.) proscribitur, Lacomblet II, p.* 476. 496; *sed de eius nece alibi nihil traditum est.*
2) *Idem est quem post illam seditionem scabinosque eiectos cum aliis scabinum facit Conradus archiepiscopus d.* 17. *Apr.* 1259; *v. Lacomblet II, p.* 466. *D.*

IV.
DIALOGUS CLERICI ET LAICI CONTRA PERSECUTORES ECCLESIARUM.

INCIPIT DIALOGUS CLERICI ET LAICI CONTRA PERSECUTORES ECCLESIARUM.

[Clericus]. Licet karacterem quo ego insignitus sum tu non geras nec acceperis, quia tamen gramaticam et eloquium lingue Latine nosti, loqui tecum ac disserere cupio de hac turbela mundi et de persecutoribus ecclesiarum, quos temporibus nostris in eligendo rege principum discordia suscitavit; presertim cum in excommunicatione Adolfi quondam archiepiscopi et in eius depositione non recto tramite processum tibi esse videatur.

Laicus. Istud ego quidem diu iam desideravi, ut cum aliquo tue professionis viro inde conferrem; quia nos laici putamus, quod totum hoc malum ex culpa clericorum sumpserit inicium.

Clericus. Quoniam id optime intellexi, quod culpam in nos refunditis, ideo tecum, quia vir prudens videris et rationis capax, inde loqui et te interrogare tibique respondere cupio; tamen hac interposita conditione, ne commovearis in iram, si aliqua dixero que tibi non placent, quoniam id non animo te provocandi facio, sed causa ratiocinandi et veritatem eliciendi.

Laicus. Patienter te audiam, et, si potero, de ratione respondebo, dummodo modum non excedas, et ne nimis ad ea progrediaris, que magis rixam quam veritatem eliciant.

Clericus. Cavebo michi; et primum abs te quero: an tu in populo catholico et per universam civitatem Dei, que in terris est constituta, duplicem esse iusticiam, spiritalem scilicet ac secularem, concedas.

Laicus. Absurdum esset, si hoc negarem, ex quo fidem profitear catholicam, et sciam, quod in passione domini nostri Ihesu Christi duo illi gladii mistici utramque hanc iusticiam prefiguraverunt.

Clericus. Bene sentis; et quid tibi videtur: harum una, id est spiritalis, nonne primo loco ad papam, altera, id est secularis, primo loco ad regem pertinet?

Laicus. Quis hoc dubitet?

Clericus. Bene facis, quod id quod facile est facile concedis. Dic michi modo: graves excessus archiepiscoporum, sicut periuria et alia criminalia, ad quem pertinent corrigenda?

Laicus. Ad quem magis quam ad papam, cum alium iudicem in hoc seculo super se non habeant nisi illum.

Clericus. Optime mecum sentis, et nos adhuc bene concordamus, et utinam hoc inter nos diu duret! Dic michi, utrum dominus Adolfus Coloniensis archiepiscopus, quando dominum Ottonem comitem Pictaviensem in Romanum regem elegit, unxit, adque iuravit, quod ipsum contra omnem hominem iuvare deberet coronam imperii optinere: nonne hoc iuramentum inviolatum servare debuit, cum illud sponte et ex consilio fidelium suorum, tam priorum quam terre nobilium, prestiterit?

Laicus. Hoc videtur, quod servare debuit.

Clericus. Cum iterum Philippum ducem Suevie in Roman[orum] regem elegit, unxit, adque iuravit, quod ipsum contra omnem hominem iuvare deberet coronam imperii optinere, vivente rege Ottone et regno ab ipso non resignato neque deposito: nonne vel in utroque vel in altero commisit periurium?

Laicus. Hoc puto, quod in altero, quia utrobique iuramentum servare non poterat.

Clericus. Si ergo periurium commisit, sicut fateris: nonne papa, de cuius iurisdictione id erat, eum super hoc punire poterat, si voluit?

Laicus. Poterat quidem, sed nonnisi convictum vel confessum.

Clericus. Nonne confessus erat, quando per litteras suas et nuntios, Capellarium [1] videlicet et alios, pape significavit necessitatem, qua inductus, sicut dicebat, O[ttonem] regem deseruerat et Philippo adheserat; et quod maius est et sufficientius testimonium ad convincendum aliquem quam propria ipsius confessio? Preterea notorium fuit quod fecerat, nec aliqua indigebat questione, nec ipse hodie diffitetur, quin O[ttonem] habeat pro derelicto et ducem Suevie habeat pro rege; merito ergo eum papa propter periurium punivit.

Laicus. Esto, quod merito eum punire poterat. Sed vel ipse vel delegati ab eo iudices nimis festinaverunt ad illius dampnationem.

Clericus. Quare tibi hoc videatur, non video, cum papa in litteris suis [2] eum mandaverit excommunicatum denuntiari et post hanc denuntiationem infra quatuor ebdomodas, si ad ipsum non accederet, ipse deponeretur et alius in locum suum eligeretur. Nonne satis spacii deliberationis quatuor septimane fuerunt, in quarum ultima si saltim iter arripuisset, nullam puto amplius executores in eum tulissent sententiam? Sed quia prorsus contumax inventus est, et iudices nullam

1) *Godefridus Capellarius in charta Adolfi dicitur, Ennen et Eckertz, 'Quellen' II, p.* 17. 2) *a.* 1205, *Mart.* 13; *Böhmer, Reg. pap. nr.* 180.

in eo spem habuerunt resipiscendi, ideo sentenciam depositionis in eum, expleto sibi proscripto termino, tulerunt[1].

Laicus. Hanc sententiam pro bono pacis poterant distulisse, donec papa melius super hoc consuleretur et periculum terre imminens ei plenius significaretur.

Clericus. Hoc ab eis satis postulatum fuit. Sed ipsi rennuerunt, affirmantes se et honorem suum nullatenus velle in hoc facto periclitari, quia periculum ipsis immineret, si mandatum apostolicum non exequerentur; et sumpserunt exemplum de interdicto Francie, quod papa illi mandaverat, sed executores, quia, sicut illud eis mandatum fuerat, non mandaverant executioni, papa eos graviter inde punivit.

Laicus. Si ipsi depositionem differre noluerunt fortassis propter causam quam dixisti, quare clerici non saltem distulerunt electionem?

Clericus. Ne papa similiter eis sicut iudicibus offenderetur pro dilatione, presertim quia nil securitatis habere poterant emendationis domini A[dolfi], si differrent[a]; sed magis ecclesiam desolatam relinquerent; et stultum esse videbatur, ubi nichil spei emendationis haberent, ibi se dampnationis periculo supponerent.

Laicus. Quare non detulerunt appellationi maioris prepositi[2], qui eam canonice et legitime videbatur interposuisse?

Clericus. Si canonice ac legitime eam interposuit, quare non est prosecutus illam, vel per se vel per nuncium ydoneum? Habeat quod sibi imputet; nos scimus, quod dominus papa electionem ecclesie approbavit, electum suum confirmavit, pallium de corpore beati Petri sumptum ei transmisit; cui in episcopum ordinato et in archiepiscopum confirmato nos filii obedientie obedimus, sicut et vos contradictores facietis, quando resipueritis.

Laicus. Noli hoc dicere; nobiscum enim iniuriose factum est: nobiscum dico, quia, quisquis ego sim, tamen in persona alicuius baronis loquor, et ideo dico: nobiscum iniuste actum est. Si electio enim fieri poterat, illa celebrari non debuit nisi presentibus nobilibus terre, beneficiatis hominibus Sancti Petri et summis officialibus episcopi, quorum est electionem approbare; quod minime observatum est.

Clericus. Fateor hoc, quod, si cathedra sancti Petri solito more vacaret, dies electioni prefigi et nobiles terre convocari deberent; sed quia modo preter morem vacabat episcopatus, et episcopus qui[b] erat propter mandatum apostolicum in penam sui excessus depositus, et vos barones sui

a) different *c.* b) *fort. delendum.*

1) *V. supra Chr. reg. cont. II. a.* 1205, *p.* 175. 2) *Engelberti.*

excessus fautores et cooperatores eratis, ideo convocari ad electionem non debuistis. Preterea si vocandi essetis, hoc per nuncios fieri oporteret[a]. Qui autem vobis hoc nuntiasset, ille suum a vobis tormentum certissime exspectasset. Sed quis libenter vult mori? Tamen electio que facta est non est usquequaque sine nobilibus terre celebrata. Aderat enim comes de Seine[1], maioris ecclesie advocatus, cuius prima vox est in assensu prestando. Aderat dux de Limburg[2] et alii nobiles quam plures et populus multus nimis.

Laicus. Tu dicis, quia fautores eius essemus et ideo vocari ad electionem non deberemus. Nonne merito ei favere, adherere et servire debemus, cui hominium fecimus et fidelitatem iuravimus?

Clericus. Ita, quamdiu iustum erat; sed quando dominus papa vos ab eius fidelitate absolverat et iuramentum relaxaverat, vos ei de cetero adherere non debuistis.

Laicus. Poterat nos papa a iuramento absolvere, quod nos iuste, licite ac debite prestitimus?

Clericus. Poterat quidem in hoc articulo. Sicut enim dignum ordinare et confirmare potest episcopum, ita et indignum potest excommunicare et deponere. Et sicut eum potest deponere, ita quoque subditos suos ab eius obedientia et fidelitate potest absolvere et ab omni iuramento liberare. Et hoc ex potestate sibi a Deo tradita, veluti textus ewangelii docet, ubi Petro dicitur: *Et tibi dabo claves regni* Matth. 16,19.
celorum.

Laicus. Sit, quod episcopum, quanto ad ecclesiasticum ius attinet, nobis absentibus quocumque modo eligere possetis: quomodo ducem, cuius est secularis iusticia, sine nobis et nostro consensu nobis preficere poteratis?

Clericus. Patienter audi me, et ego te expediam. Erat aliquando tempus, cum episcopatus Coloniensis et ducatus Coloniensis non ab uno ut nunc, sed a duobus dominis habebantur, et unus illorum archiepiscopus, alter vero dux Coloniensis[3] dicebatur; tunc episcopatus, sicut et nunc, nonnisi per electionem habebatur, ducatus vero non per electionem, sed hereditario iure per successionem heredum tenebatur; et si quando herede caruit, in manus imperatoris devenit, et ipse cui volebat eum contulit; sicut Otto imperator illum fratri suo Brunoni archiepiscopo et ecclesie Coloniensi in perpetuum concessit. Cum igitur ducatus numquam antehac

a) opporteret *c.*

1) *Heinricus III; v. Winkelmann, 'Philipp und Otto' I, p.* 367 *n.*
2) *Heinricus.* 3) *Haec minus recte dicta esse, vix est quod moneam. De ducatu Lothariensi Brunoni concesso sermo est.*

per electionem habitus fuisset, nec dux aliquis adhuc hodie per universum inperium a suis hominibus usquam eligatur, sed nec eorum in eius constitutione requiratur assensus, sive dux hereditario iure succedat, sive ab imperatore constituatur: quomodo in eius modo constitutione vobis hoc ius asscribitis, quod sine vobis assumi non debeat, cum ex electione episcopi eius sequatur dominium? Quoniam igitur ducatus ad episcopatum est translatus, non episcopatus ad ducatum; sicut Můsella dicitur in Renum fluere, non Renus in Můsellam, et Renus incorporata sibi Můsella cursum suum servat, ita quoque episcopatus, adiuncto sibi ducatu, quod suum erat optinuit et servavit electionem. Quia vero hec electio penes clerum est, cum episcopus eligatur, nonne[a] necesse est, ut dux quoque ex eo statuatur? Quia hii duo principatus inseparabiliter ad invicem sibi sunt connexi et simul ad unam eandemque transsire solent personam, cum episcopum nobis eligimus, ducem quoque digne vobis preficimus. Nichil ergo vobis iniurie fecimus.

Laicus. Miror, quomodo hoc dicere possis, cum preter iuris ordinem actum sit quod fecistis. Vos enim iuris periti et vos librorum manducatores dicere soletis, quod nemo absens iudicandus sit, et vos absentes nos, non citatos nec convictos neque confessos, excommunicastis et terras nostras sub interdicto posuistis. Nonne tibi videtur hec manifesta iniuria?

Clericus. Nos hoc non fecimus, sed iudices domini pape hoc fecerunt, qui tamen iuris ordinem optime servaverunt. Nam ipsi post auditas omnium et singularum ecclesiarum querimonias vos citaverunt et per sufficientes inducias diem in iure comparendi vobis prefixerunt; et cum amplius satis quam necesse esset exspectati fuistis et non venistis, debitam contra vos tulerunt sententiam.

Laicus. Quis nobis hanc citationem denunciavit?

Clericus. Alio modo quam factum est vobis denunciari non debuit; quia iudices domini pape in ecclesia beati Petri, que vestra est parrochialis ecclesia, et in qua sinodum pastoris vestri, id est archiepiscopi, servare debetis ac soletis, vos citaverunt et eam citationem in publico emiserunt. In villis vestris si aliquis citandus est qui intra parrochiam moratur, nonne citatio a sacerdote in ecclesia ante altare emissa sufficit sine aliqua ulteriore denuntiatione? Simili modo et hec sufficere debuit, presertim quia vos intra parrochiam vestram, id est episcopatum, moramini; tota siquidem Coloniensis ecclesie diocesis vestra est parrochia.

a) . . ͞. e *in marg. suppl. c.*

Laicus. Hoc esse posset, si noster[a] archiepiscopus nos citasset; sed quid ad nos de scolastico Sancti Gereonis et de plebanis Sancti Laurentii et Sancte Brigide[1]?

Clericus. Quia ipsi iudices sunt domini pape; papa enim vel per se vel per iudices quos delegat in omni ecclesia sua potest exsequi iusticiam. Licet enim archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, decani, sacerdotes vocati sint in partem sollicitudinis, solus tamen dominus papa est in plenitudine dignitatis. Unde plenam ubique potestatem habet suam exsequi iusticiam. Citatio ergo horum iudicum ex auctoritate apostolica maior est citatione archiepiscopi, et sic sufficienter estis vos citati. Convicti autem estis ex evidentia facti; quia notorium est. Confessi estis, quia factum non negatis. Et si pro hoc facto non essetis excommunicati, saltem pro eo essetis excommunicati, quod sacerdotes inobedientes et excommunicatos in malicia fovetis, immo ad sacrilegium cogitis et hortamini. Qui miserrimi omnium hominum vobis adulantes non attendunt, qualiter Lucifer de celo cecidit propter inobedientiam et Adam de paradiso expulsus propter inobedientiam, Christus autem propter quod obediens Patri factus est meruit gloriosam resurrectionem et nobilem triumphum de principe tenebrarum; et cum laicus aliquis est excommunicatus, non intromittitur intra parietes ecclesie, et isti infelices audent intrare etiam usque ad sancta sanctorum et tangere sacrilegi sanctissimum corpus Ihesu Christi, quod ex virtute verborum conficitur, que ipsi dampnati ore immundo et labiis pollutis proferunt.

Laicus. Si ita esset sicut tu multiloquio tuo nos territas, nequaquam viri religiosi de omni ordine ita sentirent nobiscum, sicut faciunt monachi grisei[2], albi, nigri, et non tantum monachi, sed eorum abbates nobiscum stant; preterea clerici litterati, qui sacram paginam noverunt, qui leges ac canones optime noverunt, affirmant, quia nobiscum iniuste actum sit; quorum testimonio plus quam tuo digne credere debemus.

Clericus. Isti sunt et vos estis de quibus dictator ille egregius magister Petrus Blesensis archidiaconus dixit: *Mide regis vicio aures gerunt asini magni rerum domini, quibus adulatio palpat late patulas auriculas et humani bibulas favoris, ausi de se credere quicquid potest fingere vox adulatoris.* Adulatores quippe vestri sunt, qui attendentes ea que sua sunt et non ea que Ihesu Christi, dum vobis propter temporalia blandiuntur, et vos et se ipsos, quia eterna amittunt,

a) pastor *corr.* noster *c.*

1) *Quos papa iudices constituit a.* 1206; *v. Böhmer, Reg. nr.* 213.
2) *Ordinis Cisterciensis, S. Augustini, S. Benedicti.*

Matth. 7, 15. decipiunt. Isti sunt, de quibus veritas dicit: *Veniunt ad vos in vestibus ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Quomodo autem ipsi ratione vos ducant, immo quomodo seducant, satis apparet in depositione abbatis illius de Monte[1]; qui de generali concilio suo[a] rediit destitutus propter errorem, quem inter vos seminaverat, et prevaricationem mandati apostolici super interdicto, quod predicti iudices servari preceperant, quorum[b] auctoritatem vos nullam reputatis.

Laicus. Si vos iusticiam defenditis et nos[c] eam impugnamus, si causa vestra Deo placet et nostra displicet, si vos tanquam Machabei pro lege Dei statis et nos tanquam Lisias et Gorgias eam persequimur: cur nos peccatores ubique prosperamur et vos iusti deficitis? Cur, ubicumque caput ad bellandum exseritis, vestri bellatores in manus nostras traduntur? Vos suffragia sanctorum imploratis, vos patronos portatis, vos aures populi crebris predicationibus obtunditis, et dampna vestra multiplicantur et crescunt: puto, quod non iuste iudicatis, filii hominum, vos iustos et nos iniustos reputando.

Clericus. Augustinus in quarto libro de civitate Dei dicit: *Hec est communis querela omnium iustorum, quare malis tantum liceat;* et postea subdit: *Quod iustis ab iniquis dominis irrogatur, non est pena criminis, sed examen virtutis.* Verum est, actus vestri prosperos habent successus, et ideo nobis insultatis. Rex Antiochus iustus non erat, et tamen prosperitate floruit. Iob iniustus non erat, et flagellum passus est. Attila, qui erat flagellum Dei, sicuti et vos estis, inpugnandis urbibus et debellandis populis, leto fruebatur eventu, et tamen tandem datus est in manus Ezii patricii. Iulianus apostata persequens fideles, tandem compulsus est dicere: 'Vicisti, Nazarene'! Quid exultatis, miseri, quid extollitis in altum cornu vestrum? Si vobis ad tempus fortuna blanditur, nonne ceca est? nonne sedet in rota? Cito convertitur, cito ad ima trahit; et utinam non ad abyssum! Redite ad cor, revertimini ad ubera matris ecclesie, que leto vultu, si redire volueritis, vos suscipiet, quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Deus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ille vos illuminet et auferat velamen de cordibus vestris, ut nobiscum valeatis videre rectum! Quod ipse prestare dignetur qui cum Patre et Spiritu, qui vivit et regnat d[d].

a) *vocabulum deesse videtur* officio *vel simile.* b) quarum *c.* c) non *c.* d) deus? dixi *B.*

1) *Altenberg; cf. Winkelmann l. l. p.* 399 *n.*

V.
EX EPISTOLIS GUIBERTI GEMBLACENSIS AD PHILIPPUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM DATIS.

1.

Ea mente veni Coloniam, ubi vos per id temporis *Cod. Brux. f. 195'.*
diligenter investigans esse compereram. Et ecce dum fluc-
tuationem nitor evadere, pene mihi visus sum incurrisse
naufragium, nec multum aberat, quin penitus a spe mea
deciderem, quia inveni vos tot septis a publico conspectu
interclusum, tot curarum molibus oppressum, ut nec vel
modica mihi facultas vobiscum loquendi vel saltem aliqua
videndi vos copia occurrere posse putaretur. Hinc assidebat 1181.
cardinalis legatus Romanae curiae domnus Petrus Papyensis,
aecclesiasticis negociis, que preter presentiam vestram ter-
minare vel nolebat vel non valebat, vos interesse deposcens,
hinc astabant vel magis irruebant duces, comites et totius
provintiae magnates cum fere innumerabili militum et clien-
tum multitudine, quos undecumque eo contraxerat impera-
toris et vester diu prenuntiatus et cotidie suspectus et citis-
sime necessarius pro aecclesia in pace tuenda in expeditio-
nem Saxonicam contra singularem et ferum aprum illum
devastatorem vineae Domini[1] egressus, aliis de cubiculo in
cubiculum, de consilio in consilium vos trahentibus, aliis ex-
pensas, aliis redemptionem oppigneratorum exigentibus, aliis
incertam exercitus eductionem prestolantibus. . . . Sequebatur
vos multitudo procerum et impingebant in ostia, invitis
et non valentibus arcere illos ostiariis. . . .

2.

. . . . . totum negotium, pro quo Leodii conventus iste pro- *f. 210.*
cerum collectus est, ad aecclesiae utilitatem inflectatis et
dissensionum tempestates, quae horride imminent, in tranquil-
litatem convertatis. . . .
. . . ut non solum presens procerum conventus, sed et impe-
rialis aula et imperator ipse de corde et ore vestro pendeat. . . .

3.

Nam et preterito anno in quadragesima magno Leodii *f. 214.*
adunato procerum conventu, inter duo regna iam graviter 1182.
dissidentia, ne ulterius in alterutrum moverentur, oppitulante
vero pacifico summi Regis Filio pacem solidam restituisti[2] et
civitatem ipsam stultis et interminatis quorumdam questio-
nibus ex fide et misteriis ipsius fidei ortis perturbatam ad
unitatis catholice consensum revocando correxistis et nudius
tercius iterato adventu et excursu prolungato, inter duos
principes, ducem scilicet Lovaniensem et comitem Hayno-

1) *Henricum Leonem intelligit.* 2) *Cf. Sigeberti Cont. Aquicinct. a.* 1182, *SS. VI, p.* 420.

nensem, vehementer in se concitatos et nichil aliud quam
1183. prelia in alterutrum meditantes, positis ad dimidium fere annum treugis[1], merentibus leticiam et pre expectatione imminentium malorum trepidantibus desideratam securitatem reddidisti. Nec eo pacis initiate contenti stare loco speciosi pedes[a] vestri, speciosi pro eo quod currebant ad euangelizandam pacem, impatientes more et ignari ignavie, in ulteriora festinarunt, ut comitem quoque Flandrensem et predictum Lovaniensem ducem[2], virum quondam inclitum et comitem Durachii, nunc autem Dei iudicio morbo lepre respersum, inique, ut pluribus videtur, exheredantes et affligentes ab iniusta rerum illius invasione conventos revocaretis. Obliti namque ambo pariter verborum Ysaie .... et super dolorem vulnerum eius hoc addebant, ut ex incommodo illius sua commoda augentes, spoliatum facultatibus redituum, quos ad sustentandam egritudinis sue miseriam, relicto comitatu, sibi retinuerat, egentem et gementem relinquerent. Vos autem mediam equitatis tenendo viam, ut requiescere faceretis dominum, qui in membris suis vel paupertate vel infirmitate squalentibus tribulatur, pia compassione refecistis lassum, iudicastis iustitiam et eripuistis inopem de manu fortiorum eius, egenum et pauperem a diripientibus eum, ipsorumque calumpniatorum iniusticiam et elationem iudicii presentis et futuri intentatione et obiectu rationis et auctoritatis vestre pondere compressistis et redegistis in penitentiam.

VI.

OLIVERI RELATIO DE EXPEDITIONE DAMIATINA.

RELATIO MAGISTRI OLIVERI COLONIENSIS SCOLASTICI DE EXPEDITIONE IHEROSOLIMITANA.

Venerabilibus dominis archiepiscopo, prioribus et toti clero Coloniensi servus crucis empticius Oliverus peccator, dictus[b] Coloniensis scolasticus, vitam bonam et exitum felicem. Letamini cum Ierusalem et exultate in ea omnes qui diligitis eam, quia possessio patriarcharum, alumpna prophetarum, doctrix apostolorum, quondam libera, post multa suspiria, post gemitus et planctus iam respirat in spe, que adhuc captiva tenetur in re. Sane que oculis nostris vidimus et auribus audivimus ac veraciter intelleximus, vobis ad solatium scribere visum fuit utile.

a) sp. p̄des v. speciosi *c.* b) *ita c. distinguit.*

1) *Cf. Gisleberti Gesta com. Hanon., SS. XXI, p.* 534 *sqq.* 2) *Godefridum, qui a.* 1183. *Durachium destruxit.*

1. Anno gratie 1217, sexta feria post festum omnium 1217.
sanctorum patriarcha Ierosolimitanus cum magna devotione *Nov. 3.*
cleri et populi tollens vivifice crucis lignum, profectus est ab Acon in castra Domini, que iam precesserant Recordanam. Hoc autem dulce lignum post Terram Sanctam perditam reverenter repositum, diligenter servatum est usque ad hec tempora. Inminente siquidem conflictu Sarracenorum cum christianis, cogitaverunt prudenter christiani lignum in duas partes dividere et partem unam ad prelium deferre, que ibidem perdita fuit, et partem aliam reservare, que nunc exhibetur; cui rex Ungarie et dux Austrie de loco castrorum progressi nudis pedibus occurrentes, deosculati sunt eam, cum tali signo obviam euntes soldano Babilonis, cuius filius Coradinus iactaverat se pugnaturum cum christianis qui Acon fuerant congregati. Ideoque ordinatis aciebus, obviam ipsi processimus per planum Fabe usque ad fontem Tubanie, multum ea die laborantes, premissis eciam exploratoribus. Pulvis ascendens a longe adversariorum motum indicabat; sed incerti fuimus, utrum contra nos an fugiendo
properarent. Sequenti vero die secus montes Gelboe, quos *Nov. 4.*
habuimus ad dexteram et paludem ad sinistram, incedentes, venimus Betsaidam, ubi castra fixerat adversarius. Sed trium regum, Ungarie videlicet, Ierosolimitani et Cipri, non sustinens presentiam, fugiens terram christianis vastandam
reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia beati Martini, *Nov. 10.*
corpora nostra pacifice lavimus, et quievimus per biduum. Deinde secus litus maris Galilee tres mansiones fecimus, peragrantes loca in quibus Salvator noster conversatus est, asspicientes Betsaidem civitatem Andree et Petri, tunc ad casale modicum redactum. Demonstrata sunt loca ubi Christus discipulos vocavit et supra mare siccis pedibus ambulavit. Desertum transivimus et loca ubi Dominus turbas pavit et ubi cum discipulis post resurrectionem manducavit. Et sic per Capharnaum, in iumentis infirmos nostros portantes, reversi sumus Acon cum preda et multitudine captivorum. Episcopus autem Aconensis parvulos captivos, quos prece vel precio potuit optinere, baptizavit, et distribuens inter religiosas feminas, litteris applicuit.

2. In secundo equitatu adivimus montem Thabor, ubi primo aquarum inopiam, postmodum per modicam fossionem invenientes, copiam pabuli et victualium habundantiam habuimus, ibique Sarracenum impuberem ad nos descendentem
baptizavimus. Porro prima dominica adventus Domini per *Dec. 2.*
tubam euangelice lectionis: *Ite in castellum quod contra* *Matth. 21, 2.*
vos est, gloriosus ascensor montis eiusdem invitavit nos ad laborem; precessit patriarcha cum vexillo crucis, episcopis

1217. infulatis et clero per clivum montis orantibus et psallentibus. Verum licet mons ab omni parte preruptus sit et excelsus valde et quasi impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam, milites tamen et satellites, equites et pedites viriliter ascendentes, primo inpetu straverunt castellanum unum et admiraldum [a] cum aliis multis, qui portas castri egressi fuerant ad defensionem montis. Ceteris autem in stuporem versis ac intra menia receptis, quo hominum consilio vel Dei iuditio ab inpugnatione castri desierint et inglorii descenderint [b], ignoro. Hoc tantum scio, quod divinorum iuditiorum abissus humane mentis oculis penetrari non potest. Vehementer eciam opinor, Christum sibi soli triumphum montis reservasse, quem cum paucis discipulis ascendit, gloriam sue resurrectionis ibidem monstrando.

3. In tercio equitatu, cui patriarcha cum signo crucis et sacri episcopi non interfuerunt, multa dampna et incommoda tam per latrunculos atque furtivos incursus quam hiemis
Dec. 24. assperitatem perpessi sumus, presertim in vigilia nativitatis domini nostri Ihesu Christi et nocte sequenti, in qua gravissimam tempestatem sustinuimus. Que nisi abreviata fuisset,
1218. *Febr 2.* propter inopiam lignorum et vestimentorum penuriam magnam partem exercitus extinxisset in finibus Tyri et Sydonis iuxta Sareptam.

4. Post hec milicia Domini quadrifaria divisa est. Reges Ungarie et Cipri cum magna multitudine peregrinorum et dampno Terre promissionis Tripolim profecti sunt. Rex Cipri adolescentulus modico tempore post in Tripoli mortuus est. Alia pars exercitus pigrorum et timidorum et eorum qui procumbentes ad terram pleno ore de habundantia temporalium bonorum biberunt remanserunt Acone usque ad passagium vernale. Rex Ierosolimitanus et dux Austrie cum Monasteriensi et Traiectensi [c] aliisque episcopis castrum Cesariense Palestine semidirutum viriliter in brevi firmaverunt, per quod Deo dante eadem civitas recuperabitur. In basilica principis apostolorum festum purificationis patriarcha cum sex episcopis sollempniter celebravit. Templarii vero cum paucis auxiliatoribus peregrinis et hospitali de domo Theutonicorum castrum filii Dei, quod olim 'Districtum', nunc 'Castrum peregrinorum' a quibusdam appellatur, edificare ceperunt, quod positum est in episcopatu Cesariensi inter Chayphas et Cesaream. Cuius situs talis est. Promunctorium magnum et altum mari imminet, munitum naturaliter scopulis versus occidentem et austrum et septentrionem. Modico terre spatio turris ad orientem dudum posita est,

a) admirandum *corr.* admiraldum *c.* b) descenderit *c.* c) Traciect. *c.*

a Templariis edificata et possessa tam gwerre quam treu- 1218.
garum tempore. Fuit autem fundata propter latrunculos, qui in via stricta peregrinis ascendentibus in Iherusalem insidiabantur. Propter hanc causam 'Districtum' fuit appellatum. Porro toto fere tempore quo Cesariense castrum firmavimus et consummavimus Templarii ex adverso montis fodientes magnisque sumptibus laborantes, tandem ad fundamentum primum pervenerunt. Ubi murus antiquus[a] et spissus et longus apparuit. Argenti eciam moneta modernis ignota in vase fictili non modica inventa est. Deinde in anteriori parte fodientes, alium murum priori breviorem invenimus. Postmodum fontes 9 largas aquas effundentes aperti sunt. Ibidem eciam lapidum et cementi copiam Dominus ministravit. Ante fontem[b] castri due turres edificantur de lapidibus quadris tante quantitatis, ut lapis unus vix a duobus bubalis in curru trahatur. Longitudo turris centum pedes habet et amplius, latitudo septuaginta quatuor. Utraque turris duas habebit testudines, secundum quas altitudo disponitur. Inter utramque turrim murus novus consummatus[c] est, et miro artificio equites armati ascendere possunt et descendere per gradus intrinsecus. Huius edificii prima est utilitas, quod conventus Templariorum educendus de peccatrice et omni spurcitia plena civitate Acon in huius castri presidio manebit usque ad liberationem matris fidei Iherusalem. Soldanus cum multitudine Sarracenorum hoc castrum agrediens, ut inicia munitionum destrueret vel occuparet, virtute Altissimi repulsus recessit. Castrum hoc bonum habet portum, piscariis, salinis, lignis, pascuis et agris fertilibus habundat, nec est multum remotum a monte Thabor. Unde creditur quedam causa fuisse destructionis castri Thabor ab ipsis Sarracenis facte, quia nec seminare nec metere secure poterant propter habitatores castri filii Dei.

5. Anno gratie 1217[d], postquam coggones ad portum 1218.
Acontanum applicuerunt, sine quibus non expediebat exercitum navalem in Egiptum dirigere, rex et patriarcha cum duce Austrie ac Templariis et Hospitalariis consilio Spiritus Sancti, sicut creditur, expeditionem voverunt, iuramento confirmantes eandem. Unde accidit, ut in ascensione
Domini, quando naves ingredi debebant iurati, ex insperato *Mai.* 24.
viginti tres coggones subsequentes applicarent. Porro cum classis congregatio apud predictum castrum indicta fuisset et maiores locum et diem observarent, classis ipsa Christo duce prosperis ventis usa Damiatam infra triduum applicuit et absque christianorum sanguinis inpensa terram hostilem

a) antiqus *c.* b) frontem *Ecc.* c) consumatus *c.* d) 1218. *Ecc.*

1218. viriliter occupavit, sine capitaneis, qui paulisper morati propter dictam causam nondum advenerant. Fixa sunt tentoria inter mare et Nilum cum admiratione magna subsequentium. Incredibile siquidem videbatur, terram capi posse sine labore maximo et periculo. Erecta sunt postmodum instrumenta bellica contra turrim Damiate famosam, que capud unum catene continebat, reliquum[a] una turris civitatis ad claudendum fluvium, ne naves ascenderent christianorum. Sed preter spem nostram et adversariorum timorem per partem alvei, que est inter turrim et terram versus castra militie christiane, galeide sursum ducte sunt, licet turris defensores iaculis et lapidibus transitum prohibere niterentur. Constructe sunt postmodum due scale super duos coggones, que cum traherentur ad turrim, et ut putabatur turris per eas posse capi, cum dolore nostro magno et stultorum blasphemia malus, in quo suspensa fuit scala Hospitaliorum, confractus cecidit cum suo pondere. Et paulo post scala ducis Austrie similiter decidit, fortes agonistas Christi deorsum precipitans et per martirii palmam ad celos elevans. Navis vero tertia, quam de elemosinis preparari fecimus cum propugnaculis in circuitu, cum castellulo munito in summitate mali sine scala, quam verebamur suspendere, timentes quod in aliis accidit: eadem tamen hora[b] cum velo delata est ad pontem, ubi gravia dampna per balistarios, quorum copiam continebat, Sarracenis intulit. Ex adverso machinarum ictus inportunos sustinuit, cum magno tamen honore christianitatis, licet igne Greco correpta fuisset, plena sagittis intus et foris, ad locum suum, salvis omnibus qui in ea pugnaverunt, exceptis paucis mortuis et sauciatis, non sine admiratione multorum reducta quievit. Postmodum considerantes, quod turris fortitudo nec machinis nec petrariis nec trabuculo nec castro propter aque circumfluentis profunditatem nec fame propter vicinitatem nec suffossione[c] propter operis spissitudinem et angustiam insule de facili posset capi, Deo nobis demonstrante, duos coggones conpingi fecimus et instar castri fortissimi communiri, Theutonicorum et Frisonum in hac re consilio maxime usi et auxilio. In summitate quatuor malorum castellum ereximus tabulis in quadrum conpactum, opere reticulato contextum, contra machinas coriis obductum; contra furorem ignis subtus scala suspensa fuit fortis et lata tante longitudinis, ut triginta cubitis proram excederet. Adeoque firmum et consummatum opus apparuit, ut ad peticionem nostram principes exercitus nunctios suos dirigerent ad videndum et indicandum, utrum aliquid operi deesset, quod sumptibus

a) reliqum *c.* b) ora *corr.* hora *c.* c) suffosione *c.*

ac sensibus emendari debuisset humanis. Qui contemplantes opus intus et foris, superius et inferius, asserebant, se nunquam tale ingenium super aquas de lignis edificatum vidisse. Interea Sarraceni suas machinas contra talem machinam erexerunt, ponte fluminis tripliciter et ut putabant indissolubiter contexto. Sed benedictus Altissimus, qui potentiam suam in arida demonstrat et per aquam! ictibus machinarum nostrarum commotum[a], per mergulum, qui nocturno labore sub aquis funes fundamenta pontis retinentes sagaciter incidit, pontem versus turrim dissolvit. Unde properandum erat, antequam reparari posset. Itaque supplicatione processionaliter nudis plantis usque ad lignum dominicum premissa, cum multa difficultate et periculo dictum instrumentum ad latus aquilonare turris anchoris et funibus applicitum, sex machinarum terribiles ictus sustinuit continuos et iacula grandinis instar. Nec minori periculo navis cum castellulo, de qua mentionem fecimus, ad pedem turris collocata substitit, virtute[b] Theutonicorum et Frisonum ab[c] igne Greco, qui eminus et cominus iniectus pavorem incutere potuit, per liquorem acetosum et sabulum extinctus, timorem excussit ad tempus. Iacuit patriarcha prostratus ante lignum crucis in pulvere, stans clerus in albis nudis pedibus magnis vocibus clamans in celum. Cum autem extremitas scale iam turrim attingeret, a defensoribus ipsius ignis suppositus in flammas lucidas erupit. Cumque christiani concurrerent ad ignis suffocationem, suo pondere capud scale depresserunt, adeo ut pons tornatilis, qui maiori annexus fuerat, inclinaretur, et vir fortis ac bonus, qui signum ducis Austrie gestabat, corrueret, glorioso martirio coronatus. Sarraceni vero signum cadentis tulerunt. Babilonii se vicisse putantes, voces insultantium geminabant. Inclinata scala minante ruinam, flammis eciam terribiliter crescentibus et nostris iam dorsum hostibus ostendentibus, exercitus christianorum complosis manibus fletu rigans facies et tundens pectora et ad terram prostratus, Regem glorie et gloriosam virginem Mariam et specialiter sanctum Bartholomeum interpellando, auxilium divinum precabatur. Elevavit itaque scalam divina pietas, et ad elevationem manuum in celum extinxerunt ignem fidelium lacrime. Sicque nostri resumptis viribus stantes in scala, defensores turris[d] gladiis, lanceis, sagittis et aliis bellicis instrumentis viriliter inpugnaverunt. Miles quidam iuvenis Leodicensis dyocesis primus turrem ascendit. Friso quidam iuvenculus flagello connexo catena ferrea ad dexteram

1218.

a) commotam *c.* b) substitit. Virtute *c.* c) *ita c.; sed locus ut videtur corruptus.*
d) d. t. *bis scriptum, sed semel deletum. c.*

1218. et ad sinistram fortissime percussit. Alii post alios successerunt, superatis hostibus. O ineffabilis Dei pietas! o inexplicabilis christianorum hilaritas! Post rugitum et planctum gaudium vidimus et triumphum, *Te Deum laudamus*, *Benedictus dominus Deus Israel* et alia cantica gratiarum letis vocibus exultantes. Currentibus nobis ad crucem sanctam, rex festinus de equo descendit, et toto corpore ante ipsam prostratus, grates Deo, quantas potuit, non quantas debuit, triumphatori Christo Ihesu referebat exultans. Et ecce Sarraceni, qui in inferiori parte turris latebant, igne subposito superficiem eius ligneum combusserunt. Victores nostri vim ignis sustinere non valentes, regressi sunt super scalam. Interim pons, qui in inferiori parte operis preparatus fuerat, demissus erat ad turris pedem angustum, per quem armati de navi descendentes, malleis ferreis ianuam turris agressi sunt, defendentibus eam Sarracenis intrinsecus. Stabat autem utrumque instrumentum super coggones edificatum
Aug. 31? inmobile, anchoris et funibus fixum, ab hora nona ferie 6. usque ad horam decimam sequentis sabati continuis machinarum ictibus expositum. Resiliebant tamen lapides magni a castello firmissime munito, licet scala cum inferiori castro multipliciter concuteretur. Tandem conclusi in turri colloquium petentes, se dediderunt sub pacto vite. Quidam tamen se per fenestram precipitantes, per fluvium qui enatare poterant evaserunt[a]. Extincti sunt in turri circiter centum captivi. Inventa sunt in ea multa spolia, et tunc demum apparuit nobis fortitudo turris intrinsecus multipliciter testudinata. Gaudeamus igitur et exultemus, quia clavis Egypti nobis data est et precipuum cornu Babiloniorum illic[b] nobis est collatum. Spes eciam maxima[c] capiende
Luc. 11, 17. civitatis promissa, maxime cum voce veritatis dicatur: *Omne regnum in se divisum desolabitur*. Inter Sarracenos enim plus quam civilia bella geruntur.

6. Post[1] captam siquidem turrem in profundo fluminis[d] sitam Saphadinus inveteratus dierum, malorum dolore, sicut asseritur, tactus nimio, exheredator[e] fratuelum suorum et usurpator regnorum Asie, mortuus est
Oct. 9. et sepultus in inferno. Postmodum in festo sancti Dyonisii Sarraceni cum galeidis[f] armatis inprovisi venientes, et principalia castrorum, ubi Romani tentoria fixerant, invadentes, modica manu christianorum repulsi sunt[g] ad galeidas, qui gladios persequentium et fluminis voraginem

a) *superscr. c.* b) illis? *c.* c) maxime *corr.* maxima *c.* d) Nili fl. *cod. Lugd* e) et peremptor fratrum *L.* f) galeis et loricis armati *L.* g) recurrentium celeriter ad galeas *L.*

1) *Sequentia ex altera epistola Engelberto archiepiscopo data, quam edidit Gelenius p.* 329. *Epitomen continet historia cod. Lugd., ex qua pauca tantum enotavi.*

evadere potuerunt. Sicut enim olim Egyptii in aquis vehementibus 1218.
maris Rubri sic in Nilo submersi sunt circiter ad mille quingentorum numerum, sicut a Sarracenis postea didicimus. Sane in festo sancti
Demetrii, qui frater uterinus beati Dyonisii fuisse dicitur, summo Oct. 26.
diluculo castra Hospitaliorum[a] invaserunt hostes et modicum dampnum nobis inferentes, per expeditos equites nostros fugati sunt ad pontem, quem procul a nobis in superiori parte fluminis construxerant, et ibidem interempti sunt ad numerum quingentorum, sicut a transfugis intelleximus.

7. Porro, quia multi[b] de populo christiano placuerunt Domino, necesse fuit, ut temptatio probaret eos. Ionas pro angustia tempestatis in mare missus et ventre piscis conclusus probatus rediit ad aridam; apostolus triplici naufragio tribulatus evasit: populus Domini, premisso triduano ieiunio, quod clerus in pane et aqua servavit obedienter, et multis processionibus ordinatis, á venerabili domino Pelagio Albanensi episcopo, apostolice sedis legato, temptari meruit. Nam in vigilia
sancti Andreae apostoli media nocte intumuerunt fluctus maris crescentes Nov. 29.
et excursum terribilem facientes usque ad castra fidelium, ab alia parte fluvius[c] inundans nos occupavit incautos. Natabant tentoria, perierunt cibaria, pisces fluviales et marini se quasi nichil timentes cubiculis ingerebant, quos manibus nostris cepimus, quibus tamen deliciis carere voluimus, et nisi consilio Spiritus Sancti ante provisum fuisset in fossato, quod tamen in alios usus factum fuerat, mare coniunctum flumini homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset ad hostes, nec tamen hoc periculum evaserunt quatuor coccones, super quos edificata fuerunt propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta navi, que inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum precipitati, ante oculos nostros sunt igne Greco combusti. Pepercit Dominus operibus Fresonum[d] et Theutonicorum, quibus turris capta fuerat; naves onerariae, que in portu maris stabant, ruptis repente funibus perierunt. Duravit hec tempestas per triduum continuum. Quo elapso, Dominus, qui consolatus est nos in tribulatione nostra, imperavit ventis et mari[e], stare faciens ipsum a fervore suo. Invasit preterea multos de exercitu quedam pestis, contra quam phisici nullam ex arte sua medelam invenire poterant. Dolor repentinus pedes invasit et crura[f], et coniunctim caro corrupta gimgyvas[g] et dentes obduxit, masticandi auferens potentiam. Tibias quoque terribilis nigredo fuscavit. Et sic longo tractu doloris afflicti, plurimi cum multa patientia migraverunt ad Dominum. Quidam autem usque ad tempus vernale durantes, benefitio caloris liberati evaserunt.

8. Post dictam tempestatem naves parabantur ad transitum fluminis; que cum magno periculo sursum ascendentes, inter civitatem et turrem captam machinis et igne Greco cum iaculis plurimum sunt inpedite. Unde accidit, ut una navis Templariorum, vi torrentis rapta, prope ripam civitatis precipitaretur ad hostes. Qui cum barbatis[h] et uncis ferreis ipsam inpugnaverunt diutius, ignem Grecum cum lapidibus desuper de turribus proicientes. Sed cum sic prevalere non possent propter defensorum audatiam, certatim navim ascendentes, precipites in eam

a) Templariorum *L.* b) q. christiani populi multitudo Deo placere probabatur, huiusmodi flagello meruit castigari. In vigilia *L.* c) fluminis *c. L.* d) Fr. et Th. laboribus quibus in capienda civitate desudaverant *L.* e) m. et reddita est serenitas *L.* f) iuncturas crurium *L.* g) ginguias *L.* h) barbottis *L.*

1218. descenderunt ad Templarios. Ubi cum diutius pugnaretur, tandem navis perforata, sive ab hostibus sive a nostris incertum habemus, profundum petiit, submergens Egyptios cum christianis, adeo ut vix summitas mali super aquam appareret[a]. Et sicut Samson plures stravit moriens quam vivens, sic etiam isti vere martyres plures secum traxerunt in aque voraginem, quam gladiis interficere potuissent. Cives autem Damiate cruentam victoriam suam fere 7 planxerunt diebus[b]. Exinde pontem reparantes, aperturam adeo reliquerunt angustam,. ut naves nostrae sine periculo transire non possent. Theutonici vero et Fresones zelo iustae indignationis accincti, cum minori[c] navi, cuius ministerio turris fuit capta, quam Gallici Sanctam Matrem appellant, pontem viriliter invaserunt, auxilium non habentes nisi de celo. Pauciores[d] autem viri quam decem de gente predicta contra omnem fortitudinem Babyloniorum pontem ascendentes, spectante multitudine christianorum et hanc audaciam plurimum extollente, fregerunt eundem et sic cum quatuor navibus, super quas erat pons fundatus, reversi sunt cum triumpho, liberam viam et apertam sursum velificantibus relinquentes.

9. Hiis[e] ita gestis, Sarraceni periculum quod eis imminebat attendentes, ripam oppositam nobis fossatis et argillosa materia cum propugnaculis ligneis altis munierunt, machinas et petrarias[f] locantes ibidem, nobis spem auferentes[g] per locum illum transeundi. A casali vero, quod per miliare fere distat a civitate, ubi hec nova munitio terminabatur, per transversum fluminis navium inmersiones fecerunt cum palis infixis gurgiti. Nichilhominus apostolice sedis legatus, desiderium bonum habens obsidendi civitatem, naves superius congregatas urgebat ad transitum. Unde coggones propugnaculis et castellulis, viris eciam armatis muniti, cum galeidis et aliis navibus sequentibus Christo duce predictas inmersiones evaserunt. Hostes autem dissimulato metu tres ordines armatorum stationi navium nostrarum contraposuerunt, unam peditum super ripam cum clipeis quos thargyas[h] appellant lineariter ordinatam, secundam post dorsum illorum similem priori, tertiam equitum longam et terribilem, ictibus lapidum et telorum plurimum vexando
1219. *Febr. 5.* stationem christianorum. Sane nocte sollempnitatis sancte Agathe virginis, cum coadunatus[i] esset populus fidelium, qui sequenti die transsiturus erat, pluvie et venti multum difficultatis et discriminis addiderunt nostris. Sed fidelis Deus, qui non patitur suos temptari super id quod possunt, respiciens ad castra servorum suorum, quod secundum inferiores causas difficile fuerat vel inpossibile, convertit in facilitatem et gaudium, sue virtutis innovans miracula. Post mediam siquidem noctem tantum pavorem soldano Babilonis et satrapis[k] eius incussit, ut, relictis castris, ignorantibus eciam Egyptiis, quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam apostata, qui multo tempore christianorum legem transgressus cum soldano militaverat, stans in ripa Gallice clamabat: 'Quare moramini? Quid trepidatis?[l] Ecce soldanus abiit'. Et hec dicens, se in navicula christianorum recipi rogavit, ut in potestate eorum positus fidem dictis faceret. Summo itaque diluculo cum inchoatum esset offitium misse per oratoria christianorum

a) vix a. *L.* b) *ita Ecc.*; d. pl. *G.*; quinque diebus *L.*; *deest c.* c) minima navi galia noncupata pontem *L.* d) et viri non pluris quam decem cum Dei adiutorio *L* e) *littera* H *rubro scribenda deest c.* f) p̄trarias *c.* g) auferre gestiebant *L.* h) tarchias *L.* i) coaddun. *c.* k) catervis *L.* l) Quid esuritis *add. L.*

Gaudeamus omnes in Domino, nunctiata sunt hec regi, legato et aliis. Egyptiis itaque fugientibus, nostri certatim et alacriter absque omni inpedimento hostium et sanguinis inpensa transierunt. Sed[a] ádeo limosa et profundioribus locis difficilis fuit ad applicandum terra hostilis, ut vix equi sine sessoribus et sellis eiecti[b] possent ascendere. Templarii preduces in ascensu equorum, erectis signis, propero cursu ad civitatem festinaverunt, sternentes impios qui de[c] portis egressi venientibus obviaverunt. Non 'gloriabitur securis contra eum, qui secat in *Es.* 10, 15.
ea, neque serra contra eum qui trahit in ea'. Miraculum istud cui equiparabimus nisi ei quod legitur de Bennadab rege Syrie, qui obsedit 3. *Reg.* 20.
Samariam artans eam plurimum, cui Dominus tantum inmisit terrorem, ut relictis castris fugeret? Et sicut per leprosos, qui erant in introitu porte, illa fuga Sirorum nunctiata fuit Samaritanis, ita per leprosum in anima, prefatum videlicet apostatam, nunctiata fuit Egyptiorum fuga. Et sicut ille populus Samaritanorum spolia in castris Syrorum relicta collegit, sic noster exercitus tentoria et manubias fugientium diripuit, targyas plurimos et omnes [galeidas[d]] cum barbotis et aliis navibus, que infra casale usque ad civitatem inveniebantur, cum aliis spoliis victores occupaverunt. Multi bellatores relictis uxoribus ac parvulis propter[e] inopinatum transitum fugerunt de Damiata, et sic per girum firmiter obsessa est civitas. Per[f] desidiam autem et inertiam eorum quorum nomina Deus scit factum est, ut hostes resumptis viribus et animis, adveniente etiam Coradino cum Alapinis, cum magna multitudine locum illum occuparent, a quo nostri transitum miraculosum fecerant. Et sic nos obsidentes civitatem ipsi periculosius obsederunt, et nisi per divinum consilium prima castra, que erant inter mare et Nilum, retenta fuissent, maxime per Theutonicos et Fresones, portus nobis ablatus fuisset, et negotium plurimum periclitatum vacillasset. Ut autem miraculum transsitus magis claresceret ac soli Christo firmiter asscriberetur, ad tantam Sarraceni pervenerunt temeritatem, ut diluculo sabbati ante 'Oculi[g] mei semper[h]', nobis tale periculum non previden- *Mart.* 9.
tibus, cum multitudine gravi propius accederent et usque in fossatum se precipitarent; sed divino auxilio cum gravi dampno equitum et equorum repulsi sunt.

10. Anno gracie 1219[1]. regina civitatum Ierosolima destructa est a Coradino, filio Saphadini, foris et intus, que videbatur inexpugnabiliter munita. Muri eius cum[i] turribus redacti sunt in acervos lapidum preter templum Domini et turrim David. De sepulchro[k] glorioso destruendo consilium habuerunt Sarraceni et per litteras comminati sunt, quas civibus Damiate transmiserunt ad ipsorum solatium; sed huic temeritati nemo presumpsit manus apponere propter loci reverentiam. Sicut enim in Alchorano, libro legis eorum, scriptum habent, Ihesum Christum dominum nostrum credunt de Maria virgine natum

a) Sed quia, ut superius relatum est, fossatis et limosa materia cum propugnaculis hostes munierant loca, tanta in ascensu fuit difficultas ut *L.* b) *ita c. et G.* c) q. audacter de *L.* d) *deest c.* e) territi p. *L.* f) Sed quomodo scriptum: Extrema audii luctus occupat, sic et ne successibus etiam felicibus a casibus adversis. Agente siquidem quorumdam falsorum fratrum perfidia factum est, ut *L.* g) a. terciam quadragesime dominicam nobis *L.* h) *verba* o. m. s. *superscripta sunt c.* i) in *c.* k) s. Domini gl. *L.*

1) *Qui paschatis tempore incipitur.*

1219. et conceptum, quem sine peccato vixisse, prophetam et plus quam prophetam profitentur, cecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos suscitasse, firmiter asserunt; verbum et spiritum Dei et vivum ad celos ascendisse credunt. Unde quando tempore treugarum sapientes ipsorum Iherosolimam ascendebant, codices ewangeliorum sibi postulabant exhiberi et osculabantur et venerabantur propter munditiam legis, quam
Luc. 1, 26. Christus docuit, et maxime propter ewangelium Luce: ***Missus est angelus Gabriel***, quod litterati inter eos sepius repetunt et retractant. Lex autem eorum, quam diabolo dictante ministerio Sergii monachi et apostate ac heretici Machometus Sarracenus dedit Arabice scriptam, a gladio cepit, in gladio tenetur et in gladio terminabitur. Machometus iste illitteratus fuit, sicut ipse profitetur in Alchorano suo, et que prenominatus hereticus dictavit, iste promulgavit et per comminationes observari statuit. Luxuriosus enim fuit et bellicosus, ideoque de inmunditia et vanitate legem statuit, quam carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter observant. Et sicut legem nostram veritas et munditia muniunt, ita errorem ipsorum timor mundanus et humanus ac voluptas carnalis firmissime custodiunt.

Mart. 31. **11.** In die palmarum anni prescripti inimici nostri multa comminatione multotiens [premissa [a]], quod se ipsos vel nos omnes una die perderent, collecto terribili et innumerabili exercitu equitum et peditum, irruerunt super nos, undique fossatum nostrum invadentes, et maxime pontem Templariorum et ducis Austrie, quem ipse cum Theutonicis defendere studuit. Hostes cum electis militibus suis de equis descendentes, cum christianis atrociter pugnaverunt. Ceciderunt hinc inde mortui et vulnerati multi. Tandem prevaluerunt adeo, quod [b] pontem ascendentes partem eius conbusserunt. Dux Austrie precepit suis, ut ponte relicto aditum darent instantibus; sed intrare non presumpserunt propter militiam nostram, que acies suas ordinaverat in subsidium munitiones defendentium. Mulieres aquam et lapides, vinum et panes bellatoribus nostris intrepide ministrabant, orationi sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes ac benedicentes. Eo die [c] non est nobis datum spatium gestandi alias palmas quam balistas et arcus cum sagittis, lanceis, clipeis et galeis. Adeo instabant et vexabant atrociter qui convenerant ad perdendum nos studio liberande civitatis ab ortu solis usque ad horam fere decimam. Tandem defatigati retraxerunt se cum dampno maximo.

12. Instabat iam passagium vernale. Recessurus erat dux Austrie, qui per annum et dimidium Christo fideliter militaverat, princeps devotione plenus, humilitate, obedientia, largitate [d]; qui preter alios sumptus innumerabiles, quos in negotiis bellicis ac privatis elemosinis fecerat, domu Theutonicorum sex milia [e] marcarum argenti vel amplius ad conparandum predium creditur contulisse. In Kalendis Maii magna multitudo peregrinorum cepit recedere, nobis in summo periculo relictis. Sed misericors et benignus Pater noster, dux et propugnator noster, protector sperantium in se, cui facile est in paucis sicut in multis vincere, non permisit incredulos simul in nos irruere, donec novi recentesque peregrini cum copioso succursu supervenirent; copia victualium et equorum nutu divino transmissa fidelium collectionem letificavit. Instaurato itaque

a) *ita L. G. et Ecc., ubi* multotiens *deest.* b) quo *c.* c) die pro palmis balistas gessimus et arcus, pro ramis arborum lanceas et gladios cum clipeis tulimus *L.* d) l. Deo gratus *L.* e) *superscr. c.*

fidelium numero, in festo ascensionis Domini more suo per terram et 1219.
aquam irruerunt perfidi, et multotiens sic attemptantes, prevalere non *Mai.* 16.
valuerunt. Partim eciam nostros prope castra provocabant, dampnificantes
et dampnificati. Pridie vero Kalendas Augusti omnem quam habere *Iul.* 31.
poterant adducentes copiam, post diutinos assultus[a] tandem fossatum contra militiam Templi[b] transeuntes, et [liceas[c]] violenter irrumpentes, pedites nostros verterunt in fugam, adeo ut totus exercitus christianorum[d] iam periclitaretur. Milites de Francia seculares et equites ter conati sunt eos repellere longius extra fossatum, sed non potuerunt. Sarraceni siquidem intra menia nostra, fractis munitionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinaverunt. Clamor ortus est insultantium, omnis multitudo ipsorum preparavit sequelam. Unde timiditas christianis aucta est. Sed spiritus qui induit Gedeonem animavit Templarios. Magister Templi cum marescalco ceterisque fratribus suis qui tunc aderant per exitum angustum inpetu facto, viriliter in fugam convertit incredulos. Domus Theutonicorum et comites[e] de diversis nationibus videntes Templi militiam in periculo constitutam, festinanter[f] per exitus sibi contrapositos tulerunt auxilium: sic pedites Sarracenorum abiectis clipeis interficiebantur preter eos quos fuga precipites percussoribus abstulit. Post equites nostros egressi sunt pedites; per modicum spatium se retraxerunt hostes. Acies hinc inde substitit[g]. Incedebant armate, donec crepusculum vespertinum prelium diremit. Sarraceni priores abierunt; perfidorum corpora occisorum strata iacebant iuxta fossatum plurima preter[h] eos qui sauciati graviter vel leviter reducti sunt ad castra. Sic salvavit Dominus in die illa sperantes in se per virtutem Templariorum et eorum qui ipsis[i] cooperati discrimini se conmiserunt; pauci de nostris interfecti sunt et capti. Instrumenta contra civitatem preparata conbusta sunt a defensoribus eius fere omnia preter scalas[k]. Ienuenses, Pisani et Venetiani asserebant, se civitatem expugnaturos per quatuor naves super quas scale pendebant; sed isti non erant de genere virorum illorum per quos salus facta est in Israel. Volebant enim sibi facere nomen, cum tubis et calamillis et signis multis progressi. Legatus apostolice sedis sumptus eis de communi prebuit copiosos, rex et alii cordas et anchoras prout requirebant habundanter exibuerunt. Agredientes itaque civitatem, primo die multos occiderunt et vulneraverunt, et quanto sepius assultum fecerunt, tanto magis muri firmati sunt ligneis castellulis ac liciis. Defensores eciam robustius et efficatius se venientibus opposuerunt. Et sic scale mutilate per ignem, ac pluries reparate, tandem infecto negotio reducte sunt ad ripam. Utique sic deprehensum est et veraciter intellectum, sola virtute divina Damiatam in manus christianorum esse tradendam. Nos vero insensati et inmemores beneficiorum Dei ac mirabilium que fecit, provocavimus oculos divine maiestatis contra nos per desidiam maiorum et murmurationes iuniorum[l]. Pedites equitibus inproperabant ignaviam, equites pericula peditum, quando contra Sarracenos egrediebantur, dissimulabant. Unde factum est, ut communibus culpis exigen-
tibus in decollatione sancti Iohannis baptistae, licet vix invenirentur *Aug.* 29.
qui in castrorum custodia[m] remanerent, navalem et terrestrem exercitum equitum ac peditum educentes, ad castra Babiloniorum tenderemus[n]

a) alsultus c. b) facientes *add sed. del. c.* c) *deest c.;* licias *L.* d) noster exerc. *L.* e) comitesque et alii milites de *L.* f) festinantes *corr.* festinanter c. g) substiterunt (substiterant *G.*) armatae *G. Ecc.;* sustinuerunt armate *L.* h) et multi letaliter saucii ad c. s. r. *L.* i) pro i. *c.* k) sc. Ienuenses. Pisani *distinguit c.;* Iau. *L.* l) minorum *L.* m) *superscr.* c. n) *in rasura c.*

1219. inter mare et fluvium, ubi dulcis aqua inveniri non poterat ad potandum. Ipsi vero, sublatis tentoriis, fugam simulabant. Et cum processum fuisset a nostris ádeo, ut appareret adversarios directa fronte nolle confligere, capitanei nostri longum inierunt consilium, utrum procederent an redirent. Discors inter eos sententia fuit. Interim solute sunt acies preter illorum[a] quos in disciplina militari ligavit obedientia. Equites Cypri in dextro cornu constituti erant[b], Sarracenis incursum facientibus a latere. Timiditatem igitur[b] suam ostenderunt Italici pedites. Primique fugierunt. Post eos equites de diversis nationibus et quidam Hospitalarii[c] Sancti Iohannis, legato Romane sedis et patriarcha, qui crucem baiulabat, multum, sed frustra[d] supplicantibus, ut subsisterent. Estus solis erat vehemens, pedites armorum pondere premebantur. Calorem auxit labor vie, et qui secum vinum detulerant, in angustia[e] biberunt illud purum propter defectum aque. Hiis omnibus concurrentibus, qui subsistentes se defenderunt et post primitivos fugientes anhelo cursu terga dederunt, extincti sunt, sine vulneribus corruentes. Rex vero cum Templariis et domo Theutonicorum et Hospitalariis Sancti Iohannis, Francigenis, de Hollandia[f], de Werthe[f], de Sarreburge, de Cestrie comitibus, Galthero[g] Bertoldi, Pisanis aliisque militibus impetum persequentium sustinuit. Rex igne Greco fere conbustus fuit. Hii omnes pro muro fuerunt fugientibus. Quotiens facies suas ostendebant hostibus[h], illi fugierunt. Quando vero gradatim revertebantur, ictus et tela sustinuerunt inimicorum. Capti sunt in illa defensione christianitatis electus Belvacensis et frater eius camerarius regis[b] Francie et[i] filius eius, frater Andegavensis episcopi, cum Iohanne de Archis[k], viro nobili et valde strennuo, Heinricus de Ulme[l] et alii multi, qui trucidati sunt et in captivitatem ducti. Templarii triginta tres capti vel occisi sunt cum marescalco Hospitalis Sancti Iohannis et quibusdam aliis eiusdem domus. Nec evasit sine dampno domus Theutonicorum. Milicia Templi, que prima solet esse in congressu, ultima fuit in regressu. Unde cum ad fossatum nostrum novissima rediret, foris substitit, ut anteriores intra menia quantum possibile fuit reduceret[m]. Persecutores ad captivos deducendos et spolia colligenda tandem redierunt; sicut intelleximus postmodum a Sarraceno, quingenta[n] capita christianorum soldano presentantes. Meror nostros occupavit, sed nulla desperatio. Pro certo enim habemus, quod pena peccati fuit haec castigatio, et minus erat in pena, quam exigeret culpa, ipso tem-
Ier. 3, 1. perante vindictam, qui dicit animae peccatrici: *Tu fornicata es cum amatoribus plurimis, tamen revertere ad me, et ego suscipiam te.* Constat autem nobis, quod in precipua sua milicia luctuosa sibi dampna sustinuerunt increduli. Sane miserator Dominus, qui non obliviscitur misereri, nec continebit in ira misericordias suas, qui in tribulatione peccata dimittit, luctum nostrum convertit in gaudium et merorem[o] in leticiam. Nam soldanus unum de captivis nostris mittens, de pace vel treuga nobiscum tractare cepit. In quo tractatu fossatum nostrum et munitiones alias reparavimus[p]. Interim nautae christianitatis proditores et cum eis peregrini plurimi, magis se ipsos amantes quam fratribus compatientes, ante tempus consueti passagii agonistas Christi in summo

a) ordinem i. *L.* b) *superscr. c.* c) hospitalii *c.* d) fustra *c.* e) a. sitis *c.* f) Collandia, de Wertia, de Salesburch, de Cestria. *L* g) Waltero Bernardi *L.* h) totiens *add. E.; deest etiam G. L.* i) *bis scriptum c.* k) Arci *L.* l) Ulma *L.* m) intra menia nostra r. *L.* n) quinquaginta *Ecc. L.* o) mororem *corr.* merorem *c.* p) alacriter r. *L.*

periculo reliquerunt, elevatis velis abiecto[a] portu, nobis mesticiam, 1219.
Babiloniis audatiam contulerunt. Qui tractatum pacis intermittentes, in vigilia Cosme et Damiani et sequenti die festo, proximo eciam *Sept. 26 —*
sabato cum galeidis, barbotis per flumen, cum magnellis[b], targiis, fruti- 28.
cibus pro inplendo fossato per terram feritate barbarica et inpetu consueto nos inpecierunt. Sed durus bellator triumphator in Israel, solita usus gratia, castra sua[c] defendit, misso[d] per mare Saverico[e] de Malluin cum galeidis armatis et bellatoribus plurimis in ipso necessitatis[f] articulo. Et nos clamantes in celum, nec trepidantes ad inpetum, sed viriliter resistentes et reprimentes, interfectos[g], sauciatos et confusos ab insultu triduano recedere coegimus, ipsius virtute qui salvat sperantes in se.

13[h]. Interea civitas obsidione longa, ferro, fame et pestilentia graviter et ultra quam scribi possit afflicta, in sola pace, quam soldanus civibus promisit, spem posuit. Adeo enim in ea fames invaluit, ut cibi desiderabiles deessent. Panis corruptus habundavit in ea. Durabilis non est annona Egypti propter molles glebas, in quibus crescit, nisi superius circa partes Babilonis artificiose conservetur in annos. Et sicut audivimus, cottanum[1] unum undecim[i] Bizantiis vendebatur in ea. Ex angustia famis diversa morborum genera vexabant eos. Inter[k] cetera eciam que sustinuerunt incommoda noctibus velud aorisia percussi, apertis oculis nichil videre dicebantur. Soldanus de die in diem vanis promissionibus ipsos a deditione hortatus, decepit miseros. Postremo portas obstruxerunt intrinsecus, ne aliquis[l] de suis ad nos veniens nunctiaret, quod dies afflictionis possiderent eos. Si qui vero per postitium vel de muris evadere potuerunt, inflati et famelici civium suorum angustiam probabant evidenter. Illis eciam qui foris in exercitu Sarracenorum nos obsederunt copia panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum sancti Iohannis baptistae usque ad Exaltationem sancte crucis solet excrescere et Egypti planitiem irrigare, hoc anno more suo non ascendit ad signum quod ponere consueverunt Egyptii, sed, ut intelleximus, magnam partem terre siccam reliquit, que nec arari nec seminari poterat suo tempore. Unde soldanus caristiam timens vel famem, eciam amore retinende Damiate illectus, talem pacem cum fratre suo Coradino christianis obtulit, ut crucem sanctam[m], que olim capta fuerat in victoria Saladini, cum Civitate Sancta et omnibus captivis, qui per regnum Babilonis et Damasci vivi reperiri possent, sumptus eciam ad reparandos muros Iherusalem redderet; insuper regnum Iherosolimitanum totaliter restitueret preter Craccum et Montem Regalem. Pro quibus retinendis tributum optulit, quamdiu treuga duraret. Sunt autem hec duo loca in Arabia sita, septem munitiones firmissimas habentia, per[n] que negociatores Sarracenorum

a) *ita E.*; abicto *c.*; obiecto *G.*; adito *L.*; *fort.* relicto. b) manganellis tarchiis *L.* c) nostra *L.* d) m. nobis *L.* e) Salvarico de Malo Leone *L.* f) nostre n. *L.* g) interfecti, sauciati et combusti ab *L.* h) *rubrum addit L.*: De captione urbis Damiate. i) duodecim *L.* k) ita ut ex capitis exinanitione visus obscuraretur et plurimi eorum apertis iacentes oculis nichil viderent *L.* l) ne nobis ab aliquo egrediente eorum nunciarentur incommoda *L.* m) s. a christianis olim perditam cum *L.* n) Est autem per ea mercatorum tam christianorum quam Sarracenorum transitus tam ad ipsorum metas tendentium quam ad nos redeuntium *L.*

1) coctanum *Ecc., de quo vocabulo v. Ducange ed. Henschel II, p.* 411; cortanum *L.*

1219. et peregrini ipsorum Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent; et qui hec potenter tenuerit, Ierusalem, cum voluerit, graviter nimis cum agris et vineis ledere poterit. Hanc conpositionem acceptandam esse et utilem christianitati, rex et Francigene, comes Cestrie cum capitaneis Theutonicorum[a] censuerunt pertinaciter. Nec hoc mirandum fuit, quia longe minori pace, que prius oblata fuerat[b], contenti fuissent, nisi[c] sano consilio esset eis obviatum. Legatus autem cum patriarcha, archiepiscopis, episcopis, Templariis, Hospitalariis, cum omnibus Italie capitaneis multisque aliis prudentibus efficaciter huic tractatui se opposuit, rationabiliter ostendens, Damiatam esse capiendam ante omnia. Opinio diversa peperit discordiam. Que cito sedata fuerat propter communem necessitatem. Interea soldanus magnam multitudinem[d] peditum clanculo per loca palustria misit ad civitatem, quorum ducenti quadraginta christianis dormientibus[e] fuerunt ingressi
Nov. 3. dominica post festum Omnium sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occisi sunt et capti quos ad ducentos et plures esse conputavimus.

Nov. 5. 14. Nonas Novembris, Salvatore mundi regnante et domino Alberto[f] Albanensi episcopo apostolice sedis legatione sollerter fungente[g], capta est Damiata absque deditione, sine defensione, sine violenta depredatione cum tumultu, ut soli Filio Dei evidenter asscribatur victoria. Qui primo populo suo ingressum in Egyptum inspiravit et ibidem vires ministravit. Et cum caperetur civitas in oculis regis Babilonis, non fuit ausus more solito Christi milites ad defensionem paratos per fossatum nostrum aggredi. Eodem eciam tempore fluvius excrevit uberrimis aquis fossatum implens. Ipse vero confusus propria castra combussit et fugit. Deus autem, qui tertia die aquas super firmamento congregavit in locum unum, ipse agonistas suos per aquas maris perduxit ad portum Damiate mense Maio feria 3. Eosdem traduxit per Nilum ad obsidendam civitatem mense Februario[h] feria 3. Idem ipse[i] cepit civitatem inter aquas sitam feria 3. mense[k] Novembri. Hanc
Es. 15, 5. urbem vitule conternanti[l], que tertio terremotu subversa est, possumus assimilare. Vitulam appellamus propter eius lasciviam. Piscibus enim, avibus et pascuis, frumento, ortis et pomeriis habundavit, negotiando, pyraticam exercendo deliciis effluxit in culpa, pereffluxit in gehenna; sed una hora venit iuditium eius. Conternantem[m] dicimus, quia quasi tertio terremotu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra manente. A Grecis et Latinis primo fuit obsessa, qui ab ea defecerunt. Deinde sub Amalrico[n] Ierosolimitano rege iterum a Latinis, qui non profecerunt. Hac vice tercia rex regum et dominus dominantium servis suis tradidit Christus Ihesus, qui vincit, regnat et imperat, qui sementis irrigua siccavit Egytiis, qui confudit operantes sericum et bissum,
Es. 19, 9. plectentes et texentes subtilia. Tali duce christiani milites Damiatam ingressi, plateas eius invenerunt stratas cadaveribus mortuorum pestilentia et fame deficientium, aurum et argentum multum nimis, pannos sericos negociatorum in habundantia, vestes[o] preciosas et ornatum saeculi cum varia suppellectile, insuper habundantiam specierum diver-

a) Que pacis composicio ... Theutonicis minus provisu et in posterum non caventibus admodum primo grata fuit. *L.* b) fuerant *c.* c) ubi *c.* (*legit* ů *pro* ḣ). d) magna multitudine *rec. manu corr.* magnam multitudinem *c.* e) liceas *add. E.* f) Petro *L.*; Pelagio *G.* — Albon. *c.* g) anno gratie 1219. *add. L.* h) Freb' *c.* i) ipse cepit *in ras. c.* k) m. N. *superscr. c.* l) consternate *L.* m) Costernantem *L.* n) Amatrico *c.*; Amaurico *G.*; Almarico *L.* o) vestes — suppellectile *des. G.*

sarum[a]. Civitas hec preter naturalem situm loci, quo munitur, triplici cincta est muro, turribus latericiis multis et magnis fortissime firmata, clavis et antemurale totius Egypti, inter terram Iesse[b] et campum Thaneos sita, in[c] terra, ut conicere possumus, Gersen, quia pascualis est, quam pecierunt filii Israel[d] a Pharaone tempore famis. Damiata, Damiata, inclita in regnis, famosa multum in superbia Babylonis, maris dominatrix, christianorum spoliatrix[e], per paucas scalas conprehensa, nunc humiliata es sub potenti manu Dei, et que[f] prius parturiebas spurios, amodo paries filios legitimos ad cultum Filii Dei, firmiter a cultoribus Christi possessa. Aconensis episcopus iam ex te primitias animarum solvit, parvulos tuos, qui in te reperti sunt ab ipso, vitales et morti proximos baptismatis unda sacramentaliter mundando, eciam morti proximos renovando. Multiplices solvisti penas, quia preter eos qui vivi conprehensi sunt in te mortui tui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu conputantur ad triginta milia et amplius, quos sine ferro vel igne Dominus percussit, amodo sustinere dedignatus spurcitias in te commissas.

15. Gaudeat igitur universalis ecclesia, dignas gratiarum actiones referendo pro tali triumpho[g], et non solum pro Damiata, sed pro destructa perniciosa munitione montis Thabor et pro aditu libero ad Iherusalem, ut reedificentur muri eius tempore ab Altissimo proviso; pro castro preterea Filii Dei, quod magnis sumptibus edificat utiliter et inexpugnabiliter milicia Templi, de quo superius plenius scriptum est! Letare specialiter provintia Coloniensis, exulta et lauda, quoniam in navibus, in instrumentis bellicis, bellatoribus, armis, pecunia, victualibus maius auxilium tulisti quam residuum totius regni Theutonici!

VII.
EX HISTORIA EXPEDITIONUM IN TERRAM SANCTAM
A. 1217—1219.

2. De[1] processu navium.

Anno gratie millesimo ducentesimo septimo decimo Wilhelmus comes Hollensis et G. comes de Wide cum aliis cruce signatis Theutonie ac Frisie ad Terram [Sanctam[h]] proficisci

a) m spec. div. *in rasura c.; des. L.;* in abund. *ceteris omissis* b) *G.* Gesen *L.* c) Ista est terra Gesen, pascualis et uberrima q. p. *L.* d) *superscr. c.* e) in accessu persecutorum suorum p. p. et modicas sc. *L.* f) et adultero, quem diu tenuisti, tandem proiecto, reversa es ad amatorem tuum priorem, et que prius *L.* g) p. t. tr. grates referens Deo, qui vite et mortis habet imperium, cui est honor, virtus et potencia per infinita secula seculorum amen, *finit L.* h) *deest c.*

1) *Libro praemittitur rubra:* Incipit relatio Iherosolimitani patriarche Roman. pontifici de transmarinis principibus Salahadino, etiam Sephedino et de variis eventibus christianorum et preliis contra perfidam gentem Sarracenorum; *id est non Oliveri narratio, ut Röhricht, 'Forschungen' XVI, p.* 153, *opinatus est, sed brevis narratio, qualis edita est tamquam tertius Iacobi de Vitriaco liber (cf. Zarncke, 'Ber. d. k. S. Ges. d. Wiss.'* 1875, *p.* 146*) et apud Giles, Inc. script. p.* 61.

1217. desiderantibus apud Vlerdingen congregati sunt. Quarto igitur Kal. Iunii dicti iam peregrini se et sua Deo commendantes, oppansis velis cum trecentis fere navibus leti mare conscendunt, venientesque ad portum Anglie qui Dirthmude dicitur, Willelmum Hollensem comitem in dominum milicie communiter suscipiunt, sub quo leges et nova iura ob pacis observantiam sunt statuta. Tercio Non. eiusdem mensis perveniunt ad mare Britannicum, ubi inter rupes in mari latentes[a] navis de Monnheim confracta est. Unde reliquis navibus anchoras in Fine-posterne apud Sanctum Matheum figentibus, homines naufragi[b] per batos de rupe, quam[c] ascenderant, sunt educti. Hinc perveniunt ad portum Phare in regno Legienensi. Ibi naves in portu relinquentes, petunt limina gloriosi apostoli Iacobi in Compostella. Item in
Iun. 29. martyrio Petri et Pauli naves repetuntur, et mare ascendunt. Ubi orta tempestate sevissima, separate sunt naves, et comes Hollaniensis portum petiit cum pluribus navibus in regno Portugalensi, in cuius introitu tres naves fracte sunt. Comes vero de Wide cum reliquis navibus intravit portum in eodem regno. Deinde circa Idus Iulii graviora passi, parcialiter intrant portum Ulixibonensem. Est enim Ulixibona[d] optima civitas in monte sita, in eo scilicet loco, ubi auriferus Thagus[1] mari occidentali copulatur. Hanc civitatem construxit Ulixes, cum a Troia post eius destructionem discessisset. Nunc autem ibi veneratur beati corpus Vincentii levite et martiris. Cum itaque dicti iam cruce signati per aliquot dies in hoc loco morarentur, expectantes alias naves, accesserunt ad eos Severus episcopus Ulixibonensis, episcopus Eborensis, Martinus commendator milicie de Palmela, Templarii, Hospitalarii cum aliis nobilibus, suas eis continuas tribulationes et angustias ex nimia vicinia[e] Sarracenorum lamentabiliter exponentes, asserebantque, castrum esse in foribus ipsorum a Sarracenis inhabitatum, quod[f] Alkarez, id est omnium carcer, dicitur, a quo fuissent olim cristiani violenter eiecti et captivati; addentes, hoc castrum in pensione[g] ad mille capita[h] cristianorum suo regi de Marroch singulis annis esse obligatum. Sicque[i] petierunt, ut intuitu cristiane religionis ab incolis huius loci valida manu dignarentur eos liberare, cum hoc castrum esset clavis et admirabile incentivum erroris totius Hispanie. Ad hec prefati comites, consilio cum discretis viris habito, discentes etiam

a) latentibus *c.* b) nafragi *corr.* naufragi *c.* c) *post in marg. suppl. c.* d) Ulixb. *hoc loco c.* e) vicina *c.* f) *bis script., sed semel deletum c.* g) ĩpensione *c.* h) capite *corr.* capita *c.* i) Sique *corr.* Sicque *c.*

1) *Cf. carmen p.* 350, *v.* 53: Auriferi reliqua classis petit ostia Tagi.

a nautis iuramento firmantibus, viam maris ex natura temporis 1217.
suos ventos habentem eis esse preclausam, et presenciam eorum Terre Sancte minus fore utilem, maxime cum Romanorum rex et Romani cum multis principibus Alemannie hoc tempore non transirent: elegerunt itaque medio tempore in obsequio divino desudare et inimicorum fidei fines invadere, quam apud locum aliquem quiescendo tamquam servi inutiles ocio vacare. Ab hoc tamen proposito discordabat Werdensis abbas et omnes fere Frisones et etiam quidam
alii, qui proxima sexta feria post festum beati Iacobi ab[a] *Iul. 28.*
Ulixibona cum octoginta navibus vel paulo plus recesserunt. Et sicut postea per effectum patuit, solus ex eis eo tempore non transfretavit. Multi tamen nebula palpabili cecati ad portum Algazer preter[b] propositum inviti cum aliis applicuerunt.

3. De obsidione castri Algazer et pugna ibidem facta.

Tertio igitur Kalendas Augusti a iam dictis comitibus *Iul. 30.*
obsessum est castrum, quod in dulcedine terre super multitudine piscium ac ferarum est situm, ut longe post advenerunt per terram prefati episcopi cum magno comitatu et fratres de Gladio cum aliis nobilibus. Impletoque protinus fossato, instrumenta bellica contra muros sunt erecta. Accesserunt fossores, ut muros deicerent, et Sarraceni e contrario fodientes, nostros impediebant. Attamen tam
illorum quam istorum labore circa[c] festum apostoli Bartho- *Aug. 24.*
lomei ex turribus una cecidit. Nec tamen patuit aditus. Interior namque pars muri perstitit, qui propter latitudinem decem et octo pedes continentem non poterat accingi.
Proxima vero sexta feria post nativitatem beate Marie[1] con- *Sept. 9?*
venerunt ad muros quatuor[2] Sarracenorum reges in multitudine nimia, ad centum milia taxata. Isti prope cristianos ad unam leucam fixere tentoria, volentes eos fugare aut penitus captivare. Cristiani de pugna propter equorum indigentiam diffidentes, fossato citissime facto, se et sua precluserunt. Sed omnipotens Deus, qui superbis resistens humilibus suam dat gratiam, dignatus est suos confortare, in tantum ut in[d] ipso medie noctis spatio nobis in auxilium mitteret Petrum magistrum milicie Templariorum circa mare
Deo militantium. Mane autem facto festivitatis Prothi et *Sept. 11.*
Iacincti in elatione maxima predicti reges a parte orientali

a) ad Ulixibonam *c.* b) pter *c.* c) circum *corr.* circa *c.* d) *post superscr. c.*

1) *Nativitas b. Mariae hoc anno sexta erat feria.* 2) *Carmen:* In nos conspirat Ispania, dirigit in nos Tres reges; *fortasse metri causa.*

1217. ad pugnam sunt ordinati. At cristiani, minores quidem numero, sed fortiores merito, suas acies debito struxerunt ordine a parte occidentali. Illi viribus, isti fide confidunt. At Martinus commendator Palmele, parvus quidem corpore, sed non impar leoni cordis ferocitate, vexillum[a] dextra vibrans, ruiture[b] gentis medium prorupit in agmen. Cui non minor ipso iungitur in pugna Petrus milicie Templi prelatus; quos audacter sequitur non segnis turba suorum. Hic equus opponitur equis, hic ensibus ensis, hic clipeus clipeis, hic obruta casside cassis. Quid multis moramur? Virtus divina superbos humiliavit humilesque suos victores effecit. Nam unus[c] ibi regum in primo congressu cecidit, et ceterorum interfectorum non est numerus preter captivos qui infiniti[d] erant. Nec reticendum[e], quod, dum captivi per exercitum ducerentur, querebant signa victorum, asserentes, candidissimam aciem cruces rubeas gerentes suorum catervam in fugam convertisse. Insuper et galee, quas per mare contra nostros aduxerant, sunt fugate, relinquentes nostris equos, kemmelinos[1] et tentoria cum tota suppellectili[f] sua. Deinde nostri comite Girardo semper duce ad insultus murorum sunt reversi, et interfecti sunt tam de cristianis quam de Sarracenis, isti lapidibus, illi sagittis. Hic Westfali[g] et Saxones suam audaciam[h] more suo profuderunt, et Renenses ingenio et facto non impares ad eam viriliter convolabant; Nussiensium quoque clipei sub alba cruce rosei[i] in muro succidendo non modicum sunt incensi. Erexerunt etiam nostri instrumenta diligenti studio inventa, que de Heneho
Oct. 21. noncupantur. Circa festum vero undecim milium virginum per fossores cecidit altera turris. Tunc demum perterriti infelices illi castrum reddiderunt, dantes se et sua in manibus peregrinorum, eo pacto quod singuli totidem cristianos de captivitate restituturi vitam redimerent. Sed dominus castri Abur dictus cum pluribus obsidibus super pacto servando acceptis baptismum petiit, nec longe post in errorem pristinum est reversus. Invente sunt in hoc castro tam de viris quam de mulieribus, parvulis et maioribus, circiter tria milia persone, que omnes venumdate sunt et inter peregrinos partite. Hic a matris ubere infans est raptus, et sponsus a sponsa, prout sors dictavit, est divisus. Nec omittendum, quod quidam ex cristianis odorem lucri sectantes contra interdictum muros transcenderunt, purpuras cum ornamentis aureis et argenteis distrahentes. Sed admonitione sub pena excommunicationis facta, singuli quod rapuerant retulerunt

a) vixillum *c.* b) ructure *c.* c) ubi *post corr.* unus *c.* d) ti *post add. c.* e) reticentum *corr.* reticendum *c.* f) superlecti *c.* g) Wistf. *c.* h) audātiā *c.* i) rubei *primum scr. sed del. c.*

1) *i. q. camelos.*

sibique communiter diviserunt. Quidam tamen eorum pul- 1217.
critudine rei rapte seductus, obedientie iura temerare[a] presumpsit; qui dum cibum capere debuisset, ad primam statim bucellam pene suffocatus, periculum per confessionem miserante Deo evasit, et post hec sublata fideliter restituit. Post
festum Omnium sanctorum universus exercitus cristianorum, *Nov. 1.*
cum reddidissent castrum fratribus de Gladio, reversus est Ulixibonam, ubi torcularia bonis omnibus[b] redundabant[c]. Et ecce miraculum semper advertendum! Singule enim regiones et loca copiam peregrinis prebebant omnium, sed in sola eorundem patria post suum discessum penuria est subsecuta. Specialiter autem Deus clericis providit. Nam in Ulixibona theologum litteratissimum invenimus, qui relictis temporalium curis soli contemplationi studiosius intendebat, per cuius doctrinam in dulcedine sacre pagine refocillati sumus.

4. De expedicionibus in Terra Sancta factis.

Cum[1] itaque apud Ulixibonam per hiemis spacium quiescerent, patriarcha Iherosolimitanus cum copiosissima multitudine peregrinorum, qui per terras venerant, in trans-
marinis partibus vigilabat. Feria namque sexta post festum *Nov. 3.*
Omnium sanctorum idem patriarcha cum ligno crucis dominice secutus est exercitum, qui precesserat Recordanam. Hoc autem lignum dulce post Terre Sancte amissionem per manus cristianorum est servatum, sed imminente bello contra Sarracenos sano consilio divisum est ob hanc causam, ut pars una deferretur ad prelium, ubi propter hominum peccata perdita est. Reliqua vero pars usque ad hec tempora diligentius est custodita; cui rex Ungarie et dux Austrie nudis pedibus occurrentes, osculati sunt, obviam euntes soldano Babylonie, cuius filius Coradinus pugnaturum se contra cristianos iactaverat. Venientes itaque nostri ad fontes Tubanie, premissis exploratoribus signa hostilia cognoverunt[d]. Sequenti vero die prope montes Gilboe venientes, Bethsanam[e] processerunt, ubi castra fixerat adversarius, et ille trium regum presenciam fugiens, terram vastandam reliquit cristianis. Unde Dei populus Iordanem, qui prope
est, transiens in vigilia Martini, in ipso pacifice corpora *Nov. 10.*
lavit. Deinde secus mare Galylee peragrando loca in quibus

a) temerarie *c.* b) omnia *scr. sed mox corr.* omnibus *c.* c) redundabat *c.* d) cognoueruiī *c.* e) *lege:* Bethsaidam.

1) *Haec maxime cum Oliveri relatione antea edita conveniunt, sed nonnulla addunt, alia aliter exprimunt, nonnumquam ad eiusdem historiam postea editam (Eccard, Corp. hist. I, p.* 1397.*) accedunt. Tertia eiusdem scriptoris narratio adhibita esse videtur.*

1217. Salvator conversatus est conspeximus, et per Capharnaum infirmos nostros portantes, nostri Accon reversi sunt cum multitudine captivorum et preda magna. Episcopus autem Acconensis, predicator dulcissimus, parvulos omnes, quos vel prece vel precio obtinere potuit, baptizavit et inter religiosos applicare disposuit.

In secundo equitatu ventum est ad montem Thabor, ubi impuberem Sarracenum vera nobis nunciantem sacer-
Dec. 3. dotes baptizabant. Dominica vero adventus Domini prima peregrini ad laborem sunt invitati, et in primo insultu straverunt castellanum descendentem et amiraldum unum cum sociis suis[a]. Sed non multum ibi morantes, ab impugnatione castri recesserunt, aversionis sue causam ignorantes; sed credendum, Deum sibi soli gloriam reservasse. Nam ipsi postea Sarraceni castrum predictum famosissimum propriis manibus devastarunt.

In tercio equitatu, cui[b] patriarcha et sacri episcopi non interfuerunt, exercitus Domini fines Thyri et Sydonis iuxta
Dec. 24. Sareptam adivit. In vigilia natalis et sequenti nocte maximam tempestatem passus est et omnium fere necessariorum penuriam; que nisi abbreviata fuisset, hiemis asperitas quam plurimos extinxisset.

Post hec milicia quadrifarie divisa, rex Ungarie, rex Cypri a patriarcha et nobilioribus, licet frustra, ad manendum invitati, cum magna parte exercitus Tripolim sunt profecti, ubi modico post tempore Cypri rex adolescens mortuus est. Alia pars exercitus gule deserviens remansit in Achone, expectans passagium vernale. Rex Iherosolimitanus et dux Austrie vitam cum rebus pro Domino laudabiliter fundens, cum episcopo Traiectensi et Monasteriensi aliisque episcopis castrum Cesariense viriliter simul et utiliter firmaverunt. Templarii vero cum paucis auxiliatoribus peregrinis et Hospitali de domo peregrinorum castrum Filii Dei, quod olim 'Districtum', nunc 'Castrum peregrinorum' appellatur, edificare ceperunt, quod positum est inter Caphas et Cesaream iuxta mare. Terra autem circumiacens mire est fertilitatis, et portus piscatoribus utilis se adiungit. Nec silendum, quod, dum propter agros exhauriendos foderetur, inventus est murus, sub cuius fundamento argentum et nummi monete modernis incognite sunt inventi.

5. De passionibus navigantium.

His itaque in Domino citra mare et ultra feliciter per-
1218. actis, iam Martius[c] nautas evocaturus instabat. Et ecce populus navalis, qui apud Ulixibonam hiemaverat, ad mare properare festinat. Et consilio habito ordinatum est, ut

a) sociis *iterum scr. sed del. et in marg. add.* suis c. b) cum c. c) s *e corr.* c.

comes de Wide in navi sua duas ferendo laternas cum duo- 1218.
decim navibus precederet et comes Hollanniensis unica lucerna in signum sequentium pro tutela medius viginti quatuor cocgonibus adiungeretur. Sabbato igitur in passione velis *Apr. 7.*
oppansis ordinate mare conscendimus. Venientesque ad portum Cadir, comes de Wide a via recta devians, ipsum portum post crepusculum cum paucis intrat navibus, ibique caritatis opus laudabiliter exercens, fratres suos, qui in duabus navibus ibidem naufragium passi sunt, salvi tamen rebus et corpore, cum magno labore et timore paganorum litora undique cingentium colligebat. Interea comes Hollensis maiorem partem navium, que iam strictum mare pertransierant, cum decem et octo navibus cominatur. Huius autem maris latera astricta et in Europam terminata montibus altissimis simeas nutrientibus precinguntur, castris etiam ac villis, opidis et civitatibus, Cepta[1] quoque mercatoribus nota decorantur; longitudo ipsius navali cursu metienda sex horarum ventum expostulat; latitudo vero orizuntha in apprehensione hominis equitantis intelligibilem parumper excedit. Cumque iam primi maris[a] aliud[a] secura puppe sulcarent, ecce due naves paganorum diversis rebus onerate ex improviso nostris occurrerunt. Nec mora, in hostes vertitur prora. Statimque inimici capiuntur, et naves aquis et ignibus periture relinquuntur. Postquam autem ex preda tanta exhylarati, de comitis tamen absentia magis anxii, longius procederemus, ventum est ad montem qui Caput-Martini[2] nuncupatur.
Et sequenti die, videlicet in cena Domini, aer serenior[b] *Apr. 12.*
apparuit, nubes ut argentum purissimum bene politum rutilabant, et omne vaporabile inventum est resolutum. Orta que est tempestas modernis inaudita, que etiam diebus quatuor continue perduravit. Illic navium malos ruere vidimus, vela scissa et bathi ruptis cordis de navibus sunt soluti. Minatur mare mortem, terra circumquaque Sarracenis occupata martyrium promittebat. Naves itaque sui gubernaculi freno carentes cum procellis rapte sunt et ad diversos portus querendos longe lateque sunt disperse. Attamen Nussienses cum paucis navibus ad vocationem patroni sui beati Quirini aliorumque sanctorum interventu apud insulam prope Minorke Kiporoure[3] dictam, Sarraceno monstrante, quem quidam detinuerant captivum, portum in
parasceve feliciter adierunt. Confugerant autem mercatores *Apr. 13.*
ad eundem portum ob eandem causam, qui nobiscum in
die pasche sacratissimo Christi corpori et sanguini commu- *Apr. 15.*
nicarunt. Secunda feria[c], ductoribus ab eisdem acceptis, *Apr. 16.*

a) *ita c.;* maris altitudinem? b) renior *c.* c) feriā *c.*

1) *Ceuta.* 2) *Cabo S. Martin inter Alicante et Valencia.* 3) *Cabrera, ut videtur, prope Maiorcam.*

1218. gressus nostros versus Messanam leto pede direximus, venientesque prope Siciliam, divina potentia totius boni causa, que iam nos aquarum et aeris commotione tribulatos probaverat[a], suos adhuc igne castigare disponebat. Proxima
Apr. 22. 23. namque nocte post octavas pasche choruscationes subito super nos orte sunt, et ecce tonitruus[b] in sono ac motu acutissimus omnes nostros in extasim rapuit, et aliqui, quos deditos[c] somno putabamus, in Domino dormierunt. Multi etiam ex fulminum ustionibus cicatrices in memoriale perempniter tenuerunt.

6. De expedicione ad Damiatam.

Anno[1] gratie millesimo ducentesimo octavo decimo coggones innumerabiles ad portum Acconensem applicuerunt, sine quibus non expediebat exercitum navalem in Egyptum dirigere. Rex et patriarcha cum flore Austrie, Hospitalibusque et Templariis consilio Spiritus sancti expeditionem in Babyloniam fide interposita voverunt, prefigentes peregrinis, qui pericula maris plenius experti sunt, iterini laboris[d]
Mai. 24. Exaltationem sancte crucis. Unde accidit, ut in ascensione Domini, quando naves egredi debebant, prout iuraverant, ex insperato viginti tres coggones subsequentes applicarent. Porro cum maiores cum ligno sancte crucis precedentes congregationis locum apud Districtum servarent, classes minorum et humilium Christo duce Damiatam infra triduum applicuerunt. Et mirum dictu, qui tardius Accon a tergo reliquerant, per duas quidam ebdomadas, quidam et supra, aliqui etiam per mensem vel amplius in mari sunt detenti. Domino autem humilium affectum dirigente, Frisones et Theutonici cum aliis numero paucis terram audacter conscendunt. Pagani nostris obviantes, Frisonicis corruunt telis, ceterisque viriliter[e] repulsis, tentoria inter mare et Nilum decentissime sunt ordinata. Damiata[2], id est omnium civitatum Egypti domina, in ripa Nili iuxta mare magnum in insula, immo super florida tempore[f] est sita. Hec pratis semper virentibus, ortis[g] ac pomeriis, palmis et arboribus nobilissimis iocundatur. Muri civitatis turrium fortitudine superbientes, fossatis ac fluviis circumcinguntur. Versus occidentem, ubi per Nilum prestatur aditus, pro custode in

a) probaverant *corr.* probaverat *c.* b) tonitrus *corr.* tonitruus *c.* c) dedito *c.* d) *vocabulum* (diem?) *deesse videtur.* e) virilibus *ante* viriliter *scr. sed del. c.* f) *ita c., locus aperte corruptus.* g) ortum *ante* ortis *del. c.*

1) *Haec ex eadem Oliveri relatione qua superiora sumta sunt.* 2) *Cf. simililem descriptionem in Chronica regia supra p.* 245; *sed multa hic aliter expressa.*

medio fluminis huius posita est turris[a], que clavis Damiate 1218. et porta tocius Egypti potest nuncupari. Nam a muro civitatis ad hanc turrim cathena Nilum claudens protenditur, que solis mercatoribus ad replendam Egyptum[b] festinantibus ad effusionem thelonei solita est aperiri.

7. De expugnatione turris Damiate.

Advenientibus autem patriarcha, rege et duce Austrie, in divino labore glorioso contra turrim erecte sunt machine, petraria et trabucoli; sed hec omnia vix pulverem de turris eiusdem superficie visa sunt excussisse. Quid ergo viri virtutis agerent? Miro ingenio magnisque laboribus et expensis scale due super naves, quas verius pontes nuncupandas censeo, extenduntur. Sed heu! festinantia precipitavit opus. Nam cum ad turrim iam applicari debuissent, fracti[c] sunt mali, milites quoque et nobiles sarianti, a predicto ponte cadentes, pro nobis melius pugnaturi, celesti curie per martyrium sunt oblati. Ex hoc facto Sarraceni in Deo suo Mahumeth animati, pugnam nobis minabantur. Econtra Templarii in armis imperterriti militesque Hospitalarii cum peregrinis in occursum eis veniunt et inveniunt; sed ad primum congressum filii perditionis terga vertunt[d] inglorii. Quosdam tamen nobiles nostri reliquerunt occisos. Deinde blasphemia cessante, quam cum suis predicatoribus patriarcha compescuit, ad novas structuras prioribus fortiores reversum est. Theutonici ergo ad omnia promptissimi et Frisones hortatu magistri Oliveri Coloniensis scolastici ex puris elemosinis duos emptos coggones subtiliter coniunxerunt. In quibus supra quatuor malos pontem et propugnaculum miro artificio disponentes, ipsas etiam naves contra ignem et machinarum lapides munierunt. Completoque iam opere, mille sexcentarum marcharum[e] in eius[f] completione excrevit debitum. Ad[1] quarum persolutionem[g] famosissime colunpne[h] civis Henricus de[i] Hervothe quindecim marcas auri et decem argenti contulit, qui non longe post centuplum recepturus, vitam in Domino feliciter consummavit; similiter flos Theutonie, id est comes Adulfus de Berge, Francorum omnium caput et Frisonum, in cuius consilio totus spem suam ponebat exercitus, felici fine decessit, cuius ossa apud hospitale Theutonicorum venerabiliter sunt locata. Infiniti etiam alii et theologi in Parisiensi[k] fonte nutriti ex[l] inordinata dieta dissenteria comitante et calore cunctis

a) t' | turris *c.* b) Egytum *c.* c) facti *c.* d) verius *ante* vertunt *scr. sed del. c.* e) *in marg. suppl. c.* f) *bis scr. sed semel del. c.* g) *post* pers. *del. est:* excrevit debitum. h) C o l o n i e? i) here *post* de *scr. sed del. c.* k) Parieñ *c.* l) or *add. sed del. c.*

1) *Haec in aliis relationibus frustra quaeras.*

1218. febribus fortiore, corpora sua Terre Sancte, animas vero Filio virginis reliquere. Post predictum comitem semper memorandum comes Gerardus de Wide in milicie dominum a Theutonicis communiter eligitur. At ille non minor animo quam corpore viros et milites strenuissimos ad officium predicte navis ordinavit, singulos ad suos labores sagaciter deputando. Post hoc oracione ad Dominum fusa et ad crucem sanctam processione devotissime peracta, navis Christi in aspectu terribilis, sed decora, in die beati apostoli
Aug. 24. Bartholomei cum magno labore ad turrim trahitur. Econtra pagani ad omnia subtilissimi ad destruendum pontem machinas collocant. Cumque structura in Domino iam iamque triumphatura[a] ad summitatem turris applicaretur, scala, cordis suis parumper laxatis, turri demissius est suppressa; de qua vexillifer ducis Austrie, plurimum aspirans introitum, decidit, et sic pro sociis ad Filium virginis exorandum est destinatus. Nec mora, Sarraceni super nostros lapides et sagittas pluere visi sunt et, quod gravius est, ignem sine mensura proiciunt. Ad cuius contactum[b] scala impetuosissime est succensa. Nunc dolor, nunc planctus, ploratus et ululatus a nostris ad terram toto corpore, ad Deum solo corde profusus, est auditus. Patriarcha etiam Iherosolimitanus coronam capitis sui harena et pulvere humiliter conspergebat. Et ecce ignis diabolicus per lacrimas sanctum Bartholomeum sic invocantium est extinctus. Ad pugnam itaque filii Dei redeunt, lancea et cuspide inimicos invadunt, sicque haste per numina fracte, in aera more telorum volantium resiliunt. Ad ultimum hora vesperorum facta Friso quidam flagello mirabili munitus superveniens et alter clava sua non impar hostes propulerunt. Sed et miles[c] quidam iuvenis Leodiensis diocesis Spiritus sancti virtute confortatus, turrim prius ascendens intravit. At pagani Dei potentia percussi, ad inferiorem turris locum confugiunt; sed adhuc faciunt quod possunt. Nam fumum palpabilem contra nostros, sed frustra, proiciunt[d]; quo cessante, tunc demum residui in manus se christianorum dedentes, de turri centum circiter sunt extracti. Multi vero ex eorum sociis fugam petentes, in Nili fluminis alveo sunt submersi. Exultate igitur et in Domino letamini omnes qui terram Christi sanguine sanctificatam diligitis! Via etenim nobis et porta in Iherusalem per Filium[e] virginis est aperta. Montes Thabor et alia castra cristianis infesta per manus inimicorum sunt destructa. Inter paganos quoque plus quam civilia bella geruntur, et regna eorum — prognosticon sue desolationis — undique dividuntur[f].

a) phantia *scr. sed del. c.* b) actatun *ante* c. *scr. sed del. c.* c) nubes *corr.* miles *c.* d) procieant *c.* e) filius *corr.* filiũ *c.* f) *quae sequuntur:* Post captam turrim *etc. cum historia supra nr. VI. edita plerumque conveniunt, ex eadem Oliveri relatione hausta.*

VIII.

GOSVINI DE EXPUGNATIONE SALACIAE CARMEN.

QUOMODO CAPTA FUIT ALCASER A FRANCIS.

Signicies mentis bona corporis ocia carpunt,
Et citius motu qui caret amnis olet.
Culta nisi fuerint vel tecta vel arva, senescunt,
Fit neglecta suis spina noverca rosis.
Quid mage? queque situ sordent. Metuens mihi tale
Sed tamen est sensus, quid mihi quidve fuit.
Quod nuper cruce signatis evenerat, ecce
Scribo, licet vili carmine: Christe, fave!
Scribo sed quare? Tempus licet omne revolvas,
Usque modo sterilis et sine messe fui.
Sed mihi messis erit, scribendo quod ocia tollam,
Ne vicium carpant interiora bona.
Ergo scribo: fave qui trinus es et Deus unus,
Ut tua christicolis pandere facta queam!
Ac[a] tu, queso, fave, cui carmina nostra laborant,
Cui petre[b] Petri cimba regenda datur.
Ecce tuum nomen[1] quinis habet esse figuris,
Ut quinos sensus cum ratione regas.
Si[c] S et U gemines, ut amor geminus super astra
Te levet: hic fratris est amor, ille Dei.
Invenies septem, numeres[d] si quasque figuras,
Ut te septeno munere pneuma beet.
Quid moror hic? peto propositum; faveas mihi, Christe!
Conta[e] fovens, tu me complue rore tuo!

Vota peregrinos cupientes solvere quosdam,
Diversas horas qui tenuere maris,
Annos in Christum cum volvis mille ducentos
Denos cum septem, patria queque gemit:
Innumeris ratibus sulcarunt equora, Faram
Venerunt plures, dampna tulere prius.
Hic mora fit, naves coeunt, iuratur in unum,
Dux legitur; statuit iura tenenda suis.
Aura datur, mare sulcatur quam pluribus alnis,
Portugal ratibus terra vivenda[f] patet.
Portus transitur; irascitur Eolus, armat
Euros in classem; deperit aura favens.
Anchora nulla ratem retinet, quia restis in ista
Rumpitur. Hic verrit anchora iacta solum.

a) Ad *ed.* b) i. e. petrae. c) Hi *ed.* d) muneres *c.* e) i. e. Cuncta. f) visenda?

1) *Suerius.*

Hec ruit ad cautes, in humo colliditur illa,
Vertitur ista ratis, illa repletur aquis,
Et relique portum subeunt, sed non sine magno
Planctu; namque tulit aspera queque ratis.
Hec etenim puppim laceram gemit, illa carinam,
Hec navis proram plangit et illa ratem.
Cedit yems, socios compiscans hic flet, opes hic;
Ille legens lacere naufraga membra ratis,
Iam reparat vires classis, sua vulnera quevis
Curatur; resonant littora mille modis.

Eurus discedit, zephirus blanditur, et ire
Tanquam peniteat se, freta blanda parent.
E portu cedit classis, sed ibi tamen erent[a]
Rupe due naves naufragiumque ferunt.
Auriferi reliqua classis petit ostia Tagi;
Hanc recipit portus nomen Ulixsis habens.
Illam christicole letantur adesse; benigne
Advena suscipitur, hospiciumque datur.
Presul adest patrie, peregrinos munerat, omnes
Convocat, affatur et pia verba serit:
'O fratres, famuli Christi, crucis hostibus hostes,
Spretores mundi martiriique decus,
Ut patet, ad nostras Dominus vos apulit horas,
Ut pereat nostrum vestra per arma iugum.
Est prope nos castrum super omnia castra nocivum
Christicolis, nomen Alcaser illud habet.
'Al' deus est, castrumque 'caser', castrumque deorum
Fertur apud gentes; id venerantur, amant.
Huc ad perniciem nostram sua munera mittunt
Armaque, cum tempus mortis adesse putant;
Castrensesque suo regi dant colibet anno
Centum christicolas; solvimus ista quidem.
In quinis lustris hominum ter milia quina
Illi ceperunt sive dedere neci.

Rex Christus nobis dabit hic sua regna merenda,
Hostes hos eius mente[b] terendo manu.
Non erit[c] hoc anno vobis Sacra Terra petenda,
Navibus hoc etenim tempus et aura vetant.
Vestros consulite nautas, quibus equoris arcti
Estusque instantis temporis aura patet.
Ergo aliquit facite, Sathanas ne reperiat vos
Ocia sectantes, que mala queque necant.
Ocia virtutes viciant et mentis honorem
Carpunt et mores propositumque pium.

a) *i. e.* haerent. b) *ita ed.* c) Noverit *ed.*

Ergo, crucis famuli, sitis crucis hostibus hostes,
Hic sit vestra manus officiosa Deo!
Alcaser ut pereat, vobis sociemus, iterque
Indigenis terra, classibus unda dabit.'
Hec ad verba phares[a] in classe fit: improbat una
Pars hec dicta, probat altera, cisma manet.
Classis dividitur in partes, Marsiliam pars
Hec properat, pars hec Alcaser ire parat.
Aura datur; mare sulcamus proris et adimus
Alcaser; hic uvas carpimus; hostis adest.
Hostis adest in equis, salvetur ut uva; sed ille
Cuspide transfixus, salvus abire nequit.
Nam moribundus equum[b], socios vitamque reliquit.
Castra petunt comites primaque dampna gemunt.

Ille locus vallo cinctus fossaque profunda,
In muro duplici, turribus innumeris.
Armis multimodis domus hec munita virisque
Magnanimos reddit, qui sua signa colunt.
Attamen a muris, postquam pervenimus illuc,
Tutius exire non potuere suis:
Nam iusta[c] castrum tentoria ponimus, armis
Et munita viris tutaque classis erat.
Ficus, oliva cadunt, nobis properantibus ire
Ad murum, quod det fossa repleta viam.
Fossa tumet lignis; in nos iurasse videtur
Vulcanus, pereunt omnia ligna rogo.
Tormentum facimus murorum, saxa rotamus;
Sed muros ictus nilve parumve movent.
Castrum vallamus armato milite; sanguis
Funditur utrinque; mortis amara bibunt.
Rumor adesse rates nostras clamans quatit urbes
Ispanas; in nos arma virosque movent.
In nos conspirat Ispania, dirigit in nos
Tres reges; nobis fama revelat idem.
Inde metu quatimur; sed nos qui cunta gubernat
Confortat, nobis dat quater octo rates.
Custodes dantur classi; nos aggere, fossa
Cingimur, excubias ponimus hic et ibi.

Ut nos extirpent, equitum ter milia quina
Et peditum veniunt milia dena quater.
Ex nostris quidam bellum dissuadet, abire
Ammonet, hic quenquam solvere vota negat:
'Non hanc, sed gentem nos debellare iubemur
Que Christi turbam, que loca sancta tenet'.

a) *quid sit nescio.* b) equm *ed.* c) *i. e.* iuxta.

Turba favent; homines salvare volens Deus omnes,
Innovat antiqua signa suosque iuvat.
Crastina cum visura dies pugnam foret, omnes
Conspicimus socios et numeramus equos.
Innumeri pedites, muniti viribus, armis
Adsunt; sed centum vix ter habemus equos.
Ex inproviso quingenti nocte sub ipsa
Dante Deo repetunt nos equites et equi.
Aurora est; equites, tenuit quos spicula nostra,
Paulum procedunt; hostica castra notant.
Tecta sub hoste latet tellus; ad sidera clamor
Tollitur, et clangor undique corda movet.
Congressus fit; utrinque cruor fluit; en male nostris
Succedit; fugiunt; impius hostis adest.
Noster eques cedit, sua nudat pectora, munit
Dorsum, castra subit, et venit hostis eo.

Scandit equos nocte qui venerat hospes, ad astra
Respicit, inplorant Omnipotentis opem.
Astris lucidius quod splendet in aere signum
Est crucis; id nostrum plurima turba vident.
Mens redit hoc viso nostris; en noster in hostes
Sevit eques, sternit, effugat, immo necat.
Agmen in auxilium nostris venit ecce supernum,
Dante Deo, signum qui dedit ante crucis.
Vestis ei splendens ut sol, ut nix nova candens,
Suntque suo rosea pectore signa crucis.
Hostis ut has acies novit sua terga prementes,
Lumina caligant, et sua corda pavent.
Hinc fit, quod socius socium ledit, latus hasta
Perforat huic, illi demetit ense caput;
Sternitur hic, ille pedibus calcatur equorum,
Hic hominum quidam precipitantur aquis.
Quid magis? ex illis ter milia dena perisse
Credimus et reges tunc cecidisse duos.
Quod telis comitum cecidere chorive superni,
Ipsorum cedis per loca nosse datur.
Illorum stragem, quia terna dieta furentes
Nostros vidisse[a], cum[a] nisi prima datur.
Sept. 11. Contulit ista Deus nobis, in luce Iacincti
Et Proti palma qua celebrata fuit.

Gaudemus, Domino canimus, quod talia nobis
Fecit: fama novos incutit ecce metus;
Ut nos confundant, confirmat adesse galyas
Ter denas; petimus, nec reperimus eas.

a) *locus corruptus videtur.*

Qui celo, qui signa solo dederat, modo fluctus
    Turbat, et hostiles his periere rates.

Obsessos iterum petimus; sed viribus in nos
    Saxa trabesque rotant desuper atque rogum.
Ledimur, e muro discedimus, eminus arcu
    Infestamus eos; sanguine tela madent.
Imbuitur populi tellus utriusque cruore,
    Inque vicem bibimus pocula dira necis.

Sic nil proficimus; ars viribus additur, ergo
    Sub terras fodimus, murus ut ipse ruat.
Clam fodimus; contra fodit hostis, nititur ipse,
    Ut noster maneat irritus iste labor.
Rixa fit in fovea ferro fumoque rogoque;
    Hic etiam sanguis fusus utrinque fluit.

Unde duas turres castri mage turribus altas
    Ponimus a muris non procul, immo prope.
Utraque lignea fit, in castrum despicit, hostem
    Respicit, ut semper insidietur ei,
In mediis castris ut spicula dirigat arcu,
    Ut sic castrenses mors inopina petat.

Inde duo muri facimus tormenta; timorem
    Hec sicut turres hostibus incutiunt.
Colloquium petit hostis, heret, timet. Alkaser ergo
    Deditur; en nostris hostia queque patent.
Quotquot erant hostes et eorum res peregrinis
    Cedunt; pars inde cuilibet equa datur.

Novit Ulixboniam lux tercia post sacra Luce *Oct. 21.*
    Festa Iesu Christi subdere colla iugo.
Post annos septem decies binosque sub ipsa
    Luce datur nobis Alcaser, immo Deo.
Post triduum castri dux tingitur amne lavacri;
    Militibus Gladii terraque rusque datur.

Unus, et hoc ipsum est iniuria magna, remansit
    Alkaser immunis, et nichil inde tulit.
Primitus hic etenim peregrinos movit, ut irent
    Alkaser, his et opes hic dedit atque viros,
Et vires et opes proprias hic in obsidione
    Castri consumpsit illius atque viros.
Hic ducibus nostris sua concessitque deditque,
    Cui velut ingrati solvere neutra volunt.
Insuper, ut castrum captum fuit auxiliisque
    Consiliisque suis, huic sua iura negant.

Decrevitque decem captos exercitus omnis
Huic dandos, quos hii detinuere sibi.
Est hic Ulixbonie presul, qui tot bona nostris
Contulit, ast recipit pro bonitate malum.
Isti porrigitur ab eis pro necthare mirra,
Fel pro melle, scelus pro pietate[a] sui.
Sis patiens his perversis, precor, optime presul,
Ut pro terrenis det tibi summa Deus!

Suscipe, queso, pie, mea metra, pater venerande,
Vilia metra licet, que tibi lego, lege!
Hic sunt ter quine partes, hinc quamque figuram
Si primam iungas, nomina nostra creas.
Hec qui scripta legis, que cernis in his minus apta,
Ne risum moveant, corrige sive tere!
Que modo metra tenes, partim tenuit prius alter;
Qui me promovit, ultimo metra teret.
Ne mireris! ei scripsi, gratia cuius
Nota mihi fuerat, nec tibi notus eram.

IX.

MARTINI CONTINUATIO COLONIENSIS.

1268. Papa quoque Clemens quartus obiit; cui archidiaconus
Leodiensis[1], qui et Gregorius decimus est dictus, successit;
post quem Innocentius quintus papa ordinatur; cui Adrianus
quintus successit. Cui et Iohannes vicesimus primus sub-
stituitur. Post quem Nicolaus tercius subordinatur. Cui
1281. Martinus quartus successit.

Cunradus quoque archiepiscopus Coloniensis cum sedisset
annis viginti tribus cum dimidio, ecclesia sua Coloniensi in
1261. summa pace derelicta, obiit et sepultus est in nova[b] ecclesia
beati Petri, cuius et primum lapidem fundamento imposuit,
mausoleo super eum fusili decentissime fabricato. Cui dominus
Engilbertus de Falkinburg, eiusdem maioris ecclesie prepo-
situs, vir in negociis suis minime prosperatus, successit.
Nam cum ad reprimendas inimicorum infestaciones multo-
ciens tam nobilium quam ministerialium copiosum produxisset
exercitum, semper tamen pene inferior videbatur, ita ut
1267. a comite Iuliacensi[2] in loco qui dicitur Marienholz[3], suis

a) proprietate *ed.* b) nowa *c.*

1) *Theobaldus de Placentia.* 2) *Wilhelmo.* 3) *Inter Tulpetum et Lechenich, prope Coloniam.*

preterfugientibus, partim captis ibidem, eciam ipse caperetur
et in castro Nidecke[a.1] per triennium et tres menses in
custodia haberetur. Hinc quoque non multo post[2] a civibus
Coloniensibus infra urbem capitur et custodie mancipatur. 1263.
Quapropter exacerbati nobiles et potentes consangwinei 1268.
archiepiscopi, scilicet dominus de Falkinburg, frater eius,
dux de Limburg, comes de Clevo[b], nobilis de Heimsberg,
congregata multitudine armatorum, Coloniam per domum
adherentem muro, maximo aditu facto, intrant et civitatem
obtinere moliuntur. At burgenses ad arma conclamant et
dominum de Falkinburg in ipso introitu[c] equo sedentem
proch dolor! interficiunt, ducem Limburgensem capiunt[d];
exteriores autem omnes fugam arripiunt.

Anno Domini 1274, Urbis vero condite 2112, post 1273.
mortem Richardi regis et nepotum Friderici imperatoris
aliquanto iam tempore imperio vacante, principes Germanie
ad eleccionem regis Frankonwort convenerunt et serenissi-
mum Rodolfum comitem de Havekensburg in regem con-
corditer elegerunt; qui post modicum Aquisgrani a domino
Engilberto archiepiscopo Coloniensi consecratus, regnavit
nonagesimo loco ab Augusto ferme annis viginti.

Huius tempore Engilbertus archiepiscopus decedens, in 1274.
beati Cassii[e] ecclesia Bunne tumulatur, quia propter discor-
diam predictam Colonie sepeliri non poterat; cui Segefridus,
ecclesie Moguntinensis prepositus et Coloniensis maioris
ecclesie canonicus, Bunne in archiepiscopum electus et a
domino apostolico Gregorio decimo, qui et solempne concilium, *Mart.*
scilicet quingentorum episcoporum ac mille abbatum et aliorum prela-
torum Lugduno celebraverat[3], honore pallii celeriter sublimatus,
successit. Contra quem multi potentes et nobiles tam epi-
scopi quam laici vehementer insurgebant per omne episco-
pium, ignem[f] pariter miscentes ac ferrum. At[g] archiepiscopus
a primeva etate armis exercitatus, doctus perpeti celebres[h]
asperitates algoris, et inedia sitique insuper et vigiliis estuare,
nunc istis nunc illis equam vicem rependit, denique Gode-
fridum de Arnsberg[i] comitem et filium eius in graciam suam 1278.
venire coegit, invaso prius presidio dicto Neyhym[4] ac de-
structo. Modico autem post intervallo Engilbertus comes de 1277.

a) Videcke *c.* b) Eleno *c.* c) intuitu *c.* d) aut capiunt *male add. c.*
e) Cassi *c.* f) igne *c.* g) Ac (?) *c.* h) celebras *c.* i) Artisberg *c.*

1) *Niddeggen prope Düren.* 2) *Ista iam quatuor annis ante proe-
lium cum comite Iuliacensi commissum acciderunt. Cf. Cardauns,
'Städtechroniken. Cöln' I, p.* 224 *sqq.* 3) *Ex Martino Oppav.
SS. XXII, p.* 442. 4) *Niunheim in chron. vern. Colon. II, p.* 57.
memoratur; fortasse Neuenheide.

Marka ab Hermanno nobili viro de Breyderwort capitur et in vinculis moritur [1].

Huius eciam regni anno[a] quarto, videlicet anno Domini
1278. 1278, Wilhelmus comes Iuliacensis civitatem Aquensem, archiepiscopo Coloniensi Sigefrido confederatam, dolo obtinere nititur et incaute ingreditur, ac cives ad arma conclamantes, ipsum comitem et filium eius primogenitum cum trecentis et sexaginta octo satellitibus, proch dolor! interficiunt; et archiepiscopus, audacie gustu ex casu inimicorum accepto, terram comitis Iuliacensis hostiliter invadit, cedibus, rapinis et incendiis cuncta devastans et Iuliacensem municionem obsidione circumdans. At[b] superstites amici comitis et quotquot in tali trepidacione colligi poterant, congregati viriliter portis erumpunt et archiepiscopum et suos ferociter invadunt. Sed tandem archiepiscopus victoria potitus, municionem illam cepit et pro suo libito inibi cuncta disposuit. Ibi quoque et Colonienses pro archiepiscopo fortiter pugnasse memorantur, et aliqui ex eis occubuisse referuntur. Comes vero de Luzlinburg [2], consangwineus comitis Iuliacensis, cum maximo exercitu episcopatum intrat Coloniensem et Tulpetum obsidione [cinxit[c], propter vero resistenciam dicti domini Syfridi ab obsidione] discedit. Sed tandem fidelibus archiepiscopi et amicis comitis mediantibus, tali condicione pax inter eos
1279. reformata [3] est, ut archiepiscopus Iuliacum et si qua alia invaserat redderet, et deinceps nullus alium infestaret.

1278. Eodem anno Rudolfus rex expedicionem in Bohemiam molitur contra regem eiusdem[d] provincie, occupatorem ducatus Austrie, et inito conflicto, rex Bohemie occiditur, et Rudolfus rex victoria potitur. Sed tandem principibus mediantibus Wenczlaum[e], interfecti regis filium, in graciam suscepit, filiam suam eidem in matrimonium tradendo et filium suum Adelbertum de ducatu Austrie investiendo.

Mart. Cont. Rom. Huius eciam tempore tota Sicilia contra Karolum, quem papa contra nepotes Friderici imperatoris regem Sicilie fecerat, rebellans, Petrum regem Arragonie in suum defensorem et dominum vocaverunt. Succensique rabie omnes Gallicos, qui in regno Sicilie morabantur, tam mares quam feminas, senes ac iuvenes, in contemptum regis Karoli interfecerunt, et quod detestabilius fuit, latus mulierum Latinarum, que a Gallicis dicebantur concepisse, aperientes[f], partus earum antequam nascerentur occidebant. Rex autem Arragonum Siciliam occupans, se in regem Sicilie fecit coronari contra

a) anno *supplevi.* b) Ac (?) *c.* c) *verba* cinxit — ab obsidione *partim ex Chronica Praesulum supplevi.* d) eundem *c.* e) Wenezlaum *corr. man. sec. c.* f) parientes *c.*

1) *Cf. Levoldi chron. com. de Marca, ap. Meibom, SS. R. Germ. I,* 391. 2) *Comes de Limburg intelligitur.* 3) 1279, *Oct.* 14; *v. Lacomblet nr.* 730, *II, p.* 429. *Cf. Not. Colon., SS. XXIV, p.* 364.

inhibicionem domini pape Martini quarti, quapropter a domino papa *Cont. Rom.* excommunicatus, regno Arragonum et omni quod ab ecclesia tenebat[a] privatur. Unde et dominus papa Martinus regem Francie contra eundem Petrum regem Arragonie, quem dudum regio nomine privaverat, in auxilium accersivit, qui cum magnis copiis veniens, regnum Arragonum per milites et stipendiarios suos cum auxilio cuiusdam nobilis de Arragonia transfuge nomine Iohannis invadit[b] et multas municiones occupavit, absente Petro et procurante sibi subsidium, qualiter posset ipsum regnum, quo iam dudum privatus erat, defensare. Karolus autem rex de Francie partibus se per mare transtulerat versus Apuliam; cuius adventum Siculi vel Hispani et Gothi sencientes, cum aliquibus galeydis armatis et bene munitis per mare venerunt Neapolim, ut sagacitate sua ante regis adventum possent ibidem aliquos, qui pociores videbantur, provocare ad conflictum. Quod ubi comperit filius regis Karoli, motus et incitatus huius animositatis clamoribus, assumpsit solitam audaciam, cum suis bellatoribus prefatos inimicos aggreditur, contra eos viriliter pugnando. Sed per fraudem nautarum multi nobiles et strennui pugnatores submersi sunt et interfecti; ubi et idem princeps cum suis remanens captus fuit, et multi alii cum eo, sed non sine magna suorum inimicorum occisione, qui, velut ignari marinorum preliorum, experti sunt, quia non fuit ludus in undis. Rex quoque Francie, antequam de eadem expedicione reverteretur, obiit; 1285.
sed et ipse Karolus non multo post defunctus est.

Igitur Rudolfus rex conventum maximum habuit Herbi- 1287.
polis, scilicet in Wirzburg, ubi multi principes erant congregati; causa autem tante frequencie fuit, quod dominus papa Martinus et rex per omnem Germaniam de terris arabilibus quandam summam pecunie exigebant. Ubi Sigefridus Coloniensis archiepiscopus inaudite et insolite exaccioni mira constantia et libertate contradixit, et ita ea res processum non habuit et deinceps oblivioni et perpetuo silencio tradita, sic quod Germania tota per eundem archiepiscopum usque in hodiernum diem ab eadem exaccione libera permansit.

Interea quidam nacione rusticanus[1] Fridericum imperatorem se mentitur similitudine, et hac fallendi specie Coloniam tendit, ubi cum a Coloniensibus cum iniuria expelleretur, Nussiam[c] divertit; ubi cum per aliquod tempus resideret, ad hoc fidei processit forme similitudine, ut qui Fridericum imperatorem viderant [ad[d] sue decepcionis fidem alliceret]. Tanta namque demencia multos ceperat, ut ei regale obsequium propriis sumptibus exhiberent; aliqui[e] vero, perspicacioris intellectus, duriciam corporis et servilem formam

a) tenebatur c. b) invaditur *c.* c) Tussiam *c.* d) *uncis inclusa supplevi secutus Chron. quorundam regum.* e) alioqui *c., sed ult.* i *alia manu in loco raso c.*

1) *De isto impostore accurate egit Meyer, 'Tile Kolup'. Wetzlar. Progr.* 1868.

considerantes, non ita esse credebant. Sed civitates regno attinentes omnino fidem adhibere volebant propter nimias exacciones, quibus a rege angariabantur, quorum frequentibus nunciis Wecslare accessit, ut per eorum auxilium civitates ulteriores attingeret. Quod ubi rex Rudolfus comperit, cum Sigefrido archiepiscopo Coloniensi, cum quo prius discordaverat, concordiam iniit; qui cum valido equitatu regi Wecslare occurrit et a civibus impostorem[a] illum repe-
1285. tivit. Quibus traditus et in curru ad eos evectus, ut meruerat, incendio exustus est.

Cont. Rom. Huius eciam temporibus in Thunicio magna multitudo paganorum per supradicti Petri regis Arragonum astuciam inter moncium districtum fuit depressa, et ibidem occisi sunt paganorum quam plurima milia, forte tria milia. Tunc soldanus Babilonie a Tartharis per octo dietas fugatus, ubi pagani ultra quinquaginta milia dicuntur occisi; sed viribus et animo resumptis, soldanus dictos Tartaros orientales fugans, circa triginta milia Thartarorum in huiusmodi fuga dicitur occidisse.

Martinus papa obiit; cui Honorius quartus successit; post quem quidam[1] ordinis Minorum substituitur.

1288. Igitur anno Domini 1288, regni Rudolfi regis 14, discordia inexorabilis et multum lugenda oritur inter Iohannem ducem Brabancie et Reynoldum comitem Gelrhensem pro ducatu Limburgensi, quem diebus vite sue comes se debere possidere affirmabat racione uxoris sue, filie ducis sine liberis [defuncti[b]]. Sed dux magnanimitate et diviciis fidens, ab Adolfo comite de Monte quicquid iuris in dicto ducatu habere videbatur multo precio comparavit, et predictum comitem [de[c] Monte et Walramum comitem] Iuliacensem et eius fratrem Gerhardum dictum de Castere[d] et Everhardum comitem de Marka et Heinricum nobilem de Windeke, fratrem comitis Adolfi de Monte, insuper et cives Colonienses multosque alios tam nobiles quam servientes magnis sibi preciis confederat. At[e] comes ex adverso dominum Sigefridum archiepiscopum Coloniensem, Heinricum comitem de Luczlinburg[f], fratrem eius[g] Walramum et Walramum nobilem de Falkinburg et Iohannem nobilem de Lymberg[h], Heinricum quoque de Westerburg[i], fratrem archiepiscopi[k], et plures alios prece et precio sibi conciliat; et varios eventus belli experiuntur, nunc hiis nunc illis superioribus existentibus. Sed tandem dux solita magnanimitate episcopatum Coloniensem potestative ingreditur et flammis et ferro pro libitu cuncta consumit et castrum archiepiscopi Wůrinc[l] dictum, multo agmine armatorum stipatus, obsi-

a) impastorem *c.* b) defuncti *Chron. praes. secutus suppl.* c) *ita Chron. praes.; des. c.* d) Casten *c.* e) Ac (?) *c.* f) Lirczlinburg *c.* g) archiepiscopum *male add. c.* h) Leynberg *c.* i) Wescenburg *c.* k) archiepiscopum *c.* l) Wůrine *vel* Wůrme *c.*

1) *Nicolaus IV, qui sedit* 1288, *Febr.* 22. — 1292, *Apr.* 4.

dione circumdat. At[a] archiepiscopus et predicti nobiles cum 1288. maiori exercitu electorum supervenientes, ducem et suos ferociter invadunt, et diu anceps pugna fuit. Tandem dux cum maxima clade suorum cruenta victoria potitus est. Ibi Heinricus comes de Luzlinburch, pater dive memorie Heinrici, postea imperatoris, et eius frater Walramus interierunt. Heinricus eciam de Westerburg, frater archiepiscopi, miles egregius, qui fortiter ibi fecisse vocatus est, occubuit, et plus quam mille homines ibidem cecidisse memorantur. Comes eciam Gelrhensis[b] Reynoldus a duce Iohanne captivus abducitur, archiepiscopus vero Sigefridus a comite Adolfo de Monte ad vincula conicitur[c], et ecclesia Coloniensis vehementer humiliatur. Nam comes Iuliacensis Walramus castrum Tulpetum[d], quod inexpugnabile videbatur, solo tenus[e] destruxit, et Everhardus comes de Marka multa opida et castra in ducatu Westfalie devastavit. Dominus autem papa ordinis Minorum, comperto, quod Colonienses fautores et adiutores in deieccionem archiepiscopi fuerant, Coloniam per aliquot annos posuit sub interdicto; at illi indurati mercenarios conducunt, qui eis contra inhibicionem domini pape divina celebrarent.

Postquam autem rex Rudolfus annis ferme viginti strennue regnum administrasset, obiit et Spire honorifice 1291. sepelitur.

Anno Domini 1294, Urbis vero condite 2132, principes 1292. Germanie in eleccione regis concordantes, Adolfum insignem comitem de Nassauwe elegerunt; qui et a Sigefrido archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani consecratus in regem, regnavit nonagesimo primo loco ab Augusto. Hic post confirmacionem suam audiens aliquas civitates Alsacie a se discedisse[f], expedicionem illuc induxit et Sigefridum archi- 1293. episcopum Coloniensem in eundem procinctum invitavit[1]. Cuius consilio et auxilio civitates perditas recuperavit et aliquos ibidem sibi rebelles captivos inde abduxit.

Huius eciam tempore recrudescit bellum inter Philippum regem Francie et Edwardum regem Anglie; unde rex Anglie aliquos principes ad resistendum regi Francie prece et precio sibi conciliat comitemque Flandrie[2], ut idem cum ipso senciat, invitat. Sed quibusdam a fide deficientibus, comes Flandrie a rege Francie captivus abducitur, et tota Flandria eiusdem dominio mancipatur. Unde et procuratores regis Francie per totam Flandriam paulo insolencius agere, domos

a) Ac (?) *c.* b) Gelrhendis *c.* c) convicitur *c.* d) Culpetum *c.* e) soletenus *c.* f) *ita c.*

1) *Sifridus testis occurrit in charta Adolfi regis data ante Columbariam, Oct.* 24. *Böhmer, Reg. imp. nr.* 165. 2) *Guidonem.*

incursare, uxores et filias civium violare et multa tirannice agere ceperunt. Quapropter Brugenses[a] nimium irritati,
1302. omnes Gallicos, paucis evadentibus, interfecerunt[1]. Quo nuncio rex Francie accepto, omnem virtutem sui regni ad ulciscendas suas iniurias Flandriam remittit; quibus Flamingi in loco dicto Kurterich[2] occurrentes, plus quam milia sex ex ipsis occiderunt et deinceps iugum Francie, invito rege, a suo collo excusserunt.

Sed antequam ista acciderent, cometes multo tempore visa erat. Sunt comete stelle crinite repente nascentes, que regni mutacionem aut pestilenciam aut bella vel ventos estusque portendunt[b]. Quidam eciam heremita laicus iuxta villam Linse[3] manens tempore eodem ad ecclesiam die quadam dominica venit, qui referebat se tercio audivisse vocem ita dicentem: *Arcus forcium superatus est, et in-*
1 Reg. 2, 4. *firmi*[c] *accincti sunt robore.*

1292. Per idem tempus, papa ordinis Minorum defuncto, et sede Romana iam per aliquot annos vacante[d], cardinales tandem concordantes, Petrum solitarium in Sicilia commorantem, qui et Celestinus quintus est dictus, in papam ele-
1294. gerunt; cui et fratrem quendam ordinis Predicatorum cum decreto eleccionis direxerunt. Quo contradicente et omnimodo reluctante, frater predictus hoc sermonis inicium arri-
Act. 12, 5. puit dicens: *Petrus servabatur in carcere, oracio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.* Quid multis moror? Tandem gracia Dei cooperante, swasibilibus sermonibus fratris illius ad hoc Petrus adductus est, ut voluntati eius acquiesceret, et ad cardinales, asino non equo sedens, adductus[e] est. Quo in sede beati Petri collocato, religiosissime et continentissime vixit, ita quod omni anno tres quadragesimas, sicut et ante papatum fecerat, ieiunaret, primam videlicet ante pascha, secundam ante assumpcionis festum beate virginis Marie, terciam vero ante nativitatem domini nostri Iesu Christi. Hic post paucos annos[4] perpendens se in isto officio pre curis innumeris, quibus urgebatur, vite contemplative, quam deseruerat[f], non posse inherere, invitis omnibus papatum resignavit et ad suum heremitorium remeavit, et quamvis ei redditus sufficientes ex patrimonio beati Petri a cardinalibus offerrentur[g], nichil tamen penitus recipere acquievit. Cui Bonifacius VIII. successit.

a) burgenses *c.* b) pretendunt *c.* c) infiniti *c.* d) vaccante *c.* e) addictus *c.* f) desuerat *c.* g) offerentur *c.*

1) *a.* 1302, *Mai.* 25. 2) *Courtray; Iul.* 11. 3) *Linz iuxta Rhenum.* 4) *Coelestinum V. iam eodem anno papatu se abdicasse constat.*

Sigefridus quoque archiepiscopus Coloniensis tandem senio, labore et casibus fortuitis consumptus, cum sedisset annis 23 et mensibus 5, moritur et in monasterio Sancti 1297.
Cassii Bunne, sicut et predecessor eius, quem negligenter positum honestius sepeliri fecerat, et ipse fusorio opere ante altare beati Petri honorifice tumulatus est. Cui Wicboldus, maioris ecclesie in Colonia decanus, successit. Hic plus faccione nobilium sibi favencium quam eleccione [a] canonica Nussie eligitur, vir tam divina quam humana sciencia sufficienter eruditus. In curia Romana positus, ab emulis opinio eius vehementer obfuscatur, propter quod multa ibi expendisse et maiora donasse memoratur, et tandem a Bonifacio VIII. papa pallii honore decoratus, in pace dimittitur. 1298.
Cuius interventu Colonienses ab interdicto, quo iam annis plurimis innodati fuerant, meruerunt absolvi [1].

Igitur rex Adolfus negligencius se ad principes, qui eum ad culmen tanti honoris erexerant, componens, et militaris ordinis homines eis preponens, odia eorum contra se provocavit. Unde Gerhardus [b] Moguntinus archiepiscopus, regi propinquitate consangwineitatis coniunctus, episcopus Argentinus et ceteri nobiles superarum parcium indignacione commoti, illustrem ducem Austrie nomine Adelbertum, filium regis Rudolfi, evocaverunt et ut regnum obtineret hortabantur. Qui, exercitu copioso adunato, cum ipsis municionem quandam regno attinentem [2] obsidione circumdederunt. Sed Adolfus rex hiis eventibus minime perterritus, cum multa sequela armatorum eos invadit. Pugna vero inita, Adolfus rex ibi cecidit, et multi captivi abducuntur. Cometa prius [c] per idem tempus visa est.

Adolfo rege interfecto, mox principes Germanie Moguncie [3] congregati Adalbertum ducem Austrie in regem eligunt, qui a Wicboldo archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani nonagesimo secundo loco ab Augusto in regem est coronatus. Hic post suam coronacionem insignem curiam Nurinberg indixit, ad quam multi principes convenerunt; ubi et plus quam sex milia militum asseruntur fuisse. Causa autem tante solempnitatis extitit coronacio uxoris regis, quam et Wicboldus Coloniensis archiepiscopus ibidem unxit in reginam.

Per idem tempus rex Danorum, rex Norwegie, rex 1311.
Swechie [d], marchio Brandenburgensis et omnes principes

a) elleccione *c.* b) Berhardus *c.* c) *ita c.; vers. Germ.:* eyn cleyn comete. d) *ita c.*

1) *Cf. Notas Col., SS. XXIV, p.* 365. 2) *Alzei.* 3) *Conventus Moguntinus iam ante pugnam apud Göllheim commissum habitus est Iun.* 23.; *sed iterata est electio Francofurti Iul.* 27.

1311. nobilesque aquilonis solempnem curiam in Roicstok[1] civitate[a] peregerunt, ubi et quinque milia militum fuisse memorantur. Ibi principes predicti confederati insurrexerunt contra civitates sibi attinentes, que terrestribus et marinis mercibus et negociacionibus incrassate, locupletate, inpingwate, dilatate, principibus debitam subieccionem exhibere detractaverunt. Sed brevi interveniente tempore ad hoc adducte sunt, ut principibus suis ultra rebellare non presumerent.

1300. Anno autem Domini 1300. innumerabilis multitudo Romam properat spe indulgenciarum, que semper centesimo anno[2] ibidem existunt. Hic quoque annus iubileus, id est remissionis, idcirco vocatus est, ut, quicunque ipso anno confessus, contritus Romam adveniret, a culpa et pena liber letus remearet.

Huius eciam temporibus Bonifacius octavus papa, in
1303. castello quodam dum comoraretur, a duobus cardinalibus de Columpna, quos cardinalatu privaverat, cum auxilio Philippi regis Francie, quem excomunicaverat, cubiculariis corruptis [captus est, et[b]] omnis thezaurus eiusdem ibidem repertus est abstractus. Quo nuncio Rome perlato, mox Romani ad liberandum papam proficiscuntur; quem cum egrotantem Romam perduxissent, non multo post ibidem defunctus est. Fecerat et hic papa sextum decretalium, Celestino predecessore suo aliquot annos adhuc superstite. Cui Benedictus XI, frater ordinis Predicatorum, successit. Qui cum annum et paulo plus[3] sedisset, obiit Perusie et ante altare ibidem sepultus est. Cui Burdegalensis[c] archiepisco-
1304. pus, qui et Clemens quintus est dictus, successit. Hic ordinem Templariorum propter inauditam et quam nec dici fas est infamiam destruxit[4].

Archiepiscopus quoque Wicboldus ecclesiam suam Coloniensem, utpote vir senex et debilis et longo tempore magis consiliis aptus quam armis exercitatus, prudencia regere disponebat, unde et nobiles terre muneribus sibi placare[d] satagebat[e]. Sed secus accidit, quia, quanto plus donabat, tanto magis ab hiis impugnabatur. Quod ubi intellexit, ad debellandum[f] comitem de Marka, infestissimum inimicum

a) civitatem *c.* b) captus est et *supplevi.* c) Burdegolensis *c.* d) placere *c.* e) sathagebant *c.* f) rebell. *c.*

1) *Rostock.* 2) *Ex hoc quoque loco chronicam nostram ante medium saeculum XIV. compositam esse cognoscas, quia a.* 1350. *a Clemente VI. constitutum est, ut quinquagesimo quoque anno annus iubileus celebretur.* 3) *Benedictus XI. post annum nondum completum diem clausit extremum.* 4) *Annis scil.* 1311. *et* 1312.

ecclesie Coloniensis, Susatum divertit; ac comes solita constancia exercitum copiosum coadunat, archiepiscopum et suos ad bellum provocando. Sed archiepiscopo locum pugne nequaquam dante, comes et sui post aliquot dies digrediuntur. Archiepiscopus autem absencia comitis animatus, terram ipsius circumiacentem[a] hostiliter invadit, rapinis et incendiis cuncta devastando. In eadem expedicione archiepiscopus ad extrema ibidem pervenit, et aliquot diebus decumbens, sepius in infirmitate eadem comunicavit. Cui cum a confessore suo fratre Minore iterum comunicare volenti diceretur, non opus esse eukaristiam sepe sumere, verbum memoria dignum respondit: 'Anima mea affectat hoc sacramentum, quia bonum est viaticum'; et ita defunctus
est, cum sedisset circa annos octo, in eadem civitate in 1304.
ecclesia beati Patroclii martiris tumulatus, regnante rege Romanorum Adalberto. Post cuius decessum in eligendo archiepiscopo Coloniensi grandis dissensio inter electores orta est, quibusdam vota sua in[b] Heinricum de Wirnenburg[c] prepositum ecclesie maioris in Colonia transferentibus, aliis in prepositum Bunnensem Reynhardum de Westerburg, fratrem Sigefridi archiepiscopi Coloniensis, ceteris in Wilhelmum canonicum maioris ecclesie, filium comitis Iuliacensis, cuius pater et avus Aquisgrani interierunt. Sed idem Wilhelmus non multo post in bello, quod[d] Flamingi adversus regem Francie susceperant, fortiter ibidem agens interiit; duo vero superstites ad curiam proficiscuntur. Ubi a beate memorie Benedicto papa Heinricus de Wirnenburg pallii[e] honore donatus esset, si non inmatura morte idem pontifex preventus fuisset. Sed a Clemente quinto papa, suc-
cessore Benedicti, Heinricus in archiepiscopum consecratur[1] 1305.
et in pace cum pallii honore dimittitur. Quanta autem ibi expenderit vel donaverit, exacciones in clerum quas[f] fecit demonstrant[g].

Igitur rex Adelbertus Iohannem, filium fratris sui, ducem Alemanie, propter iuvenilem eius etatem aput se honeste detinuit et quo adolesceret provinciam illam prudencioribus gubernandam commisit. Unde Iohannes irritatus et malis consiliatoribus usus, regem Adelbertum, patruum
suum, nichil minus suspicantem, proch dolor! interfecit. 1308.
Qui profugus et exul in Italia degens, tandem ibidem vitam
finivit; cuius et omnes complices a filiis Adelberti regis 1315.
mala morte consumpti sunt, et omnia eis attinencia funditus eversa.

a) circumlatentem *c.* b) in *suppl.* c) de Wirnenburg *post* transferentibus *habet c.* d) quo *c.* e) palii *c., etiam infra.* f) quas *supplevi.* g) demonstravit *c.*

1) *Cf. Levoldi chron. com. de Marca, ap. Meibom I, p.* 396.

Adelberto rege occiso, principes Germanie in eleccione[a] concordantes, Heinricum VIII. dive memorie, comitem de Luzlinburg, in regem eligunt; qui ab Heinrico archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani unctus in regem, regnavit nonagesimo tercio loco ab Augusto. Hic predecessores suos, reges videlicet Adolfum et Adalbertum, in loco occisionis eorundem tumulatos effodi iussit et Spire honorifice tradidit
1309. Dec. 25. sepulture. Hic eciam anno Domini 1310.[1] in nativitate Domini curiam solempnem Colonie celebrans, expedicionem principibus in Italiam estate futura indixit. Tempore igitur
cf. 1 Par. 20, 1. adveniente, quo reges ad bella procedere solent, cum exer-
1311. citu valido Italiam nullo obstante intrans, Brixenses a fide deficientes obsidione conclusit. Ubi tantam multitudinem virorum adunaverat, quantam in ulla hystoria unquam legitur congregatam. Quos tandem post aliquos menses ad dedicionem accipiens, muros civitatis funditus evertit, fossata complanavit, et sic victor ut solebat in ulteriora conscendit. Facte sunt ibidem multe hominum strages; ubi et Walramus, frater regis, interiit, et alii quam plures ex utraque parte viri strennui consumti sunt. Mortalitas eciam nimia ex corrupto aere ibidem invaluit et multos interemit. Heinricus quoque rex ad ulteriora contendendo tandem ad urbem Romanam pervenit; ibi ex iussione domini pape Clementis V. in Lateranensi ecclesia a cardinalibus in die beatorum Petri
1312. Iun. 29. et Pauli apostolorum in Romanorum imperatorem solempniter est coronatus. Romani vero alterius faccionis exercitum imperatoris ex improviso invadentes, aliquos ex ipsis obtruncabant; quod ubi innotuit, reliqui de exercitu imperatoris arma assumunt et Romanos starociter invadendo interficiunt, submergunt, ita ut plus quam ducenti ibi cecidisse referantur. Ibi episcopus Leodiensis[2] et abbas Wizinburgensis[3] et aliqui viri militares ex parte imperatoris ceciderunt.

Per idem tempus Philippus rex Francie et rex Anglie multique principes et barones expedicionem in Terram Sanctam post aliquot annos contra Sarracenos indixerunt. Quo soldanus audito, domino pape Clementi V. subiectam epistolam transmisit, in hunc modum continentem:

[*Waradach*[b]] *soldanus et*[b] *archos Babiloniorum, Assiriorum, Samaritanorum, Egyptiorum*[c], *Alexandrinorum, Parthorum, Elamitarum*[d], *Cilicinnorum*[e], *Exterorum*[f], *Indorum, Persarum*[g], *Medorum, Bragmanorum*[h], *Sandanorum*[b],

a) elleccione *c.* b) *deest c.* c) Egiptorum *c.* d) Elemitarum 2. e) Clitonorum 2. f) exteriorum *c.* g) Pers. Med. *des. c.* h) Braganorum *post* As. *c.*; Dragmanorum 2.

1) *Computat noster annum a nativitate Christi.* 2) *Theobaldus.* 3) *Aegidius.*

Asignorum[a], *[dominus*[b] *mille vexillorum] custosque spelunce crucifixi, magno sacerdoti Romanorum graciam*[c] *quam palpitat queritando et salutem quam visitando promeretur. Orthodoxe*[d] *fidei fundamentum, christianorum sapiencia, robor discretorum, prudencium fortitudo simul*[e] *omnia*[f] *in capitis*[g] *tui cellula sunt reclusa. Thesaurus, a*[h] *quo locorum [plurima*[i] *sapiencia et prudencia predicantur], sigillo intimo in cincinno*[k] *verticis tue colligatus requiescit, memoria tua*[l] *strepet, in*[l] *insipiencia vacillat, stulticia ebetescit*[m] *vertigine et stultorum more*[n] *fatiscit*[o], *qui pater diceris et filiis tuis tam inaudita mala machinaris. Princeps*[p] *Francorum et alii reguli spem*[q] *tibi ponentes, baculo arundineo similes, velut stuppa*[r] *evanescent et sicut fumus repentino*[s] *vento uno flatu consumentur. Tu habes galeas*[t], *nos ursinos, tu classes*[u], *nos turgenandos*[v], *tu naves, nos uricios*[w]. *Et quid*[x] *multa*[y] *parvis annumerabo? Quidquid moliendo*[z] *contra nos cogitare poteris, totum ante providimus*[a], *et*[b] *matura deliberacione portus, ad quos applicare poteris, munientes*[c], *nichil timemus, nisi quod decepti occupaciones plurimas ammittimus. [Et*[d] *o] qualis pater, qui filios non naturali*[e] *morte, sed subita perdere*[f] *non formidas? An putas, quod pharetris*[g] *careamus, qui*[h] *filios tuos ad nos ire compellis, ut sagittas nostras [sanguine*[i] *ipsorum inebriandas] in se recondant et vivaces animas in formas mortales intendis*[k] *transmittere, cum tamen*[l] *spiritus amissus secundo*[m] *redire contempnat et quod prius dilexerat iam penitus abhorrescat? Syon specula gaudii a quo subversa? Iherusalem speciosissima a quo funditus destructa? Accon*[n] *potentissima a quo desolata*[o]*? Tripolis famosissima a quo devastata*[p]*? Nonne per nos 340*[q] *urbes, quas famuli Crucifixi rexerant*[r], *nostro dominio subiciuntur? Tu quidem alios ire compellis et solus*[s] *non antecedis; tu filios tuos ire*[t] *in mare procellosissimum*[u] *facis*[v], *ubi nostre*[w] *Syrtes, Cilla, Caribdis furiunt; manu quidem*[x] *ostendis, sed pedibus minime vis adire*[y]. *Stas in sicco et stultos pauperes mergis*[z] *in voragine fluminis et carere facis intuitu Phebi*[a]

a) Assyanorum *c.* b) d. m. vex. *desunt c.* c) *deest c.* d) orthodoxie 2. e) sicut *c.* f) predicta *add. c.* g) in cell. cap. reclusa *c.* h) atque l. *c.* i) plurima — predicantur *des. c.* k) cincinnio 2. l) *deest c.* m) obetescit 2. n) nomine *c.* o) fatuisat *c.*; fantitatizat 2. p) Philippus *c.* q) bac. harund. sim. spem tibi componentes *c.* r) stupa *c.* s) a repent. *c.* t) gladios n. yssinos *c.* u) classos 2. v) orengemundas *c.* w) yricios *c.* x) quidquid 2. y) multa multa 2. z) c. n. m. *c.* a) previdimus 2. b) et matura — ammittimus *des.* 2. c) *ita conieci;* mirantes *c.* d) Et o *desunt c.* e) morte nat. *c.* f) perire *c.* g) feretris 2. h) et 2. i) sang. ips. in. *desunt c.* k) festinas transmutare *c.* l) *deest c.* m) sero amisso socio 2. n) Ackaron *c.* o) sublata Tripolim *c.* p) deleta *c.* q) trecente *c.* r) rexerunt 2. s) tu non intendis 2. t) in mare ire *c.* u) procellissimum 2. v) *deest* 2. w) ubi Sirtis et Caribdis 2. x) signa *add. c.* y) introire *c.* z) in vor. flammis mergis *c.* a) plebis 2.

et[a] *aureo colore celi*[b] *et*[c] *perlustracione clarissime diei. Tu ducis simplices, sed non antecedis, pater nomine, sed*[a] *non pater*[a] *re nuncuparis. Sufficiat tibi, te cum filiis tuis non*[d] *inquietari*[e] *et*[f] *singulis annis more Thurcorum flagellis circumdari minando. Verumtamen si in*[g] *terra nostra manere desideras: ecce Iherusalem gloriosissimam*[h], *Accharon*[i] *et*[k] *Tripolim, urbes*[l] *prestantissimas*[m], *filiis tuis aperimus*[n] *et concedimus reparare, ita ut sint*[o] *nobis perpetui*[p] *censuales. Cavernam*[q] *Filii, vallem matris et*[r] *templum divinum nostro conductu*[s] *universis communicamus propter numerum suorum denariorum*[t] *et oblacionum quantitatem. Surge*[u], *invoca deum tuum, ut tantam stulticiam*[v] *temperet et capiti tuo prioris*[w] *intellectus restituat sanitatem. Si autem venire proponis, non incipias*[x] *annorum*[y] *tantorum spacium*[z] *protrahere*[a], *[et*[b] *scias nos tibi occursuros nacionum plurimarum plurimo comitatu, ita ut omnis terra sanguine interfectorum impleatur]. Cum enim auro et argento speciebusque*[c] *cunctis*[r] *habundemus, nil aliud sicientes preter*[d] *sanguinem christianorum, [quorum*[e] *cadaveribus montes, valles camposque implebimus, ita ut cuncta scaturire vermibus videbuntur]; et quia filii tui non*[f] *martires sed confessores moriuntur, accelera, ut per nos martirum numerus compleatur*[g] *et ut*[h] *iuvenes renascantur, qui parentum*[i] *suorum cruorem vindicantes ad nos properent*[k] *penam*[l] *similem reportaturi. Crucifixus tuus baiulans lignum*[m], *sicut dicis, ad locum supplicii terram nativitatis proprie*[n] *minime salvare potuit: tu*[o] *non huiusmodi racione, sed ut potentissimi*[p] *thesauri nostri dominium possideas*[q], *filios tuos precipis debellare. Dormiendo siquidem te exspectamus, nec nos*[r] *ad tuum adventum aliquis audeat excitare. Nos quidem castra, castella, civitates munitissimas inhabitamus: et tu sine tecto unius diei spacio tollere*[s] *nostra queris, qui nec propria poteris retinere? Lege subtilius, disputa discretius, puta, quod*[t] *annorum curricula nondum venerunt, in quibus*[u] *regnum Iudeorum redire*[v] *debeat et multitudo gencium dissipari. Pugillus siquidem*[w] *plenus aque*[x] *nunquam*

a) *deest c.* b) cedi 2. c) *deest* 2. d) nos 2. e) inquietare *c. et* 2. f) sed more trecorum circumducere minando *c.* g) si terram nostram multum des. 2. h) gloriosissima 2. i) Akaron *c.* k) A. Tripolis 2. l) *deest* 2. m) potentissime 2. n) aperiemus *c.* o) nobis sint *c.* p) perpetue 2. q) Ad cavernam *c.* r) *deest* c. s) divinum conductum *c.* t) donaria *c.* u) et *add. c.* v) ut stult. tuam *c.* w) puri *c.* x) accipias *c.* y) tant. ann. *c.* z) spacia *c.* a) in protrahendo *c.* b) et scias — impl. *des. c.* c) speciebus 2. d) nisi *c.* e) quorum — videbuntur *des. c.* f) tui maxima confessione 2. g) impleatur 2. h) *deest* 2. i) qui patrum cr. *c.* k) properant 2. l) penas consimiles reportantes *c.* m) crucem 2. n) *deest c.* o) et tu *c.* p) potentissimum thesauri nostri dominii 2. q) possideres 2. r) nec ad t. a. a. nos audeat *c.* s) nostra tollere *c.* t) putoque 2; quot *c.* u) quod *c.* v) salvari 2. w) siquis 2. x) *deest c.*

poterit[a] *latitudinem maris obumbrare, et velut gutta*[b] *roris*
minima[c] *contra aquarum multitudinem in lance*[d] *posita nume-*
rus[e] *tuus virtutem nostri exercitus reponderabit. Consulo*
tibi, qui[f] *intelligens, qui prudens diceris, serva iam morti*[c]
expositos, non tradas innocuos[g]. *Alioquin eris*[h] *pauperum*
occisor, inopum dilaniator, simplicium seductor, et ipse
nature conditor super te sanguinem predictorum requiret
et coram omnipotencia sua permanebis[i] *racionem certissime*
redditurus. Datum Babilonie[k] *civitate nostra opulentissima,*
anno nativitatis nostre 35[l], *regni vero nostri* 19[m.1].

Imperator itaque Heinricus
Nil actum credens, cum quid[n] superesset agendum,
in anteriora[o] prospiciens et eorum que retro sunt obliviscens,
a tempore imperatoris Friderici II. neglecta et a regno
alienata recuperare cupiebat. Quocumque autem se vertebat,
victoria pocius eum, ut ita dicatur, precedebat quam seque-
batur; et sic aliqui, quos nominare illicitum est, eius incre-
mentum suum existimantes detrimentum, cum in assumpcione 1313.
virginis gloriose comunicaret, in ipso sacramento veneno, *Aug.* 15.
ut comunis opinio[p] tunc et usque nunc tenet, miserabiliter,
proch dolor! interfectus est, et Pysam adductus, cum planctu
plurimorum honorificentissime sepulture traditus est. Versus:

Anno milleno trecenteno duodeno
Uno non pleno privatus luce veneno
Heinricus dictus, nullo certamine victus,
De Luzlinburg[q] natus, nullo vicio violatus.
Cesar erat magnus . . . .[r]
O quantum flenda res, o quantumque dolenda,
Huic quia sereno mors est illata veneno!
Verax sermone, prudens et par Salomone[s].

Quare autem hoc divina clemencia fieri permisit, discerni
non potest nec presumitur, quia iudicia Domini abyssus *Ps.* 35, 7.
multa. Et quomodo[t] humana temeritas audeat reprehendere
quod minime valet comprehendere? Nisi, ut scriptum est,
raptus est, ne sic malicia mutaret intellectum ipsius, et *Sap.* 4, 11. 14.

a) l. m. p. *c.* b) roris gutta *c.* c) *deest* 2. d) luce *c.* e) numerus tuus *desunt c.; in* 2 *inveniuntur verba ista post* roris. f) quia 2. g) innocuas 2. h) p. e. *c.* i) rac. perm. rediturus *c.* k) in Babilonia *c.* l) trecesimo *c.* m) XIII. 2. n) qui *c.* o) anteriori *c.* p) oppinio *c.* q) Luzlinbarg *c.* r) *reliqua verba istius versus exciderunt, nulla in cod. extante lacuna.* s) Salamone *c.* t) quoniam *c.*

1) *Malek al Aschraf soldanus uno die postquam Kalavun, pater eius, obiit (*1290, *Nov.* 11*; v. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' VII, p.* 734*) regnum suscepit. Epistola autem Clementis papae, cui soldanus respondet, data est* Avinione pontificatus nostri anno tercio. *Unde epistolam soldani a.* 1308. *exeunte sive anno* 1309. *datam esse, apparet. C.*

quod propterea properaverit *Deus educere eum de medio iniquitatum.*

1314. Papa quoque Clemens V. post hoc decessit; cui Iohannes
1316. XXII. papa successit.

Fridericus, filius Adalberti.

Anno Domini 1314, Urbis vero condite 2152, principes Germanie post mortem Heinrici imperatoris in eleccione[a] regis discordabant. Heinricus archiepiscopus Coloniensis et Rudolfus comes palatinus elegerunt Fridericum illustrem ducem Austrie, filium regis Adelberti, nepotem Rodolfi regis,
1314. qui et ab Heinrico archiepiscopo Coloniensi Bunne in regem est consecratus; at[b] Petrus Maguntinus archiepiscopus et Baldewinus[c] Treberensis archiepiscopus, frater Heinrici imperatoris, et Iohannes rex Bohemie, filius imperatoris, in Lodewicum[d] insignem ducem Bawarie, nepotem regis Rudolfi ex filia, concordantes, regem elegerunt. Interea cum fautores electorum rapinis incendiisque, que adversarum parcium erant, pro posse ubique devastarent, Ludowicus tandem contra Fridericum cum magno exercitu venit; cui nichilominus Lodowicus obviam cum plurima sequela armatorum occurrit; pugna itaque comissa, Fridericus a Lodowico
1322. capitur et in vincula conicitur[e], et multi captivi ibidem abstrahuntur. Contigit autem inter predictos quoddam mirabile a seculo non auditum. Fridericus enim post annum[1] pecunia, obsidibus castellis minime mediantibus, captivitate absolvitur et ut fidelitatem tantummodo Lodowico promittat invitatur. Quam pollicitacionem Fridericus extunc usque nunc efficaciter exequitur, et sunt sic facti amici quasi fratres germani.

Interea pontifex Romanus Iohannes XXII. per omnem Germaniam Lodowicum excomunicari precepit et ne aliquis eum regio nomine vel honore veneretur interdicit. Hic eciam papa Wienne concilium celebrans, constituciones predecessoris sui Clementis V. in lacius provulgavit. Ubi et festum eukaristie ab Urbano papa IV. statutum et usque ad se neglectum solempniter celebrari constituit. Canonisavit[2] quoque et sanctum Thomam de Aquino ordinis fratrum Predicatorum, magnum doctorem, auditorem domini Alberti Alamanni, quondam Ratisponensis episcopi, conditorem multorum opusculorum.

Per idem tempus Rodestedensis insula a Sarracenis occupata et aliquot annis ab eisdem detenta a fratribus

a) elleccione *c.* b) ac (?) *c.* c) Baldewnius *c.* d) Leodewicum *c.* e) convicitur *c.*

1) *Anno demum* 1325. *Fridericus e vinculis dimissus est.* 2) *Anno* 1323.

Hospitalis Sancti Iohannis in bello multo labore recuperatur.

Horum eciam principum temporibus, videlicet anno Domini 1326, heresis quedam propalata est Colonie, que annis aliquibus duraverat, ad quam examinandam cum ex precepto domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis viri litterati, fratres Predicatores, Minores et alii quam plures religiosi advocati fuissent et ipsam heresim maxima deliberacione et multo tempore discuterent, aliquos ex ipsis ad veram fidem converterunt, duobus sacerdotibus et uno laico et sex feminis in perfidia perseverantibus. Unus autem de duobus sacerdotibus nomine Waltherus, qui et ductor ipsius heresis extitit, vivus exustus est[1], ceterique perpetuo carceri deputati.

Igitur post mortem dive memorie Heinrici imperatoris principes et civitates Italie in contraria studia scindebantur; unde et alienigenas, scilicet Germanos et Gallicos vel quoscunque alios, magnis stipendiis sibi attrahebant, ita ut cognati cognatos et affines et vicini vicinos interficerent et pessumdarent. Quod ideo factum est, ut plurimorum opinio[a] se habet, quia regnum celeste acephalum[b], id est sine capite, extitit. Unde versus:

Dum caput egrotat, omnia membra dolent.

Certum autem est, quod Creator sue presidet creature, et quod iusto et irreprehensibili agitur Dei iudicio, ut secundum merita cleri et populi aliquando ecclesia Dei habeat advocatum, aliquando nullum, aliquando vero pro rege tirannum[c] ad vindictam[d] reproborum et ad exercitium electorum.

a) oppinio *c.* b) accephalum *c.* c) thirrannum *c.* d) vinctam *c.*

1) *Cf. Not. Colon. l. l. p.* 365.

INDEX.

SCRIPSIT BR. KRUSCH.

Eberhardus, Everhardus, Evirhardus.

Ekke-, Eke-, Ek-, Ec-, Eg-.

Liut-, Liu-, Lut-, Lů-, Lu-.

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT BR. KRUSCH.

admarini populi 280.
admiraldus, anmiraldus, amiraldus 154. 160. 243. 326. 344.
agonista 245. 336. 338.
alabastrarii, *arcuballistarii* 161.
alba, *vestis sacerdotalis* 329. — albatorum multitudo 150.
albae paschales, *septimana post pascha* 164.
albi monachi, *ordinis S. Augustini* 321.
angaria 255. 275. — angariare 275. 358.
aorisia, *caecitas*, ἀορασία 249. 337.
apocopare 305.
apodiacio, *adminiculum* 210.
archos 364.
assisia, assisium, *accisia* 312. 313.
banerium 207.
bannus 181. 182. 190. 225; b. imperialis 111.
barbata, *sagitta barbata* 331.
barbota, *navis* 247. 333. 337.
barga, *barke* 204. 205.
barrocium 'quod apud nos standart dicitur', *pro* carrocio 110.
batellus, *Ital. battello* 244.
batus, bathus, *Ital. batto* 340. 345.
beneficium 94. 95. 113. 158. 292; in beneficium suscipere 186. — beneficiati homines 318.
bliden, *magnae machinae* 293.
burgum 102. 269; burgenses 165. 169. 200. 264. 305. 355.
camerarius 226. 259.
caminata imperatoris 111.
capella imperatoria ex lignis constructa 133.
caristia 249. 337.
carrocium 271. 272.
cirpea = *scirpea* 314.
cisalpinare 138.
clenodia 295.
coggones, cogones, coccones 245. 247. 327. 328. 330—332. 345. —347.
consecretales papae 225.
cottanum (*rectius* coctanum) 337.
curtis 147. 228.
decapitare 260. 286. 314. 315.
eukaristia 363. 368.
feodum, feódum 94. 95. 230; in feudum assignare 278.
fidelitatem iurare, facere 97. 112. 118. 192. 291. 319; promittere 235; f. servare 96; f. iterare et confirmare 202; fidelitatis iuramentum facere 219; praestare 227. 234; exigere 224.
fraglantia, *i. e.* fragrantia 228.
fundibularii 150. 153.
galea, galya, *galeere* 242. 279. 342. 352. 365; galeida, galeyda 132. 148. 204. 205. 245. 246. 328. 330. 332. 333. 337. 357.
galeatus vertix 242.
grisius ordo, grisei monachi, *Cistercienses* 112. 223. 321.
grossus 205. 206. 281.
heremitorium 360.
homagium praestare 267; homagii ius 259.
hominium 113. 145; h. facere 186. 319.
honos provinciae = *ducatus* 63.
ycona, εἰκών 211. 218.
inbeneficiare 234.
incastellare 274.
incorporare 320.
ingenia, *machinae bellicae* 205—207. 210.
inmantare, immantare 105.
invadiare 147.

iudicium candentis ferri 122.
karacter, *dignitas* (*sacerdotalis*) 316.
kemmelini, *cameli* 342.
leuca 204. 205. 241. 295. 341.
licium, *castrorum aut urbium repagula* 206. 248. 335.
lobium 226.
magnellus, magonellus, mogonellus, *machina bellica* 85. 206. 210. 217. 239. 337.
maldrum 159. 183. 288.
mangena, *machina* 153.
marchia 104. 229. — marcravius 130.
marescalcus, marscalcus, marschalchus 98. 206. 248. 253. 264. 294. 298. 335.
mensurna stipendia 268.
ministeriales 56. 60. 114. 122. 144. 202. 294. 307. 354.
minitor 205. 207.
monetare 305.
nychromantici 131.
nigri monachi, *ordinis S. Benedicti* 321.
officiales summi episcopi 318.
passagium 326. 334. 336. 344.
pedagium 118.
physici, *medici* 151.
plateaticum 118.
portaticum 118.
potestas, *podesta* 109. 272.
raucinus, *Gall. roncin* 305.
ripaticum 118.
sala, *palatium episcopi Colon.* 313.
salica terra 72.
sariantes, sarianti, sarganti 117. 157. 158. 201. 203. 205. 207. 222. 233. 347.
scabini 311. 313.
sincopare 305.
soldarii 97.
somarius 102. 129. 178.
standart *v.* barrocium.
stratae regiae 141.
subterrare 256.
supanus 233.
thargyae, targyae, targiae, *tartschen* 332. 333. 337.
teloneum, telonium, theloneum, thelonium, theolonium 140. 147. 196. 200. 312. 347.
tenementum 118.
torneamentum, tornamentum 208. 266. 281.
torsura 206.
trabucolus 347.
transalpinare 116. 128.
treuga 108. 136. 244. 249. 260. 262. 277. 307. 324. 327. 334. 336. 337.
turgenandus 365.
turturina fides 229.
uricius 365.
usarius 206; usariae naves 204; usserie, usserium 253.
vasalli, vassalli 257. 259.
vassi 307.
villicus, *i. e. scultetus* 283.
werra, guerra, gwerra 52. 135. 160. 162. 167. 170. 173. 185. 221. 232. 244. 272. 274. 276. 278. 304. 306. 327.

EMENDANDA ET CORRIGENDA.

p. 40, *l.* 18. *emendandum est*: Volmesteine; *p.* 44, *l.* 30. *lege*: imperatorem; *p.* 155, *n.* 4. *lege*: Balduinus; *n.* 5. Hermannus; *p.* 201, *l.* 16. *lege*: appropinquantem; (*p.* 219, *l.* 15. Graciamque *in cod. legitur pro* Greciamque); *p.* 224, *l.* 39. *lege*: episcopus; *p.* 276, *n.* 13. *lege*: Heinricus II; *p.* 338, *l.* 41. *lege*: Egyptiis.